8.26:K:20

DECLAMATIONES decem & ſeptem, pro Aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, vſq; ad Septuageſimam.

Autore Fratre Alfonſo de Orozco, ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini.

Acceßit alia Declamatio in feſto B. Illefonſi, Archiepiſcopi Toletani. Eiuſdem autoris.

Ex tertia recognitione.



SALMANTICAE,

¶ Apud Simonem à Portonarijs, Anno 1576.

Cum licentia & priuilegio.

El Rey.

POR quanto por parte de vos Fray Alõſo de Horozco, de la orden de ſant Auguſtin, nos fue hecha relacion, diziẽdo q̃ vos auiades cõpueſto vn libro de treze Declamationes del Aduiento en Latin: el qual era vtil y prouechoſo, y nos pediſtes y ſuplicaſtes vos dieſſemos licencia para lo poder hazer imprimir y vender, o como la nueſtra merced fueſſe, lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, y como en el dicho libro ſe hizo la diligencia que la pregmatica por nos agora nueuamente fecha diſpone, fue acordado q̃ deuiamos mãdar dar eſta nueſtra cedula enla dicha razon, y nos touimos lo por bien. Por la qual damos licencia y facultad a vos el dicho Fray Alonſo de Horozco para que vos, o la perſona que vueſtro poder eſpecial para ello ouiere y no otra alguna, podays hazer imprimir y vẽder el dicho libro de que de ſuſo ſe haze mencion en eſtos nueſtros reynos y ſeñorios, por tiẽpo y eſpacio de diez años cumplidos primeros ſiguientes, que ſe quenten deſde eldia de la fecha de eſta nueſtra cedula en adelante. So pena que qual quier perſona o perſonas que ſin tener para ello vueſtro poder lo imprimieren o vendieren o hizieren imprimir o vẽder, pierdan toda la impreſſion que hizieren y vendieren, y los moldes y aparejos de ella: y mas incurran en pena de cinquenta mill marauedis por cada vez que lo contrario hizieren: la qual dicha pena ſea la tercia parte para la perſona que lo acuſare, y la otra tercia parte para el juez que lo ſententiare, y la otra tercia parte para nueſtra camara y fiſco. Y mandamos a los del nueſtro conſejo y a otras qualeſquier juſticias de eſtos nueſtros reynos y ſeñorios, que guarden y cumplan y executen, y hagan guardar cumplir y executar, eſta nueſtra cedula y lo en ella contenido. Fecha en camarena, a dos dias del mes de Iunio de mill y quinientos y ſeſenta y nueue años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Majeſtad.

Antonio de Eraſſo.

LICENCIA.

DON Philippe, por la gracia de Dios, Rey de Caſtilla, de Leon, de Aragon, de las dos Sicilias, de Hieruſalẽ, de Nauarra, de Granada, de Valencia, de Galicia, de Mallorcas, de Seuilla, de Cerdeña, de Cordoua, de Corcega, de Murcia, de Iaen, de los Algarbes, de Algezira, de Gibraltar: Conde de Flandres, y de Tyrol. &c. Por quanto por parte de vos Simon de Portonarijs mercader de libros, vezino de la ciudad de Salamanca, en nombre de Fray Alonſo de Orozco, de la orden de S. Auguſtin: nos fue fecha relacion q̃ con licẽcia nueſtra ſe auia impreſſo vn libro, intitulado Declamationes decem & ſeptem, pro Aduentu Dñi noſtri Ieſu Chriſti, compueſto por el dicho Fray Alonſo: E que la dicha impreſsion era acabada y auia neceſsidad de tornar a imprimir el dicho libro: ſuplicando nos os dieſſemos licencia y facultad para le tornar a imprimir, o como la nueſtra merced fueſſe. Lo qual viſto por los de nueſtro conſejo, por quanto en el dicho libro ſe hizo la diligencia que la pragmatica por nos agora nueuamente fecha diſpone, fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra carta en la dicha razon: Por la qual os damos licencia y facultad para que por eſta vez podays imprimir el dicho libro, que de ſuſo ſe haze mencion, con tanto que la dicha impreſsion ſe haga conforme al original que eſta en el nueſtro conſejo, q̃ eſtã rubricadas todas las hojas, y firmadas al fin del, de Iuan Fernãdez de Herrera nueſtro eſcriuano de camara, de los que reſiden en el nueſtro conſejo: E con que deſpues de impreſſo no ſe pueda vẽder ni venda, ſin que primero ſe traya al nueſtro conſejo para que ſe vea ſi la dicha impreſsion eſta cõforme al original, y ſe taſſe el precio a que ſe ha de vender cada volumen del dicho libro. So pena de caer y incurrir en las penas cõtenidas en la dicha pragmatica, y mas de la nueſtra merced, y de diez mil marauedis para la nueſtra camara. Dada en Madrid a tres dias del mes de Agoſto, de mill y quinientos y ſetenta y tres años.

D. Epiſcopus Segouieñ. | El Licenciado Pedro Gaſco. | El Doctor Franciſco de Villafañe.

El Licẽciado Rodrigo Vazquez Arze. | El Doctor Luys de Molina. | El Doctor Dõ Iñigo de Cardenas çapata.

El Licenciado Couarruuias.

Yo Iuan Fernandez de Herrera eſcriuano de camara de ſu Mageſtad, la fize eſcreuir por ſu mandado, con acuerdo de los del ſu conſejo.

Prologus ad Lectorem Pium.

TOT ſunt planè munera promiſſa in ſacra pagina, cādide Lector, tot & pollicitationes à Deo optimo cōſcriptæ, ijs qui arcana Dei verba pro ſua virili conātur explicare, & toto niſu orthodoxos docere ſtudent, eoſq; erudire vehementer incūbunt, vt me dormientē, ad hoc graue onus obeūdum excitarent, quod (ni fallor) exiles vires meas valde exuperat. Equidem tàm ſumus fragiles, tàmq; ad malum propēſi, vt nedum quod rectum, quod ſanctum & ſummo numini gratū operari, ſed nec loqui, aut cogitare illud poſsimus. Huc attinet illud S. Pauli dogma, tā 2. Cor.
tò verius, quantò experimēto notius, non ꝙ ſimus ſuffi 3.
cientes cogitare aliquid à nobis quaſi ex nobis, ſed omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Etenim ſi talis eſt genius noſter à cogitatione quoduis opus bonū alienum habetur, tantum abeſt, vt illud patrare noſtrapte virtute valeamus. Sufficientia noſtra ſanè ex Deo eſt, & ab ipſo ceu à fonte perēni, quodcūq; bonū ac pium eſt, dimanat. Id ſummo numine alto ſuo cōſilio diſponēte, ne glorietur omnis caro in cōſpectu eius. Quin potius, ſeſe 1. Cor.
deijciat & pœnitus dimittat, procliuiq; genu inexhau 1.
ſtas gratias, bonorum omniū largitori, & diſpenſatori agat. Quippè qui, vt eſt beneficētiſsimus & indulgētiſ-

ſimus parens, allicere màgnoperè cupiens eorum animos,qui in ſancta Romana eccleſia Dei populo ſponte propinant,Chriſticolis nectareum manna,de vtroq; te
Danie. ſtamento , Domino opitulante cõficiunt, per Danielẽ
12. prophetam clamat. Qui docti fuerint fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti.Et qui ad iuſtitiam erudiunt multos,quaſi ſtellæ erũt in perpetuas ęternitates.Mira res!
Eſa.48 ad iuſtitiam ſectandam,& ſummi Dei adimplendam legem erudiendus eſt populus Dei,iuxta illud:Ego dominus docens te vtilia.Signanter ait vtilia,non ſubtilia,vt philoſophi ſuperciliosi in paleſtris ſuis ſublimia loquẽtes docebant. At contra euangelicus doctor,qui gloriolam momentaneã venari haud vult, nec hominũ aſſentationem capeſſere conatur,ſed Chriſtũ Ieſum prædicat, cum frugifera & vtilia ore ſuo proferat oportet. Talis vt nunc per vatem ſuum dominus pollicitus eſt, veluti ſidus fulgurans in cælo perpetim ſplendet.

Eccle. Quid plura? dominus ipſe , vtpote munificẽtiſsimus
24. rex ſic ait:Qui me elucidant vitam æternam habebunt. O ſtupẽdam Dei ſummi erga nos indulgentiſsimam caritatem, vitã non quamlibet,ſed æternam,ſuis concionatoribus lubens repromiſit,qui illum elucidare voluerint. Perinde dicat. Quiſquis candido corde,ac mundo ſuo ore,potentiam,ſapientiam,& bonitatem meam fidelibus prædicãt,qui mirabilia opera mea fideliter narrant,qui denique inuolucra , & abdita ſacræ ſcripturæ myſteria referant,ijs proculdubio mercedem commeritam

ritam lubẽter tribuam. Non quidẽ argẽtum, aurúmue, ex humi viſceribus extractum, non gemmas vernãtes, quæ nimirum rore cœli in conchis generãtur accipiẽt, eò quòd omnia iſthæc tẽporaria, & futilia ſunt, ſed vitam æternam habebunt. Ijs profectò & pleriſque alijs pollicitationibus excitatus prorſus & allectus, non valui calamũ continere, quominus haſce Declamationes dictarẽ, de Aduentu domini noſtri Ieſu Chriſti. Et vſq; ad ſeptuageſsimã. In quibus vt palam omnibus eſt, tum de ſacrarum literarum pœnu, tum etiam ex doctorum ſanctorum doctrinis quam multa decerpſimus. Volentes hæreticorum ora obſtruere, qui heu! hac noſtra tẽpeſtate, ſanctorum dogmata ſpernunt, & penitus explodunt. Collibuit inſuper nonnulla quæ ante annos triginta, & eo amplius in nóſtris concionibus tractauimus hic inſerere. Ceterùm ſi in hoc libro votis & expectationi tuæ lector amice, vt ratio ipſa expoſtulat minus feceero ſatis, animum meum à pietate non alienũ inſpice, & ſi quid annotatu dignum fuerit repertum, Chriſtum Ieſum, copioſius lauda, & ſanctis reuereri ſtude. Ego autem ſatis ſupraque me feciſſe arbitror ſi lucubrationes meas qualesquales ipſæ ſunt, Saluator mundi gratanter inſpiciat. Faxit ipſe vt deſiderio hunc librum legẽtium ſaltim aliqua reſpondeat vtilitas. Et quàm optime vale Lector catholice.

Hæretici improbi.

Finis Prologi.

Omnia ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ cenſuræ vltrò ſubmitto.

SVmmo ſtudio, atque accuratiſsima vigilantia declamationes iſtas à doctiſsimo Fratre Alfonſo de Orozco ordinis Eremitarum Sancti Auguſtini editas, & mihi ad examinandum commiſſas per conſultores regiæ maieſtatis, vidi. Et ipſas ſemel atque iterum legens, nihil quod nō ſit catholicū, ac fidei noſtræ conſonū & ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, in ipſis prorſus apparet. Quapropter meo iuditio tam exactè, piè, & religioſè tradūtur omnia, vt omnino in his quæ tradātur materijs magno virtutū candore poſitis, nihil addi, aut demi, citra flagitiū poſsit. Continet & opus floridas loquēdi formulas inter radiantes calculos diſperſas, quæ miro & eleganti artificio ſeſe oculis legentiū præſtant. Taceo hic, Autoris diligentia in ſcrutandis ſcripturarum ſecretis, & quod nō parui momēti legentibus eſt, ſolertiam eius, in inquirendis veræ philoſophiæ theſauris. Non immemor formidoloſæ ſeueritatis in fugādis ſcelerum agminibus quæ omnia inſigne ac laudabile reddunt opus, & dignū mea ſententia ad imprimendum.

F. Ioannes Ponce. F. Martinus S. Trinitatis.

DECLAMATIO Prima.

Dominicæ primæ aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti.

DICITE filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi māſuetus Matth.21. Audiſtis (fratres cariſsimi) *Matth.21* dominum imperantem ſuis præconibus & ob noxiè præcipientem: quatenus ne ſileant ſed clamitent, non taceant, ſed vociferentur, clamantes ad filiam Sion, & ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti aduentum decantantes. Sed heu domine rex regum & cūctorum dominantium princeps, quis ego aut quātus, vt tātum ac tale arcanum reſerare queam? Vermis vtiq; & nō homo: vermiculus, inquam, humi reptans, caput ſuum ad æthera attollere non valens, quemadmodum ille egregius pſaltes de ſeipſo conteſtatur. Tu autem rex noſter idem ipſe es, qui *Pſal. 21.* ſedes ſuper cherubim: quem oēs cæli ciues diu noctuq; collaudāt: cui angelorū militiæ inceſſanter deſeruiūt, & exercitus ſpirituū omniū, gratanter aſsiſtūt. Nūc vero Pater miſericordiarū & Deus totius cōſolationis, qui affectu paterno nos filiolos ſemper conſolaris: ſuggere mihi licet indigno ſeruulo quid de te cogitem: doce quibus te ſermonibus inuocem: elargire quibus tibi operibus placeam. Fiat deniq; hu *4.Reg.2.* militer obſecro duplex in me ſpiritus tuus: quo nectarea verba tua delibare meis mea primò ſuppetens, deinde ſeruis tuis queam deguſtanda cōducibiliter propinare. Sed quia inſultat regi, qui culpæ ob noxius donari flagitat, indebito brauio: & dulcem patris affectū ſtultus exacerbat filius, qui poſt illatas contumelias ante poenitudinem debitam hereditatis arripit dignitatem. Hoc nempe mitiſsime Deus

nō meis ſed intactæ glorioſæ virginis Mariæ meritis & omnium ſan ctorum fieri efflagito. Amen.

Matt.21. *Marci.11* *Ioan.12.* ¶ Mirabile quoddam ſpectaculum audiſtis (fratres cariſsimi) dum ſacroſancta euagelij lectio nuper legeretur. Chriſtus Ieſus ſeruator noſter paſsionis ſuæ præſtitutum tempus aduentare iam intuens, Hieroſolymam adijt, aſinæ inſidens, humilitatem ſuam nobis oſtendens, quo iam ciuitati appropinquāte, conglomerata ciuium caterua obuiam ei confeſtim egreditur. Pleriq́ue indumenta ſua proſternentes in via, nonnulli ramis ex arboribus reſectis humum tegentes, omnes *Pſal.117.* vno ore pariter declamantes illud vaticinium pſalmi: Oſanna fili Da*Ioan.12.* uid, benedictus qui venit in nomine domini. Et iterum: Benedictum quod venit regnum patris noſtri Dauid. Quid plura? dilectiſsimi fratres, phariſæi inuidiæ liuore accenſi, hæc laudum præconia nullatenus audire valebant, idcirco ora laudantium Chriſtum obſtruere totis viribus conabantur. Quibus rex manſuetus & benignus Ieſus, hilari vultu reſpondit: Nūquam legiſtis ex ore infantium & lactētium perfeciſti laudem? Amē dico vobis ſi hi tacuerint, lapides clamabūt.

¶ Sacramenta ingentia hæc ſunt, fratres mei, magna ſiquidem hic latent arcana. Sed quia hodiernum euangelium peculiarem ſibi diem quadrageſimali tempore vendicat, nam Dominica in Ramis palmarum iterum decantandum fore nemo eſt qui ambigat, proinde declamatio noſtra nūc verba præaſſumpta Zachariæ vaticinantis duntaxat perluſtrans: de aduentu regis noſtri Chriſti Ieſu tractabit eouſq́; diſſertans.

Diuiſio declamationis. ¶ Duo igitur tractanda in præſentiarum ſe potiſsimum offerunt, primum de poteſtate regis noſtri venientis, necnon de illius mirabili regno aliqua diſſeremus. Ceterùm manſuetudinem eius qua ad nos venire dignatus eſt, pro noſtro modulo penſitabimus.

¶ Agite obſecro iam filiæ Sion: inclinate aurem veſtram. Attendite & uidete regem veſtrum venientem, mirabili manſuetudine præcin*Vide Bernard. in ſer. Sermone.6.* ctum. Egredimini & contemplamini regem veſtrum Salomonem in diademate ſuo quo coronauit eum mater ſua in die ſolennitatis & lætitiæ cordis eius. Egredimini, inquam, quia niſi tenebroſa Aegipto relicta, Hur Chaldeorum terraq́; ſpreta, ſenſuum etiam veſtrorum abiectis oblectamētis, principem veſtrum lucem inacceſsibilem habitantem nequaquam intueri poteritis. Sed nūc qualiter vaticinium *Zach.9.* hoc ſe habeat auditote: Exulta ſatis filia Sion. Iubila filia Hieruſalē, Ecce rex tuus venit tibi ſaluator: ipſe pauper ſedens ſuper aſinam & ſuper

ſuper pullum aſinæ. Exulta ſatis felix anima quæ Sion filia nuncupari promeruiſti. Iubila abūdè, quæ Hieruſalem filiæ nomen induiſti: quatenus cū Pſalmographo clames ſpirituali gaudio perfuſa, dicens: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Mira res! & ſtupenda (fratres cariſsimi) in hoc exilio tale nos elogium concinere. In hoc ergaſtulo carnis ſpiritum prægrauantis: ſcintillulas ſupernæ ciuitatis Hieruſalem aucupari poſſe. Cor meum & caro mea ait exultauerūt ſimul in Deum viuum. Itaq; is qui foris eſt noſter homo corruptioni obnoxius: & qui intus renouatur, de die in diem, iubilare cœperunt in regem Chriſtum ſuum: pacem ſibi mirabilem nunc conciliantes, olim bellum domeſticum alternatim gerentes. Verum ipſe rex manſuetus adueniens, pax noſtra eſt qui fecit vtraq; vnum. Nonne, fratres dilectiſsimi, (velut experimento ſatis perſpicuum eſt) hactenus caro cōcupiſcebat aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnē? ita vt ſæpenumero hæc ſibi inuicē aduerſari & inſidiari, nō deſiſterēt, in cui⁹ Typo Gemelli fratres Iacob & Eſau, adhuc vtero matris incluſi acerrimum inter ſe bellum gerebant. Mediatore igitur aduentante omnia peccata, ſubitoq; ſedata miteſcunt. Iam verbum caro factum eſt, iam vtique habitat in nobis, iam multitudo illa cœleſtis exercitus nato Domino gloriam in altiſsimis Deo & in terra pacem hominibus canere cœpit: quò poſſemus intelligere ineffabilē fructū noſtri regis naſcētis & in præſepio, ceu in regali ſolio ſedētis. *Pſal. 83.* *Galat. 5.* *Gene. 25.* *Ioan. 1.* *Lucæ. 1.*

¶ Exulta ſatis filia Sion, filia ſpeculi (nam Sion ſpeculum ſeu ſpeculatio interpretatur) ſpeculi, inquam, es filia, de quo ſapiens inquit: Candor eſt lucis æternæ ſpeculum ſine macula & imago bonitatis illius, in quo clareſcunt omnia, cuncta viuentia viuunt & nunquam ſeneſcunt. Iubila filia Hieruſalem pacis ſupernæ ingenua ſoboles: Ecce rex tuus tibi, rex magnificus princeps pacis, pater futuri ſeculi, meritò te iubilare oportet, nā ſicut rex ſimul & pater tuus eſt, qui etenim fecit & creauit te, ſic princeps, & ſponſus animarū pariter vocitatur. Ecce rex tuus venit: Ecce adeſt, qui vocitante Eſaia ſe venturum promiſsit, dicens: Ecce ego qui loquebar (videlicet olim per prophetas) ecce adſum. Adeſt rex noſter, fratres, viſibilis oculis noſtris: niſi caligine peccati nos excutiamus. Vidimus gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre ait, qui eum lynceis luminibus aſpiciebat. Adeſt auribus audibilis. Siquidem olim Deus loquens patribus in prophetis nouiſsimè diebus iſtis loquutus eſt nobis in filio. Adeſt manibus tractabilis, vnde ſcriptum eſt: Manus noſtræ contrectauerunt de verbo *Sapi. 7.* *Eſai. 52.* *Ioan. 1.* *Hebr. 1.* *1. Ioan. 1.*

Baruc.3. vitæ. Adeſt vtique rex noſter cum hominibus conuerſatione amica bilis, nam in terris viſus eſt & cum hominibus conuerſatus eſt.
Ezec.37. ¶Ecce rex tuus de quo prædictum eſt: Rex vnus erit omnibus imperans: & non erunt vltra duæ gentes: nec diuidentur amplius in duo regna, ipſe eſt lapis angularis quo vterque paries Iudæorum ſcilicet & gentium, bitumine inſolubili caritatis compactus eſt. Ipſe eſt rex pacificus qui pacem omnem ſenſum exuperantem, ijs qui longè & ijs
Prou.20 qui propè affatim impertitus eſt. Ipſe denique eſt rex noſter cuius thronus Salomone teſte clemētia roboratur. Nobilitatem cuius inſignem ſilentio præterire nullatenus decet, ſed verbis ſaltem paucis
Eſai.33. illam oſtendamus. Paucis, inquam, quia ſcriptū eſt: Generationem eius quis enarrabit? Quod nimirum tam de humana quam diuina generatione intelligit Diuus Auguſtinus. Quare in re tam difficili nobis ipſis diffidentes, fidelem & oculatum teſtem Beatum Ioannem
Apo.19. in medium adducamus. Ait enim: Ipſe reget gētes in virga ferrea, & habet in veſtimento & in femore ſuo ſcriptum: Rex regum, & Do-
Ibid.17. minus dominātium. & rurſus: Agnus vincet illos quoniam dominus dominorum eſt & rex regum. Quid aliud fratres femur noſtri regis Chriſti Ieſu inſinuat, niſi diuinitatem? Nam filius Dei, verbū patris, ſplendor gloriæ & virtus ipſius eſt. Quam virtutem Paulus perpen-
Hebræ. dens de patre loquens ſic inquit: Portans omnia verbo virtutis ſuæ. Itaq; cuncta tam cæleſtia quam terreſtria ſuper hoc femur tāquam ſuper baſsim validiſsimam firmantur: ò femur potentiſsimum per quod omnia facta ſunt in quo mouētur & viuunt, & cui innixa non
Pſal.44 labefactantur, ſed perſiſtūt. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſsime, orabat propheta, quatenus humanitate aſſumpta, quaſi rhōphea ancipiti filius Dei accinctus, harum tenebrarum principes debellans, & in compedibus alligans, mirabili eos triumpho proſternat.

Atqui in femore hoc (fratres mei) ſcriptū eſt: Rex regum & dominus dominantium. Quo titulo inſigniri nemo dominantium aut regum totius orbis vnquā promeruit: niſi rex noſter ſceptrum regnorū
Iudith.9 omnium gerens. In cuius ditione cūcta ſunt poſita, nec eſt qui volūtati eius poſsit reſiſtere. Eo quippe diſponēte, reges omnes regnāt, principes imperāt, & iudices decernūt iuſtitiam. Sed quidnā hoc (fratres cariſsimi) quod hoc potētiſsimum femur, veſtimēto indutum appa-
Ioann.1. ruit, quam quod verbū caro factum eſt, veluti idē Ioannes teſtatur? Nimirum humanitas noſtra verbo vnita ſimilitudinem maximam

veſti-

veſtimenti gerit. Vnde meritò beatus Apoſtolus clamat: qui cum in forma Dei eſſet, non rapinā arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo. Sed ſemeipſum exinaniuit formam ſerui accipiens, in ſimilitudinem hominū factus & habitu inuentus vt homo. Hæc verba Beatus Augu-ſtinus luculenter pertractans, habituū genera complurima deſcri pſit. Quia quædam eorum quæ accidunt, vel accedunt, vt habitum faciant non mutantur ſed ipſa mutant in ſe integra & inconcuſſa manentia: velut ſapientia accedens homini: non ipſa mutatur, ſed hominem mutat, quem de ſtulto ſapientem reddit. Quædam verò ſic accedunt vt mutent & mutentur. Vt cibus qui amittens ſpeciem ſuam in corpus vertitur & nos cibo refecti ab exilitate atque lāgore in robur mutamur. Quædam autem nec mutant ea quibus accidunt nec ipſa mutantur: ſicut annulus in digito. Quædam denique mutātur non à ſua natura ſed aliam ſpeciem & formam accipiunt, vt eſt veſtis, quæ deiecta atque depoſita non habet eam formam quam ſumit induta, quod genus apprimè congruit huic comparationi, Deus enim filius, ſemetipſum exinaniuit, nō formam ſuam (ſcilicet diuinitatem ſuam mutans, neque conuerſus aut tranſmutatus in hominem, amiſſa incō mutabili Dei ſtabilitate) ſed in ſimilitudinem hominum factus, eſt ipſe ſuſceptor, veram humanitatem ſuſcipiendo, habitu inuentus eſt vt homo. Non transfiguratione in hominem, ſed habitu factus eſt, cum indutus eſt humanitatem quam ſibi vniens, quodammodo atq; conformans, immortalitati æternitatique ſociaret. Huius mirabilis veſtimenti typum gerebat tunica illa Patriarchæ ſanctiſsimi Ioſeph talaris. Et meritò ad talos vſque pertingens quia omnes nos, etſi paruuli, de Chriſti plenitudine accepimus gratiam pro gratia. Hanc igitur veſtem noſtri Ioſeph Hædi tinctam cruore intuens pater: intrinſecus cordis dolore tactus exclamauit: Tunica filij mei eſt, fera peſsima deuorauit eum. Verum (dilectiſsimi fratres) ſupercæleſtis & ſemper laudandus pater diu noctuque gratanter veſtem homanitatis filij ſui aſpiciens, ſimiliter clamitat dicens: Fera peſsima, id eſt phariſæorum & ſcribarum ſæua rabies inuida, tunicam vnigeniti mei cruēter dilacerauit: affigens illum cruci. A cuius plāta vſque ad verticem non fuit ſanitas in eo. Sed mirabilis res, dilectiſsimi, Iudæorum nanque inuidia ſæuiente, veſtis ſanctiſsimi noſtri Ioſeph conciſſa apparuit in cruce, nihil tamen prohibuit quò minus eo reſurgente ad immortalitatis faſtigium exaltatus currui gloriæ inſidens dominaretur omni Aegypto, præcone acclamante: In nomine Ieſu omne genufle

Phi.2. *S. Aug. li.83.q.7.* *Magiſ.li. 3.d.6.* *Hila.lib. de Tri.* *Ioann.1.* *Eſai. 1.* *Phili.10.*

ctatur cæleſtium tereſtrium & infernorum. De hac tamen figura nunc ſit ſatis. Videbimus Deo aſpirante nonnulla quæ hic latitant in declamatione iucundiſsimæ reſurrectionis, quamobrem vnde digreſsi ſumus redeamus. Hæc denique eſt tunica inconſutilis deſuper contexta per totum quam vtique carnifices immaniſsimi, reſcindere non audētes ſuper eam ſortiti ſunt, eò nempè inconſutilis Chriſti humanitas aſſeritur, quo in aluo intemeratæ virginis mirabiliter cōcepta eſt, Spiritu Sancto cooperante quouis conſortio viri ſublato. O veſtem deauratam, tum mira varietate depictam, tum omni fragrātia perfuſam, tum denique omni lapide pretioſo decoratam: qua nimirum nos terrigenæ ob ſceleris protoplaſtorum noxam denudati, tanquam nuptiali veſte ſuperinduti: paternæ benedictionis cōſortes efficimur. Vidiſtis hactenus dilectiſsimi quid femur noſtri regis, & quibus titulis inſignitum fuerit. Intellexiſtis veſtimentum illius mirabili varietate decoratū, modo refert ſcriptum huiuſcemodi veſtimenti non oculis noctuis ſed acie aquilina intueri.

Apoc.19 ¶ Habens in femore & in veſtimento ſcriptum rex regum & dominus dominantium: Beatus Ioānes ait. Hic fratres (ni fallor) hebes eſt omnis intellectus noſtri acies. Hic nimirū (vt verum fatear) calligat noſter aſpectus. Non ait habētes in femore & in veſtimento ſcriptū, ſed habens, quò dilucidè appareat, incarnationis opus totam trinitatem operatā eſſe. Nam cum ſit opus ad extra, ſolummodo filius humanitatem induit, non vtique pater, nō paracletus, homo factus eſt, ſed verbum caro factum eſt & habitauit in nobis. Hoc rationis ordo fratres potiſsimè depoſcebat, hoc alto Dei conſilio decretum eſt, vt plenitudine tēporis adueniēte omnipotens pater filium ſuūm mitteret factum de muliere, factū ſub lege, vt eos qui ſub lege erāt redimeret, & adoptionē filiorū reciperemus. Nō pater venit ſed filius, quia congruentius mitti debebat qui eſt ab alio quàm qui à nullo eſt. Filius autem à patre eſt pater verò à nullo eſt. Spiritus verò ſanctus nō miſſus eſt in carnē, ſed filius, vt qui erat in diuinitate Dei filius, in humanitate fieret hominis fili⁹. Ideò cautè promiſsū eſt (teſte B. Aug.) ne filij nomē ad alterū trāſiliret, qui nō eſſet æterna natiuitate filius. Prætereo tū quod filius Dei ſapiētia patris eſt: de quo regius ille propheta inquit, omnia in ſapiētia feciſti, qua hominē perditū recuperari oportebat. Non ergo duos filios, ſed Deū & hominem vnū filiū manētem in duabus ſubſtantijs confitemur. Propterea nō habētes, ſed habens in femore & in veſtimento ſcriptum, dictum eſt.

3.Diſt.7. *Galat.4.* *Aug.l.de Tri.* *In conci. Tolet.8. 10.&.11.* *Magiſt. li.3.d.1.*

¶Scriptum

Scriptum quippè fratres quòd rex noſter ſculptum in veſtimēto *Nota.*
humanitatis ſuæ gerebat, idipſum qđ & in femore portabat procul-
dubio eſt. Rex regum & dominus dominantium. Intendite iam ob-
ſecro mirabilem dignitatē humanitatis noſtræ fratres, cui iam rectè
aſcribitur, quod Deo in æternitate peculiare eſt, rex regum & domi
nus dominantium, de verbo patris paulo ſuperius expoſuimns. Cui
hereditario iure cōuenire tale ſchema decebat. Nunc verò vnionis
gratia exigēte, ambæ naturæ dignitatis priuilegia ſibi mutuo cōmu-
municant. Ideòq́; rex noſter Chriſtus Ieſus, tāto melior angelis effe
ctus eſt, quāto differentius præ illis nomē hereditauit. Cui angelorū *Scotus. 3*
aliquādo dixit Deꝰ: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Filius inquā *diſtin. 10.*
æterni patris Chriſtus eſt, non adoptiuus veluti nos, qui filij iræ naſci *q. ult.*
mur, & extranei peccati mole cōſtituti, filiali adoptatione indigeba
mus. Rex vtiq́; noſter Chriſtus Ieſus: qui peccatū non fecit nec inuē
tus eſt dolus in ore eius, vnigenitus patris & naturalis filius eſt. Hoc
nomē differētiùs præ angelis hæreditauit, rex regū, & dn̄s dominan
tiū, quibus titulis tā præclaris homo Chriſtus inſigniri meruit, factus
obediēs vſq; ad mortē, mortē autē Crucis propter qđ & Deus exal-
tauit illū, & dedit illi nomē quod eſt ſuper omne nomen. Vt in no-
mine Ieſu, omne genu flectatur, cæleſtium, terreſtrium & infernorū.

Ecce dilectiſsimi triplex regum Apoſtolus hiſcè verbis pandit.
Quibus Rex noſter dominatur. Primum eſt cæleſtium ciuium, vbi
poſt finitam conflictationem poſt inimicos profligatos, diabolum,
mūdum, & carnem athletæ Chriſti, triumphi diademata ſuſcipiunt. *2. Thi. 5.*
Scriptū eſt enim, nō coronabitur niſi qui legitimè certauerit. Aliud
verò regnū eſt, quod terreſtrium vocitatur, vbi inimici tartaræi, mi-
lites orthodoxæ fidei ſæpenumerò infeſtant, vbi vitia chriſticolas
inuadunt, atq; laceſſunt, dicente beato Iob: Militia eſt vita hominis *Iob. 7.*
ſuper terram. Et rurſus Paulus exclamat: Non eſt nobis colluctatio *Epheſ. 6.*
aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates
tenebrarum harum. Tertium deniq; regnum eſt infernorum occum
bentium, de quibus ſcriptum eſt: Filij Effren intendentes & mitten-
tes arcum conuerſi ſunt in die belli. O miſerandam impudentiam! *Nota.*
diris & plectēdam ſupplicijs, in die belli cōuerſi ſunt, prælio terga dā
tes, tentationis tēpore vecordes facti, qui ad tempus credūt & in tem
pore colluctationis, & calamitatis recedunt. At hi omnes ſiue cæle-
ſtes, ſiue terrigenæ, ſiue tetro baratro detruſi, genuflexi, Regi noſtro
triūphatori, confeſtim obediunt, volūtatiq; eius velint nolint parēt.

Eò quòd in femore & in veſtimento illius ſcriptum eſt: Rex regũ,& Dominus dominantium. Data eſt mihi omnis poteſtas, in cælo & in terra, victoriæ palma ſuſcepta, triumphator noſter protulit, vt mirabile ſcriptum veſtimenti ſui, omnibus pateſaceret, & regiam dignitatem ob paſsionis ſuæ triumphum ſibi datam lucidiùs oſtenderet.

Perpendite (obſecro fratres) regum omnium Iſrael ſapiẽtiam, pòtentatum, & gloriam, qui ſi benè numerentur viginti tres regali throno ſediſſe apparebit. Ii ſunt Saul, Dauid, Salomon, Roboan; Abia, Aſa, Ioſaphat, Iorã, Azarias, Athalia, Ioas, Amaſias, Ozias, Ioathas, Achaz, Ezechias, Manaſſes, Amon, Ioſias, Ioachat, Ioachim, Ioachim, Sedechias: quorum dignitas ſi regis noſtri ſublimitati conferamur, fœnum & puluis minutiſsimus æſtimabitur. Quinimò nõ in femore aut in veſtimento ſuo: Rex regum & Dominus dominãtium exaratum habebant, ſed potiùs impreſſum illud Eſaiæ: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni. Nemo vtique illorũ dominus dominantium velut noſter Rex, omnipotens nuncupabatur, ſed homo, putredo, & filius hominis vermis: quod vtique elogium, cunctis terrarum principibus iure adaptari poteſt, vt pote primorũ parẽtum ob peccati corruptelam, venenoſis afflatibus infectis. Sed, vt tanti miſterij ſacramentum, lucidiùs appareat: non erit abs re exẽplar aliquod adducere, licèt in re tam mirabili, tamque difficili, ne exemplis quidem vti copia eſt. Tamen abſque detrimẽto dicamus, ferri metallum caloris capax eſt, quod ſi ſemper in igne ſit poſitum omnibus ſuis poris ſuiſque venis ignem recipiens, totumque ignis efficitur: conſimili modo humanitas illa benedicta regis noſtri Ieſu, quaſi ferrum in igne ſic ſemper in verbo, ſemper in ſapientia, ſemper in Deo poſita eſt: vnde ſcaturit, vt omne quod agit, omne quod intelligit, quid diuinum, & numen fit. Ideòque nec conuertibilis & mutabilis dici poteſt, quæ inconuertibilitatem, & verbi Dei vnitatem, indeſinenter ignita poſſedit. Ad omnes denique ſanctos calor aliquis ex verbo Dei putandus eſt, perueniſſe, ſicut ſcriptura teſtatur: Non eſt qui ſe abſcondat à calore eius, in hac autem humanitate Chriſti benedicti, ipſe ignis diuinus ſubſtãtialiter requieuiſſe credendus eſt, ex quo ad ceteros calor aliquis dimanauerit. Vndè eũdem titulũ ſacroſancta illa humanitas ſortita eſt, quẽ femur, ſcilicet, verbũ patris hereditario iure perẽniter poſsidebat, rex regũ & dñs dominãtium.

Vnde lætare, ait propheta, & exulta in omni corde filia Hieruſalem, abſtulit dominus iudiciũ tuum, auertit inimicos tuos, rex Iſrael

Ricar. l. 4. excep. par. 1. *Eſai. 40.* *Origeñ. Tho. 4. l. 2. de prin. c. 6. Collatio.* *Pſal. 18.* *Sopho. 3.*

Iſrael, dominus in medio tui, non timebis malum vltra. Exiſtimo (fratres dilectiſsimi) dignitatem regiam, necnon & potentatũ Regis noſtri Ieſu, vtcũque vos intellexiſſe, poſtquàm indagare cœpimus pro exiguo captu noſtro, verba illa tot myſterijs referta, quot literis deſcripta: Rex regum, & dominus dominantium. Nunc vero libet, iuxta Sophoniæ vaticiniũ, pauca de Regis noſtri aduentus vtilitate delibare. Conſultò (dilectiſsimi) ſponſus, & animarum noſtrarum paranimphus Chriſtus Ieſus hiſce verbis talia depmit, ne obliuioni tradamus eius nobis quàm conducibilem aduentum. E quo inſtar riuulorum fontis luciddiſsimi cuncta bona permanant. Ipſe nanq;, dilectiſsimi, ſua potenti virtute infeſtatores noſtros proſtrauit, & eos qui totis niſibus nos inceſſanter impugnabant, penitus deuicit. Qua de re in omni corde exultare per prophetam nobis præcepit. Ipſe vtique quaſi vir pugnator iudicium noſtrum abſtulit, quando per viſcera miſericordiæ ſuæ viſitauit nos oriens ex alto, & teſte Paulo *Lucæ. 1.* deleuit cruore roſeo, chyrographum quod contra nos erat, protoparentis manu & nomine proprio ſubſcriptum, affigens illud cruci. Ipſe denique rex noſter èſurſum nos inuiſere dignatus, in medio noſtum degens miracula quam plurima patrauit: ſacroſanctum euangelium, ceu luminare magnum nobis cæcutientibus peccatorum noſtrorũ caligine reliquit. Suis langoribus noſtros peſtilentes morbos effugauit & morte ſua mortem noſtram prorſus exterminauit. Gaudete igitur fratres in domino: iterũ dico gaudete (vt admonet beatus Apoſtolus) modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus, dominus enim propè eſt: longè vtique à nobis erat, priuſquàm humanitatis noſtræ tegumentũ aſſumeret. Nunc verò propè eſt poſtquam inter homines tot curriculis annorum vitam egit. Tamdiu præcordiali affectu erga nos perſeuerans, quandiu elongata ſeculi huius conſummatio fuerit. Vobiſcum, inquit, enim ſum, vſque ad conſummationem ſeculi. *Matt. 28.* O felicem populum, cui ſic caritatis glutine vnitus inhæret! O mirandam dignationem! qua cùm filiis hominum conuerſari *Nota.* in terris libuit, delitias ſuas exiſtimans dominus, & rex noſter (fratres cariſsimi) nobiſcum in hoc exilio, in hac lacrymarũ & gemituum valle habitare, peregrinari, & exultare.

Ecce rex tuus venit, filia Sion, idcirco lætetur Iſrael, in eo qui fecit eum: & filiæ Sion exultent in rege ſuo, vt propheta canit. *Pſal. 149* Lætetur Iſrael, id eſt, videns Deum, qui ſpeculo radiãtis fidei nunc in ænigmate diuinũ numen intuetur: lætetur, inquã, Iſrael, peculiaris populus

lus noſtri Regis venientis, quoniã ſidere orto noctis tenebris effuga tis, vt bellator acerrimus, de concertatore improbo, præclarum obti nuit triũphum. Et filiæ Sion ſimul exultẽt in Rege ſuo, adoleſcẽtulæ gaudeãt, quarũ Salomõ in cãticis meminit, quæ nimis diligunt Chri ſtũ quæ totis viſceribus diu noctuq; ingemiſcũt dicentes: Oſculetur
Canti. 1. me oſculo oris ſui. Exultẽt filiæ Sion deniq; in rege Christo ſponſo ſuo, quæ præcordiali affectu dulciq; iaculo caritatis vulneratæ, voci
Canti. 2. & 5. ferantur ad angelos. Adiuro vos filiæ Sion, quæ acie irreuerberata ipſum lumen diuinum contemplamini, vt aunnutietis ei quia amore langueo. O felicem languorem, fratres, quo, carnis tyrannide extincta, & illecebris exhauſtis, homo noſter interior, qui ſecundum Deum creatus eſt liberior, & fortior euadit! O nos beatos, dilectiſsimi, ſi tali, tam pretioſoque morbo quamprimùm lan gueamus! O inæſtimabilem ægritudinem, quæ perennem incolumitatem & inuencibilem fortitudinem prouehit! Lætetur ergo meritò Iſrael nõ in poculis aureis, nec in cibarijs, quæ ex tẽplò pereunt, non in indumẽtis byſsinis, aut tegumẽtis ſericis, ſed in eo lætetur & exultet, qui fecit eum. Cuius gaudiũ tantò differentiùs, & eminẽtiùs quauis exultatione, eſt, quãto creator creaturis eſt potẽtior, quantò artifex opere ſuo præſtãtior. Petite nunc obſecro dilectiſsimi, pulſate inſtanter, orate indeficiẽter, quatenus gaudiũ hoc veſtrũ ſit plenũ,
Eſai. 1. in rege veſtro Christo exultate, vt vinũ lætitiæ veſtræ non mixtũ ſit aqua abſynthioq; reſperſum. Vos fratres mei Iſrael eſtis, populus pe culiaris omnipotẽtis regis noſtri. Vos ipſi etiam filiæ Sion, lætamini in eo qui vos ad imaginẽ ſuam fecit, & plaſmauit. Exultate in rege ve ſtro, qui veſtimẽta pabulaq;, affatim vobis in dies elargitur, qui vos veluti regnum acquiſitionis defendit, & cuſtodia peruigili tuetur:
1. Reg. 17 necnon & animas veſtras è faucibus draconis funeſti, velut alter Dauid ſuas oues extrahit, & potẽter eripit. Sed quia hanc cæleſtem læti tiam fratres, ad liquidum verbis ſcribere nequimus: tanti gaudij ſaltim ſtillicidio contẽti, cetera expertis, ſanctitateq; præclaris viris relinquamus, & nõnulla de hoc præcellenti regno rimari incipiamus: quibus vnuſquiſque vtcunque dignoſcere poſsit, an fortè huius regni præclara ſecum inſignia deferat.

Ioan. 19. Regnum meũ ait rex noſter Chriſtus Ieſus non eſt de hoc mũdo.
Regnum Chriſti quale. Audite ergo Iudæi & gentes, auſcultate omnia mũdi regna, nõ impe dio dominationẽ veſtrã in hoc mundo, nã regnũ meũ non eſt de hoc mũdo. Nolite metuere inani metu, quo Herodes ille funeſtus, cum

Chriſtus

Chriſtus natus nũtiaretur expauit,& tot infantes, vt mors ad eũ per
ueniret occidit,timendo magis quam iraſcẽdo crudelior. Regnum,
inquit, meum non eſt de hoc mũdo. Quid vultis amplius? aut quid la
bilẽ gloriolam huius mũdi anhelãter affectatis? Venite ad regnum
quod non eſt de hoc mũdo, venite dilectiſsimi credẽdo, & nolite ſe
quire metuẽdo. Ego, ait rex noſter, cõſtitutus ſum rex ab eo, id eſt à pa Pſal. 2.
tre, ſuper Sion montem ſanctum eius. Sed Sion ciuitas illa magna da
uitico ingenio cõſtructa, mons ille cuius cacumen cælum vſq; pertin
gens, non eſt de hoc mũdo. De mundo non eſtis, inquit rex noſter,
ſuos electos admonere volẽs, ſicut & ego non ſum de mundo. Et rur Matt. 8.
ſus ſpiritu feruido patrem orãs, ait: Non rogo vt tollas eos de mũdo,
ſed vt ſerues eos à malo. Planè, fratres dilectiſsimi, regnũ & principa Matt. 17.
tus noſtri regis credẽtes in eum ſunt, iuxta quod dictũ eſt. De mũdo Matt. 15.
nõ eſtis, ſed ego vos elegi de mũdo. Proculdubio de mũdo erãt, quan
do regnũ eius non erãt, ſed ad mũdi principẽ pertinebant. De mũdo
nimirũ eſt, quicquid hominũ à verò quidem Deo creatũ, ſed ex Adã
vitiata atq; dãnata ſtirpe generatũ eſt. Factũ eſt autem regnũ nõ iam
de hoc mũdo. Quicquid inde in Chriſto regeneratũ eſt. Sic enim nos
Deus omnipotẽs eruit de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in re-
gnum filij caritatis ſuæ: de quo nunc aſſerit dicens: Regnum meum
non eſt de hoc mundo. Adnotatione dignum eſt, quia non dixit: Re Nota.
gnum meum non eſt in hoc mundo, ſed de hoc mundo non eſt. Non
dixit: Non eſt hic, ſed conteſtatus eſt regnum eius non eſſe hinc.

Quorſum hæc dilectiſsimi? Nempè regnum Chriſti in hoc mũdo Aug. ſu-
eſt, & propterea hic eſt, vſq; in finem ſeculi, habens inter ſe cõmixta per Ioan.
zizania vſq; ad meſſem: quãdo meſſores id eſt angeli cæliter veniẽt, tract. 115
& colligẽt de regno eius omnia ſcãdala. Quod vtique nõ fieret, ſi re Matt. 19
gnũ eius nõ eſſet hic: ſed tñ non eſt hinc, quia peregrinatur in mũdo.

Sed quantã ſit huius regni iuſtitia, quantaque pax, & tranquillitas,
quantumque illius gaudium beatus Apoſtolus nobis palam faciat. Ad Ro.
Regnum Dei (inquit) non eſt eſca, & potus, ſed iuſtitia, & pax: & 14.
gaudium in Spiritu Sancto. Animaduertite, dilectiſsimi, qualiter
beatus Paulus, ſæpenumero breuis ſit in verbis ſed in ſententijs co-
pioſus: qui ſic vniuerſa luculenter depromit: ſic ſpiritu, & virtute Bernard.
incerta, & occulta nobis pandit: quatenus teſte Bernardo in ſerie or- ſer. 1. &
dinem, in ſenſu plenitudinem, in vtroque connexionem mirabilem 2. de uer.
oſtendat. Regnũ Dei vtiq; iuſtitia eſt quã literis cãdidati virtutem Apoſt.
præclarã dixerũt, qua vnicuiq; redditur quod ſuũ eſt. Cuius nimirũ Tobi. 4,
exerci-

exercitatio,potiſsimè è duobus mandatis pendet, vtpotè quod ſibi
Matt. 7. quis fieri non vult,alteri non faciat. Ceterum, quod vultis vt faciant vobis homines hoc & facite illis. Is,enim fratres mei, iuſtus eſt, qui Deum ex toto corde,& proximũ ſicut ſeipſum diligit,qui inexhauſtas gratias, Deo creanti,redimenti,& vocanti ouanter reddit. Verùm,cariſsimi, ad imaginem, & ſimilitudinẽ ſuam, Saluator noſter fecit nos: vt memores illius inceſſanter eſſemus. Animã verò noſtrã
Pſal. 123. velut auiculam de laqueo mirabiliter eripuit, captiuam noſtram captiuitatem ſecum ducens,necnon & ſanguine proprio,ſcelerum noſtrorum vincula prorſus deripuit. Atqui vocauit nos in ſpem viuam, quibus impudenter dormitantibus Seruator noſter ad oſtium ſtat & pulſat,clamitare non deſinẽs: Aperi mihi ſoror mea, colũba mea.
Vera iuſtitia quæ ſit. Hiſce mellifluis verbis fortius animam noſtram allicere affectat. Prima ergo pars huius regni, vt noſtis fratres, iuſtitia eſt, quam exactè operamur, dum pro tantis talibuſq; beneficijs, ingentes regi noſtro Chriſto laudes, gratiaſque rependimus.

Pacem tamen contemnere non oportet, vt Deus pacis nobiſcum ſit, non vtiq; qualẽ mundus mendax exhibere conſueuit, quæ inanis,
Ioann. 14 & inconſtans eſt, in ictu oculi euaneſcens, & iuge bellum animabus exhibet: ſed pacem veram (dilectiſsimi) omni ocio ſomnoque excuſſo, diligenter inquiramus, quam Apoſtolus exuperãtem omnem noſtrum ſenſum aſſeruit. Pacem, inquam, fratres mei, toto pectore, totis conatibus perquiramus, quam velut fructum è cælo allatum eſſe per angelos rege noſtro anguſto præſepio incluſo, nemo eſt qui ambigat: Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis, modulatione conſona, eadem voce, eodemque conatu, omnis illa angelorum acies nato inſtauratore noſtro concinebat. Si ergo (fratres mei) pacis theſaurus ſic nobis oblatus eſt, oportet cunctis opibus contẽptis, hanc pretioſam margaritã vẽdicare ne fortè pacis dono turpiter ſpreto, inimico noſtro ſubrepẽdi tribuamus facultatẽ.

Demum, fratres mei, ſicut regnum Dei iuſtitia & pax eſt, teſte Apoſtolo, ita & principatus formatoris noſtri Ieſu, gaudium eſt, Sed quod gaudium, aut quale tripudium? Nunquid cuius extrema luctus occupat? vbi parum eſt mellis, magna verò viget quantitas fel
Prou. 2. lis, draconis & venenati ſerpentis? Erit ne gaudium, quo gaudent qui malè fecerint exultantes in rebus peſsimis? Abſit, fratres deſideratiſſimi, tale mortiferum gaudium à regno noſtri æterni regis. Regnum Dei gaudiũ eſt, & lætitia non quæcũq;, ſed in Spiritu Sancto defixa ex fonte

ex fonte limpidiſsimo oborta, cuius impetus lætificat ciuitatē Dei. Spiritus enim ſanctus, fratres, lætitia noſtra eſt, quæ omnē cordis noſtri mœſtitiam effugare potenter valebit: eamq; vice verſa, in maximam lætitiam cōuertere poterit. Hoc nanq; gaudio repleti apoſtoli, vultu alacri, mente robuſta gaudentes, ibant à conſpectu concilij quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati. Hoc deniq; oleo lætitiæ delibuti, Dei athletæ peſtilētiſsimi draconis agonem ſpernentes, tyrānorum omnium minas ſuperauêre. Miratus eſt confeſtim Architriclinus, vt vinū ex aqua factū delibauit in nuptijs, quibus adeſſe dignatus eſt Seruator noſter Chriſtus Ieſus: nec abs re cùm aſpectus noſtri regis tam magnæ virtutis ſit, vt ſolo intuitu omnis triſtitiæ noſtræ caliginem veluti ſolaris radius poſsit diſpergere. En, cariſsimi, aquam amariſsimā Marath, quam noſter Moſes, mirabiliter dulcorauit & quotidiè in vinum ſuaue conuertit. Sed proh dolor! quia velut Architriclinus nō admiratur, eò quòd pro nomine Ieſu probra reportare nolumus. Regnum igitur Dei, gaudiū in Spiritu Sancto eſt, non eſca, non potus: vbi Apoſtolus taxat vinolentos omnes, & voraces, proinde erubeſcite iam luxui dediti, cuius Deus venter eſt. Nonne legiſtis illud Pauli: Eſca vētri, & vēter eſcis, Deus autem hunc & has deſtruet? Audite obſecro, qui laxatis habenis, ſenſibus nimium indulgetis. Attendite funeſtum elogium quod propheta vaticinatus eſt: Væh vobis qui dormitis in lectis æburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis vitulum de armento: & bibitis vinum defecatum: & primis vngimini vnguētis. Qua moptimè dictum eſt, fratres, væh vobis qui velut oues in inferno locabimini, quos mors depaſcet, ſemper morientes ad vitam, & ad mortem æternam viuentes. O vos miſeros qui delitijs & diuitijs affluentes cōfeſsionem expectatis ad mortem, turpitudine veſtra, ſicut diploide ſuperinduti! Non eſt regnum Dei eſca & potus: inſolentes filij adami, non veſtis purpurea aut byſſus: non opulētus victus, quibus diues ille dementia captus, quotidie vti ſolebat vnde in puncto animam agens in tetrum chaos miſerabiliter deſcendit: Vſquequo graui corde filij hominum? vſquequo diligitis vanitatem, & toto conatu mēdacium quæritis? Veritatem quærite, non fallaces diuitias, gaudium verum concupiſcite, quod in Spiritu Sancto tantummodo eſt inuenire. Quod vtique in fine ponitur, poſt iuſtitiā & pacem: ſed fine fine, vt inquit Bernardus. Vos igitur gaudere cupitis iuſtitia & pace reiecta, inſcitia propria decepti, præcipiti ſaltu tranſilire conantes. Profecto nemo eſt ſce-

Pſal. 45. *Acto.* 5. *Ioan.* 1. *Exo.* 15. *Corin.* 6. *Amos.* 6. *Pſalm.* *Lucæ.* 16 *Pſal.* 4.

eſt ſceleratorum qui gaudere contemnat, ſed heu quod non eſt pax
Scotus. impijs! proinde nec erit gaudium filijs ſceleratis! Verum enim, ſi coe
2.d.4. tus angelicos rectè intueamur, primò iuſtitiam feciſſe in veritate per
ſiſtentes inueniemus, veritatis Satanam deſertorem deſerentes. Ce-
teri in pace ſumma firmati in veritatis via permanſerunt, ideò peren
Nota. ne gaudium adipiſcentes, lętitiam ſempiternam poſſederunt. Grada
tim ergo vos conſcendere oportet, tum pace, tum iuſtitia prius adep-
pta, quatenus ſpiritali gaudio huiuſcemodi regni, promereamini per
S. *Tho.* frui. Aduertendum tamen, dilectiſsimi fratres, hoc gaudium regni
2.2.q.28. Dei, haud ipſum eſſentiale præmium fore, ſed quid conſequens bea-
art 1. titudinis brauium, è quo lætitia illa ſempiterna ſuper ſanctorum capi
ta emanat. Agite iam obſecro fratres inſtanter hoc regnum concupi-
ſcite, hunc obteſtor principatum obnixè depoſcite. Veniet optatus
ille Dies, quando perennibus gaudijs in ipſo diuinitatis oceano pro-
fundius immergamur, vbi viuda vndam ſine intercapedine cōtinuet.
Sed quādo veniemus, ò rex regum, ſalutis noſtræ inſtaurator? Quan
do apparebimus huius luteæ domus ſarcina depoſita, qua grauati
quotidiè incedimus? Quando denique, mitiſsime rex, angeli coæqua
les effecti, hoc voluptatis torrente inebriati occurremus tibi in virum
perfectum? Nunc verò fratres tanti iubili ſtillicidia pro modulo no-
ſtro delibantes, ſupernam illam Hieruſalem, quæ eſt mater noſtra
S. *Augu.* contemplemur à longè, vt B. Auguſt. placuit, conciues noſtros humi
liter ſalutantes, hoc in exilio ingemiſcentes, huc & illuc quodammo
do vagātes ob parētum noſtrum facinus exules effecti. Iuſtitiam fa-
ciamus, pacem totis viribus inquiramus, vt gaudere in ſpiritu & læta
ri poſsimus, velut filiæ Sion lætari conſueuerunt in rege ſuo Chriſto
Ieſu ſeruatore noſtro.

Ecce, dilectiſsimi, Rex noſter Chriſtus Ieſus ad nos venit ſanctita
te inſignis, maieſtate præcelſus. Sed vnde obſecro venit, aut quò ve-
nit? Nimirū à patre exiuit ipſo aſſerēte, ſicut Ioānes enarrat: Non ve
nit qui aberat, ſed apparuit qui latebat, in ſeipſo inuiſibilis erat, in hu
manitate autē noſtra nobis viſibilē ſe præbuit. Prodijt itaq; rex no-
ſter, mortalitatis noſtræ trophæo præcinctus, à regalibus ſedibus ad
Auguſt. nos vſq; peruenit. Nouit ait B. Aug. vbiq; totus eſſe, qui tamen nullo
ad Volu. termino vel loco clauditur vel finitur. Nouit venire nō recedēdo vbi
erat, nouit abire, nō recedēdo quo inerat. Verè rex noſter magnus, at
*Eſai.*40. tingit à fine vſq; ad finē fortiter, diſponēs omnia ſuauiter. Cælū & ter
rà adimplēs, & cūcta tribus digitis appēdens, videlicet, potētiæ, ſapiē

tiæ, &

tiæ,& bonitate ſua. Digito nãque potẽtiæ ſuæ omnia creauit, & lucem edidit. Digito verò ſapiẽtiæ, vniuerſam mundi machinã gubernat:& ordine miro orbem diſponit. Digito deniq; ſuæ bonitatis ea quæ ſemel patrauit, cum ſint valdè bona, tuetur & conſeruat. Vnde liquidè cõprehenditur, vbiq; eſſe ſecũdum diuinitatem princeps noſter, qui nuſquã incluſus eſt, venire igitur ad nos dicitur, perinde ac ſi clarius diceretur filius Dei, qui in ſua diuinitate uideri nõ poterat, in mortalitate noſtra viſibilis aparuit. De cuius aduẽtu tot ante ſecula Eſaias præcinuerat dicens: Videbit omnis caro ſalutare Dei. *Eſai*. 40.

Vidiſtis hactenus, dilectiſsimi, qualiter inſuperabilis imperij noſter rex, à ſedibus regalibus venerit è patris ſinu prodiens, patre minimè relicto. Nunc operæpretium eſt indagare, quò dignatus eſt venire. Siquidem, fratres mei, ad nos in hoc exilio oberrantes deuenit, per abrupta montium, & concaua vallium ouiculam perditam ſedulò quæritans, ſcriptum nanq; eſt: Venit filius hominis ſaluare quod perierat. Nec draco peſtilentiſsimus obſtare potuit quo minus triũphator Iſrael, & paſtor egregius, ouem ſuam inuentam lætabundus amplexaretur, ſuiſq; humeris impoſitam, in ouium ſuarum caulam reduceret. Attendite obſecro fratres, principis noſtri eximiam virtutem, qua fecit nos regnum Deo & patri, vt qui olim regnum eramus diaboli modo imperium electum Dei efficiamur. Et in quibus verſutus ſerpens hactenus, pro libito regnabat, nunc ipſe Deus caritatis lege mirabiliter dominatur. Fecit nos regnum Deo & patri, dilectiſsimi, quatenus è corde noſtro ſcelera radicitus euellamus, & omniũ virtutum plantaria confeſtim inſerere incipiamus, pellicẽtes nos voluptates in deſideria carnis, prorſus atteramus. O nos fratres ter quaterq; beatos ſi tãti reges regnũ quã primùm efficiamur, ſi illius decreta opere adimplẽtes, cũ regali ꝓpheta totis præcordijs cõcinere poſſimus: Dñs regit me, & nihil mihi deerit. Verũ princeps noſter tũc regit nos, cum obnubilatum peccati caligine intellectum noſtrum ſupernis ſplendoribus illuminat: cum fides incerta & occulta ſapientiæ Dei nobis luculẽter explanat. Caritas verò ceu ignis cæleſtis voluntatem noſtram inflammat & liquefacit. Talis nanq; (fratres mei) animæ noſtræ gubernator ſtrenuus: non modo tranquillo tempore, cordis noſtri nauiculam in portum deducit tutiſsimũ, ſed etiam ſpumante æquore, huius mundi ſæuitia inundante, tempeſtate aduerſa ingraueſcente omne præcipitium effugans, curſu pacatiſsimo, itinere recto, in littus ſupernæ ciuitatis Hieruſalẽ perducit. Foris, dilectiſſimi,

Marginal notes: *Ioann.* — *Luc*æ. 15 — *Ricar. de S. victo. ſuper Apoca. c.* 2. — *Pſal*. 22. — *Nota*.

Chryſo. ho. 3. ad popu. Collatio. ſimi, eramus ſicut qui extra regales aulas vinculis ſunt alligati. Nam qui apud regem pro noxis aliquibus offenſam habent huiuſmodi, quippe à regali aula foris excluſi ſunt. Qui verò voluerit eis veniam impetrare, minimè eos in aulam regiam primũ introducit. Sed ipſe foras egreditur ibiq; commiſcet ſermocinandi negotium, vſq; dum eos correctos & dignos efficiat. Qui meritò regis vultui præſentari mereantur. Ad hanc ſimilitudinem Chriſtus rex noſter manſuetus effecit, egreſſus quippe ad nos dum carnem mortalitatis noſtræ aſſumpſit, alloquutus, decreta diuina nobis innotuit. Et ſic nos à peccatis emundans in regalem aulam velut mediator optimus introduxit.

Iob. 41. Animabus noſtris dominari incipiẽs tyranni regis ſceptro diffracto, quo miſerabiliter peccatorũ corda, rex ſuper omnes filios ſuperbiæ,
Pſal. 22. infeſtabat, ferreoq; iugo, diu noctuq; premebat: Dominus itaq; regit me, & nihil mihi deerit. Non mundus fallax, non ſerpens iniquitatis adinuentor, non caro tenax, quæ animæ noſtræ inopiam ſubleuare nequit, ſed dominus omnipotẽs reget me, vt nihil mihi deſit. Nonne
Pſal. 112 rex iſte fratres, de puluere elegit inopẽ, & de ſterqu linio erexit pauperem. Quid plura? caritate nimia vulneratus ſic ait: Propter miſeriã inopum & gemitum pauperum nunc exurgam. Et rurſus: Vidi affli-
Exo. 3. ctionem populi mei, & deſcendi vt liberarem eum. Si igitur inopiæ veſtræ, dilectiſsimi, ſubuenire deſideratis, huic principi ſyncerum & verum obſequium ſine intermiſsione exhibete, ſcriptum eſt: Inqui-
Pſal. 33. rentes autem dominum non minuentur omni bono. Quid boni obſecro, fratres mei, deeſſe poterit, animæ inhærẽti ſummo bono? in rege vtiq; noſtro Chriſto veluti in Oceano & profunda abyſſu, cõglomerata ſunt omnia, quibus mens noſtra duntaxat ſatiari, & cõquieſcere poteſt. Ipſe valetudo noſtra eſt firmiſsima, ipſe bonitas, ipſe ſapientia & ſalus noſtra. O fratres mei ſi hanc ſaturitatem obtinere poſſemus, diuitiarum huius mundi ſtatim obliuiſceremur, dicẽte Apoſtolo: Quæ retrò ſunt obliuiſcentes, ad ea quæ anteriora ſunt me extendens. Verùm, nihil nobis deerit, ſi toto niſu regem noſtrũ diligamus. Nihil omnino deficiet, ſi illius mandatis parere non negligamus. Si autem æditio affecti, & vecordia quadam implicati hanc exuberantem miſericordiam ſpernamus, nonne ſceleris arguemur, & meritò vapulauimus? Abſit, dilectiſsimi, à nobis tãtum ac tale flagitium. Dominus regat nos & nihil nobis deerit. Ipſe eſt merces noſtra, & oblectatio magna nimis, quem videbimus euacuato quod ex parte eſt. Non iam in ænigmate, aut fidei vmbraculo, ſed lucidè & in meridiano

no ſplēdore, omni caligine fatiſcente eũ, ſicuti eſt, intuebimur. O felicē animam! cui dictũ eſt: Tũc videbis, & afflues & mirabitur & dilatabitur cor tuũ. Quando mirabilia hæc erũt, fratres? Quando optatus ille dies adueniet, niſi cũ rex noſter Chriſtus Ieſus, vita noſtra apparuerit? Tunc videbimus ſcamis peccatorum noſtrorum penitus dilapſis, quòd typicè de Paulo in virum alterum mutatum geſtum legimus. Tunc affluere incipiemus miro iubilo, ingentique gaudio repleti, tunc denique filia Sion ſtupebit ſuper dignitatem, mirabitur regalem poteſtatem regis ſui. En, fratres deſideratiſsimi, requiem opulentam, pacem præclaram, quam noſter rex nobis attulit è cælo veniēs, quatenus peccati regno debellato, regeq; iniquo profligato, regnum efficiamur dignum Deo & patri, qui nos benignè gubernet, paterno affectu corripiat, bona cuncta impertiat, ita vt nihil boni, nihil ſancti, nihil denique beati nobis deficiat. *Actu. 9.*

ANNOTATIONES QVAEDAM ex Euangelio deſumptæ. Quibus quiſque agnoſcit filius ſit Sion necne, agnoſcet inquam coniectura quadam.

DIcite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ait S. Matthæus, vatem præſtantiſsimum Zachariam recenſens. Vbi aduertendum magnopere eſt quòd hoc tam excellens ac lætiſsimum nuntium non cuilibet factum eſt ſed ijs duntaxat qui hieroſolymam inhabitant, quippe quæ viſio pacis interpretatur, velut ſanctus Auguſtinus teſtis eſt. Væh tamen peccatoribus quibus dictum eſt! Nunc vaſtaberis filia latronis, nempè latro peſsimus Satanas eſt, qui ſuperbia inflatus dixit: Aſcēdam in cælum, & ponam ſedem meam in lateribus aquilonis, & ero ſimilis altiſsimo. En latro fraudulentus gloriam Dei, molitur arripere nolens ſeſe Deo ſubmittere. Non quidē talem eũ Deus optimus condidit, quin etiam quicquid fecit, vt optimus artifex, bonum fecit. Dicente Moſe: Vidit Deus cuncta quæ fecerat & erant valde bona. Verùm qui ſummè bonus eſt, quomodo aliquid malum efficere poterat, ſanè angelos potenti ſua virtute dominus creauit & è veſtigio gratiam ſuam eis impertiuit. Nec ſunt dæmones natura improbi & fallaces ſicut Porphyrius autumat inſolenter, quem benemerito Sanctus Auguſtinus, lib. 12. de ciuitate Dei cō- *Michæ. 5* *2. Diſt. 4*

S. Tho. ſutat. Imò, vt ſanctus Doctor ait, omnes tam angeli quàm dæmones
1. p. q. 62 in gratia creati ſunt. Hinc ſanctus Auguſtinus clamat: Deus erat in
art. 1. eis condens naturam & dans gratiam. lib. 12. de ciuitate Dei. Huc
pertinent quod Saluator noſter aſſerit. Ille in veritate non ſtetit,
vides qualiter malitia ſua infectus corruit ſuapte nequitia fœdatus,
Geneſ. 3. in veritate & rectitudine qua conditus erat permanere nolens. Hic
latro primos parentes in amœniſsima paradiſo expoliauit, ſtolam
innocentiæ & ſanctitatis qua miram in modum radiabat ſurripiens,
& deuorare animas noſtras ſemper molitur, & inſtar leonis rugiẽtis
Mich. 2. nos diu noctuque circumiens. Nunc vaſtaueris filia latronis. Infelix
anima que tam peſsimi patris veſtigia ſectaris, morte inſtante vaſtitatem
hoſtilẽ paſſa in barathrum cum diabolo peribis & deſcendens.
Tunc diuitias, quas toto affectu diligebas, honores, quos vehementer
affectabas, voluptates omnes quibus immerſa eras, magno cum
gemitu amittes. Væ, væ tibi quãdo ingemiſcẽs clamabis: Circũdederũt
me dolores mortis, & pericula inferni inuenerunt me: & iterũ:
Circundederunt canes multi, innumera dæmonum examina me ob
Pſal. 136 ſederũt. Quid plura? quæ nunc latronis filia appellata eſt, Babylonis
etiam filiam regalis propheta vocat: filia Babylonis miſera beatus
qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis. Syon
& Babylon inuicem aduerſantur & alterutrum inceſſanter pugnant.
Babylõ quidem confuſsionem ſignificat, cui Hieruſalẽ toto conatu
reſiſtit, filia confuſionis miſera eſt, quamuis orbem vniuerſum poſsideat:
quid refert Creatore relicto cunctis creaturis dominari? Satiùs
eſt gratiam Dei ſummi habere, quàm mũdi totius monarchiam obtinere.
Audite prophetam poſt adulterium & homicidium patratũ
Pſal. 37. quid dicat: Miſer factus ſum, & curuatus ſum vſq; in finem. Enim
verò rex potentiſsimus erat, ſatellitio ſtipatus incedebat, menſam
opiparam habebat, vniuerſo regno dominabatur, & cuncti maximo
honore eum perſequebantur? nihilominus conſcientiæ improbæ
dolore cruciatus, inter tot & tanta famulorum obſequia, ſeſe miſerũ
toto corde, & ore profitebatur. Timeat filia latronis quæ nunc vaſtabitur,
formidet filia Babylonis miſera, & ſi tot diuitijs, & delitijs affluat,
Zach. 9. quoniam ad eam clamant verba Zachariæ quæ nunc audiuimus,
niſi relictis ſceleribus latronem peſsimũ diabolum abhorreat,
& Hieroſolymam ſanctam intret, veram pœnitentiam agens.

Annot. 2 Exultet ſatis, & iubilet filia Sion cui tale nuntium decantatur: Ecce
rex tuus venit tibi manſuetus. Huc ſanè ſpectat quod in pſalmo legimus:

gimus: Audiuit, & læta eſt Syon, & exultauerũt filiæ Iudæ propter iudicia tua domine. Quoniam tu Deus altiſsimus Rex magnus ſuper omnes Deos. Quandoquidẽ mẽs ſancta vbi talia verba audierit exhilaratur, & vehemẽter lætatur cũ ſponſa dicẽs: En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum. Paries quidem mundiſsima cælo ipſo lucidior, Chriſti Ieſu humanitas eſt: poſt hanc parietem verbum Dei ſtat, ſub velamine carnis noſtræ deliteſcẽs, quò fidei noſtræ meritum accreſcat. Gaudet ſponſa ſponſum pulcherrimum contemplans eius mellita verba audiens. Quamobrem ſeſe continere non valens vociferatur dicens: Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus loquutus eſt. Ad hæc filiæ Iudæ exultauerunt, quippe quæ Chriſtum Ieſum Deum & hominem confitentur. Sed vnde exultant? Propter iudicia tua Domine hęc ineffabilia atque incomprehẽſibilia ſunt, Apoſtolo teſte. Quod Deus factus ſit homo, vt homo fieret Deus, nonne iudicium Dei eſt, quo nihil ſacratius, aut mirabilius? Paruulus naſcitur in Bethleem, octauo die cultro lapideo circũciditur, in templo deinde præſentatur & Simeonis vlnis portatur. Tyranni Hærodis veſaniam fugiens Aegyptũ adijt, ieiunauit, eſurijt, laſſatur itinerãs, cõprehẽditur ab inimicis, flagellatur, ſpinea corona cruciatur. Deniq; crucem baiulat, & inter ſceleratos agnus innocẽs obijt, & de mauſoleo tertia die ſurrexit ſpolians principatus & poteſtates. O mira & vehementer miranda Dei iudicia! quæ filiæ Iudæ talia audientes meritò exultant. *Pſal.96.* *Canti.2.* *Canti.5.*

Ceterum quod peccatorum contritio tam ſit efficax vt in quacunq; hora ingemuerit peccator, Deus delictorum omnium ſit inmemor. Et quod confeſsione rectè facta, ſanctaque abſolutione à cõfeſſore accepta homo quamlibèt peccator iuſtificetur, ita vt ſacroſanctam Euchariſtiam dignè accipiat: nonne iudicia Dei ſtupenda hæc ſunt? quoniam tu Deus altiſsimus, rex magnus ſuper omnem terram, meritò dicebat Dauid. *Ezec.18.* *Pſal.94.*

Denique, quiſquis in Ieſu gaudet, mundi huius gaudijs poſthabitis, is planè veſtimentis ſe ſpoliat, & ob regis ſui amorẽ immodicum, omnia relinquit. Cum Apoſtolis toto pectore clamans: Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. In via ſternit veſtimenta coram domino, cui ſe deuouit in ſacro baptiſmo, in corde ſuo conferens ſalutare & admodum frugiferum illud Saluatoris dogma. Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & ſequere me & habebis theſaurum magnum in cælo. Animaduertendum, quod non dixit, da cognatis amicisve, vt ditiores fiant. Sed contra: Da paupe- *Matt.19.* *Matt.19*

ribus, inopes ſubleua, ne in fluuio aquam effundere videaris, ſecus faciens. Quandoquidem qui diuiti bona ſua largitur, is aquam in flumine fundit, nil vtilitatis habens. Mirabile dictu! ſpoliantes corpus, & ea quæ fugacia ſunt relinquẽtes, animam imagine Dei infinitam pretioſis induimus ornamentis. Quò pertinet illuc Pauli: Spoliantes veterem hominem, cùm actibus ſuis, & induentes nouũ, qui ſecundum
Col. 3. Deum creatus eſt, in ſanctitate, & iuſtitia veritatis. Veterẽ hominẽ, vt aſſolet, Apoſtolus appellat concupiſcentiam prauam, quippè quæ noſtris membris hæret, & ex peccato primi parentis orta eſt. Exuamus ergo nos, cariſsimi, Saluatore noſtro aduentante, ita vt ſuperbia, auaritia, ira, & alia id genus ſcelera minimè in nobis appareant, & ſic cùm pueris hieroſolymitis corde & ore clamare poterimus: Oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine domini.

PARS SECVNDA
Primæ Declamationis.

ECCE rex tuus venit tibi mãſuetus. Vidiſtis, *Zacha.9*
dilectiſsimi, nuperrimè, vt cõiecto, regis noſtri
Ieſu Chriſti venientis gratuitam largitatem, re
gniq; illius inæſtimabilẽ nobilitatem, qui non
animaduertit in nos, queadmodũ eramus cõme
riti. Sed ſemetipſum exinaniuit, formã ſerui ac-
cipiẽs in ſimilitudinem hominũ factus, & habi-
tu inuẽtus vt homo, qui virginis aluũ nõ abhor
rens, cunabula præſepij anguſti lætanter eſt amplexatus, quatenus
cælorum aulã ampliſsimam, nobis impertiret. Intellexiſtis mirabilẽ
propinquitatem illius, qua non modo rex, verùm noſter magnificus
princeps eſt. Non extraneus aut alienigena veluti Hærodes tũc tem
poris regis partes gerebat. Gaudete igitur, dilectiſsimi, exultate, gau-
dium meũ & corona mea vt Paulinis verbis vtar. Quos gratuita mi-
ſericordia Dei in tantam prouexit dignitatem, vt merito Adami elo
giũ concinere poſsitis. Hoc nunc os de oſsibus noſtris, & caro de car-
ne noſtra. Planè amoris dulcedine ſpõſæ inflãmeſcẽs, hoc ipſum ef-
flagitabat, & obnoxè depoſcebat, dicens: Quis det te mihi fratrem *Canti.8.*
meum ſuggẽtem vbera matris meæ, & me iam nemo deſpiciet? Quæ
vtiq; verba tot ac tantis ſacramentis ſcatent, vt rectè natiuitatis no-
ſtri regis feſto ſeruãda ducamus. Nempè, dilectiſsimi, vt paucis agã.
Rex noſter Chriſtus Ieſus, eò noſter eſt, vt in matris ſemper virginis
vtero paracleto cooperãte fuerit conceptus. Illiuſq; integritatis clau
ſtro obſeruato, mirabiliter & natus, illius vbera ſuggẽs alitus, atq; nu
tritus. Vnde iure optimo mater intacta eximiã illã benedictionẽ in-
dui promeruit: Beatus vẽter qui te portauit, & vbera quę ſuxiſti. Pro
fectò in lege veteri ſancitũ erat dño præcipiẽte: Non poteris alterius *Deut.17.*
gẽtis hominem facere regẽ, qui non ſit frater tuus, ſed de his ſatis.

Nunc verò ſecũdam noſtræ declamationis partem, in qua thema tis verba, de modo Seruatoris noſtri veniendi diſſertant, rimari incipiamus: Ecce rex tuus venit tibi mãſuetus, videte obſecro fratres nõ carneis oculis duntaxat, ſed limpidiſsimo viſu: ſpiritalique intellectu virtutumq; regis noſtri opera: filiæ Sion introſpiciant, ſi enim exter na eius tantũmodò aſpexeritis, natura humana decipiẽdi eſtis. Si au tẽ mirabilia in hoc exilio ab ipſo geſta attẽditis, virtute diuina ſaluã-
Auguſt. di eſtis. Aug. cõteſtãte. Chriſtus Ieſus informator nr̃, De⁹ abſcõditus & homo manifeſtus eſt. Ecce, inquã, rex tuus venit, nõ auſterus, nõ inſigniter ſeuerus: ecce venit iuſtus & ſaluator, mãſuetus, patiẽs, & mul
Nota. tæ miſericordiæ & pius. Verùm lenitate conciliantur & feræ, & qui auſteritate cõmoueri nõ ſolẽt, comitate aliquãdo videmus & cõuin-
S. Tho. 3. p. q. 40 art. 1. ci. Non enim fratres vaſtam ſolitudinẽ in colore cœpit, aut locuſtis, melleq; ſilueſtri rex noſter manſuetus vſus eſt, aut cibarijs agreſtib⁹ victitauit, ſicut de præcurſore ſacra pagina manifeſtè aſſerunt. Venit autẽ filius hominis manducans & bibẽs, omnibus comitatem ſuam affatim impertiens: quatenus omnia omnibus factus, omnes lucrifa-
Baruc. 3. ceret, dicente propheta: In terris viſus eſt & cum hominibus conſeruatus eſt. Et iterum B. Ioannes intonat, eodem quaſi ore: Verbum caro (inquiens) factum eſt, & habitauit in nobis. Sed ne ſermonis protractio legẽtium auribus tædium ingerat, audite fratres de mira manſue
Eſai. 53. tudine noſtri regis illud Eſaiæ vaticiniũ: Sicut agnus corã tondẽte ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuũ. Quod verò de manſuetudine acerrimæ mortis, noſtri mãſuetiſsimi regis verba thematis loquantur, lu-
Aug. lib. de doctr. Chriſtiana. culenter apparet ex ſubſequentibus. E quibus autore Auguſtino, verius ſacræ paginæ elicitur ſenſus. Ait enim Zacharias: Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui, eduxiſti vinctos tuos, de lacu in quo nõ erat aqua. Noli ergo timere filia Sion vbi non eſt timor, non venit filius hominis vt iudicet mundum, ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Apis noſtra argumentoſa Ieſus, corda hominum diu noctuque amore cæleſti alliciens, dulcedinem miſericordiæ ſuæ in ore ſuo nobis attulit, aculeum ſeueræ iuſtitiæ ad iudicij vſque diem miſericorditer differens.

Sed vt ſimilitudinem manſuetiſsimi agni immaculati nobis per Eſaiam nuper allatam inſequamur, audite obſecro dilectiſsimi, quid beatus Ioannes de manſuetudine noſtri regis aſſerat: Agnus (inquit)
Apoc. 17 vincet illos. Quid per agnum, fratres, niſi manſuetudo nimia deſignatur, qui vtique quantumuis à lupo perſequutus, quantumuis

ore

ore cruento dilaniatus, nec dentibus ſeipſum tuetur, nec cornibus, aut acutis vnguibus hoſtem inuadentem dillacerat. Sed ferè vocem gemibundam aliquādo emittens tantummodò iacturam quam patitur gemitibus præoſtendit. In periculo mortis loco bellicorum armorum, voce quodammodo lacrymabili vtitur. Ad hanc imaginem dilectiſsimi, agnus noſter benignus Ieſus neminem infeſtatorum, nullum perſecutorum vſquam offendit, aut iniuria quempiam, nec verbo quidem affecit. Nulli reddēs malum pro malo. Sed è diuerſo, quemadmodum ipſe per pſalmographum clamitat: Cum his qui *Pſal.* 119 oderunt pacem eram pacificus, cum ſuperbis humilis cum inuidis caritate feruidus. Rectè igitur fratres dictum eſt, agnus vincet illos. Quos nempè fratres cariſsimi, manſuetus noſter agnus deuincet, ni ſuperbos elatos, & igne inuidię accēſos Phariſæos, Sacerdotes, & ſcribas, ſanctimoniæ inſignia dūtaxat præ ſe ferētes? hos nanq; nō ſicut Dathan & Abirō terræ hiatu deglutitos deuincere decreuit, aut vel- *Num.* 16. uti Sodomā & Gomorrā Sulphureo igne in fauillam redigere deſtinauit. Nec velut reges illos barbaros cruento gladio trucidare, atque *Geneſ.* 19 interimere ſtatuit. Sed nobiliori genere deuincēdi adinuēto, māſuetudine comite, probra, colaphos, vincula, & ſputamina æquanimiter ſuſtinēs, præclarè de inimicis triūphauit. Ecce verus, dilectiſsimi, mitis, & manſuetus Dauid, qui Saul perſecutorem in tentorio ſuo dor- 1. *Reg.* 56 mientem, nullatenus Abiſai armigero cædem eius efflagitante interire permiſsit. Sed haſta in terra defixa, cyphoque aquæ ſublatis, ſtatim voce prægrandi dormiētem infeſtatorem excitauit, quo expergefacto exclamauit dicens: Nequaquam amplius contra te ali- *Nota.* quid mali faciam, eò quòd pretioſa fuerit hodie anima mea, coram oculis tuis. Animaduertite fratres obſecro, ingentem manſuetudinis fructum, vt in præſenti figura perſpicuum eſt. Vbi ex perſecutore & perfido inimico, ſola māſuetudo potuit reddere fidelem amicum. Itaque dum inimico non rependit vicem cariſsimum lucratus eſt fratrem. Vnde clamat regius pſaltes: Quoniam ſuperuenit manſuetu- *Pſal.* 89. do & corripiemur. O bone Ieſu animarum noſtrarum ſolatium, & refugium, vnde delictorum noſtrorum correctio, facinorum omnium antidotum, & medela dimanauit, niſi quia ſuperuenit tua benignitas & ineffabilis māſuetudo? Tu nimirum Seruator noſter, in tentorio noſtræ prauæ cōſuetudinis, in profunda abyſſu iniquitatum noſtrarum antiquarum dormitantes, ſomnoq; graui conſopitos, velut Ionam in nauis profundò iacentē, aut ſicuti Saulem humi proſtratū, *Ione.* 1.

quotidie tam beneficijs,quam flagellis excitare non deſinis.Imò ad oſtium inceſſanter pulſas,quatenus peccati graui ſomno derelicto: te lumen indeficiens,mentis oculis intueamur. Tu manſuetiſsime plaſmator noſter lanceam terræ infixam, ideſt vires noſtras,& fortitudinem terrenis rebus deditam, miſericorditer ſæpenumero auferre dignaris. Vt multiplicatis infirmitatibus & languoribus continuò, (vt pſalmiſta canit) ad te ſalutis noſtræ ſubſidium acceleremus, venire. Tu mitiſsime creator noſter, inſuper & aquæ cyphum caritate mirabili commotus, à nobis tollere ſæpiſsimè non deſiſtis, quando diuitias labiles,velut aqua rapido impetu decurrētes,& ad momētum ſumi inſtar euaneſcētes, miro ordine altoque conſilio deperire permittis.Quo verum theſaurum in cælo ſitum deſideremus.

Pſal. 15.

Agite nunc, dilectiſsimi fratres, vt correctionem delictorum mereamini ſuſcipere,vos ipſos obſecro excitate, expergiſcimini qui ſoporati hactenus in delictis iacebatis, ſuperuenit enim manſuetudo noſtri regis Chriſti Ieſu:vt corripiamur. Et cum Saul dolore cordis intrinſecus tacti clamemus ad vocem Dauid principis noſtri reſpondentes: Nequaquam amplius quicquam mali coram te faciam, eò quod pretioſa fuerit anima mea hodie,coram oculis tuis. Verba vtiq; hæc ſunt pœnitentis veri,quibus liquidò oſtēdit præterita ſcelera ſe plangere,& plangenda rurſus decernit non committere.

1.*Reg.*26

Vtinam & nos fratres, ſic toto corde quāprimùm cōuerteremur ad dn̄m,vt præteritorum ſcelerum lamēta non reſpuentes de futuris cautè,atq; circumſpectè prouideremus. Ne recidiuantes, iacula aduerſus nos metipſos ſerpenti callido, inſcitia quadam, præberemus. cuius poteſtas & imperium nullius momenti erit,ſi contra eum diuina ope adiuuante,ipſi roborati,forti animo inſurgere velimus. Hūc debellauit noſter rex manſuetudine mira, tentationes,quibus in deſerto tentabatur quotidie,ad nihilum redigens. Hunc & Eccleſia eodem pacto debellat,ſæuitias tyrannorum & carnificum minas hilari vultu,ſpirituq; exultante paruipendens,ſæuiebat (ait Beatus Auguſtinus)ille perfidus hoſtis,ſed Eccleſia,vt columba māſuetiſsima, non ægre ferebat, ſed viriliter ſuſtinebat. Vnde victus eſt qui ſæuiebat,vicit autem & coronā victoriæ obtinuit, orthodoxorū caterua. Quæ non ſuis viribus fidens, ſed tota ab illius patrocinio pendebat.

Aug. ſuper pſal. 131.

Ne autem,dilectiſsimi,virtutem manſuetudinis quam rex noſter honorificare,animisq; noſtris infigere quàm maximè cupit ſilentio obnubilare videamur, philoſophorum antiquorum ſentētiam in medium

dium adducamus: fortitudo vera ea ſæpè eſt, quæ aduerſis impulſa nequit ſuccumbere rebus, ſed immobilis manens nullis ſubiacet aduerſis, cuius partes præcipuè aggredi & ſuſtinere ſunt. Primùm pertinet ad fortitudinem, ſecũdum quod moderatur audacias, alterum attinet ad ipſam fortitudinem, circa timores reprimendos. Vnde optimè ſequitur, principaliorem actum fortitudinis eſſe, ſuſtinere immobiliter pericula mortis, vel quorunuis aliorum damnorum, quàm aggredi difficilia, & ardua. Primo quidem, quia ſuſtinere videtur aliquis ab alio fortiore inuadente, qui autem aggreditur inuadit per modum fortioris. Difficilius autem eſt pugnare cum fortiore quàm cum debiliori. Secundo autem quia ille qui ſuſtinet, iam ſentit periculũ imminẽtia, is autẽ qui aggreditur habet illa vt futura, difficilius enim eſt nõ moueri à præſentibus quàm à futuris. Tertio deniq; quia ſuſtinere, præ ſe fert diuturnitatẽ temporis, ſed aggredi poteſt quiſpiam ex ſubito motu. Difficilius quidem eſt diu manere immobilẽ, quàm ſubito motu moueri ad id quod arduũ eſt. Vnde philoſophus aſtruit. quod quidam ſunt præuolantes ante pericula, in ipſis autem facilè diſcedunt, fortes autem è contrario. Vnde perſpicuè apparet, excellẽtiorem fortitudinis partem eſſe, ſuſtinere terribilia, quàm motu celeri aggredi inimicos. Erubeſcant, dilectiſsimi fratres, mũdi ſectatores, confundantur qui cæcutientes veſtigia praua ſeculi huius euaneſcentis gratanter inſequũtur, audiant ethnicum, à vera fide extraneum, qui manſuetudinem, patientiamve, fortitudinis præcipuam partem eſſe aſſerit. Itaque non vulnera infligere inimico, non probra auribus proximi inferre, non denique alterius ſanguinem effundere, partem maximam fortitudinis, ethnicus ille ſolo naturali lumine illuſtratus conteſtatus eſt, quemadmodum Chriſti baptiſmate renati, hac noſtra tempeſtate (proh dolor! quia flens dico) impudentia quadam decepti aſtruere auſi ſunt. Sed quid dogmatibus, fratres, horum infidelium quaſi implicatus immoror, hanc eximiam virtutem manſuetudinis ſuperextollere queam? Prophetarum dictis nunc vtar, quibus enarratis ſole lucidior hæc miranda virtus, ſemperq; laudanda ſtatim apparebit.

Ethi. 3.

Tho. 2. 2 q. 123. ar. 6.

Nota de fortitudine.

Memento ait regalis propheta, ſerui tui Dauid & omnis manſuetudinis eius. Magnum quidem, dilectiſsimi, & inſigne munus hic regi noſtro omnipotenti Deo exiſtimat ſe offerre ſanctus propheta vt pareſt. Quis obſecro regi præcellẽti aliquid exiguũ paruiq; momẽti dare auſit? Si regina auſtri munera quàplurima Salomoni regi obtulit

Manſuetudo virtus præclara.

3. Re. 10.

obtulit,non aliquid commune ac vile,ſed pretioſa dona, vtpotè aurum & gemmas pretioſas & aromata illi exhibuit. Rurſus ſi magi ab Oriente venientes regemque natum inquirentes, & fide duce ante cunabula procumbunt in Bethleem puerum Ieſum adorantes nihil magnificum præ ſe ferentem, apertis theſauris ſuis (ait Beatus Matthæus) obtulerunt ei munera, aurum, thus,& myrrham. Quocircà planè conſequitur:vt quiſquis regi magno aliquid offerre inſtituerit, is non aliquid exiguum afferat, ſed theſauris ſuis apertis munera non quæuis ſed pretioſa offerat. Ad hanc imaginem regalis propheta,theſauros omnium virtutum vndique circunſpiciens, non quòdlibet prælegit æſtimabile munus, ſed quod dignius, & gratius cognouit eſſe regi regum & domino dominantium. Vnde (ait)
Pſal.131. Memento domine Dauid,& omnis manſuetudinis eius. Non efflagitat vt memoretur caſtitatis, iuſtitiæ, temperantiæ, aut cuiuſuis alterius virtutis, ſed quod optimum eſt præaſſumens clamat: Memento domine manſuetudinis meæ. Perinde ac ſi diceret: Accipe, mitiſsime Deus pretioſam margaritam, præ omnibus alijs fulgentem, reſpice vultu placido, & ſereno humile obſequium manſuetudinis meæ, oblationem, quam è theſauris mei cordis tibi offerre iam diu concupiui. Aduertat denique obſecro clementiæ tuæ immenſa benignitas ſacrificium conſpectui tuo gratiſsimum, vbi non aliena caro ferreo gladio trucidatur, aut igne concrematur, ſed vbi ſenſus & caro propria, manſuetudinis rhomphea, patientiæque iaculo, prorſus transfiguntur, penitus & mortem oppetentes cæleſti igne in cordis ara conſumuntur. Longè igitur melior hæc oblatio in conſpectu altiſsimi eſt, quàm omnium taurorum aut hircorum ſacrificia, aut holocauſta. Nempè, dilectiſsimi, tanto pretioſius hoc manſuetudinis donum exiſtimatur, quanto ex intimis præcordiorum medullis, iſtud holocauſtum creatori noſtro offertur. Sed vt tantæ virtutis pulchritudine & decore animus noſter alliciatur, menſque noſtra in illius amorem flammeſcat, manſuetudines huius prophetę percurrere, ſeu enarrare incipiamus.

2.Re.26 Memento, ait, domine Dauid,& omnis mãſuetudinis eius, quam non modo erga regem Saul infeſtiſsimum inimicum exercuerim, verum etiam, circa Abſalonis fratricidæ ſuperbiam & ambitionem deteſtabilẽ cuſtodierim. Manſuetudo minima, dilectiſsimi, illa fuit, quando rex Saul ſpiritu iniquo præualeſcẽte maximè vexabatur, ita vt medicorum omnium peritia ac ſapientia nullum medicamẽ, pro inco-

incolumitate illius, vel ſubleuanda infirmitate aduenire potuerint. Nam vbi Deus vindex eſt, mortaliū ars atq; ſolertia prorſus deficit, atq; euaneſcit. Vnum tamen ſuperat ſuffugium, vt Dauid citharam ſuam percutiens coram rege à dæmone infeſtato. Quo accerſito, aulā regis ingreditur, &, vt fas erat, regi ſuo licet gratitudine deſtituto, famulatum & obſequium offerre incepit. Mira fratres Dauid citharam ſuam percutiens, languidum regem ſtatim ſubleuauit, ita vt ſacra pagina affirmauerit, Saulem excruciatum, propheta citharizante leuius ſe habere, ideſt dæmonē tunc tēporis cruciandi vim, protinus amittere. Sed quoniam vir ingratus ad omnem occaſionem fit deterior, pro tali ac tanto beneficio accepto, mercedem rependere volens, lancea iracundus arrepta, Dauid corpus tranfigere conabatur. Quo tamen in aliam partem declinante, haſta permanſit parieti confixa. Quod ægrè non tulit manſuetus Dauid, ſed æquanimiter ferens perſecutionem hanc, regis domum egreditur dans locum iræ, velut beatus Paulus hortatur. Hæc de prima manſuetudine ſit ſatis.

Nota.

1.Re.16.

Dauid manſuetudo.

Secunda autem māſuetudo nō minus laudibus extollenda quam prima, paulo ſuperius deſcripta eſt, Fratres, quādo hæc verba ſancti Dauid differere cœpimus in ipſo perſecutionis feruore rex Saul, Dauid occidere percupiēs diligēter eū requirebat, quatenus illius cruorem immaniſsimè effunderet. De ſe autē nihil ſidens ſed ope diuina præmunitus, propheta ſanctus obuiā regi perfido egreditur, Abiſai ſecū deducto, qui cū inueniret Saulē iacētem, dormiētemq; in tabernaculo, ait ad Dauid: Cōcluſit Deus inimicū tuum hodie in manus tuas, nūc ergo perfodiam eum lancea in terra ſemel, & ſecundò opus non erit. Cui Dauid mitiſsimo animo reſpondit: Ne interficias eum, quis enim extēdet manus ſuas in Chriſtū dñi & innocens erit? Propitius ſit mihi dñs, ne extēdam manum meam in Chriſtum dñi. Nunc igitur tolle haſtam, quæ eſt caput eius, & cyphum aquę & abeamus. Quid manſuetius, dilectiſsimi, aut quid benignius hac reſponſione? Toto corde pepercit inimico vt ſibi carum conciliaret amicum. Miranda res ſatisq; laudanda: voce propria aduerſarium dormientem excitauit, vt à ſomno exiliens, manſuetudinis decorem intueri præualens eadem correctus exclamaret amicabilia verba, quæ tunc protulit dicens: Peccaui, reuertere fili mi Dauid, nequaquam enim tibi vltra malefaciā, eò quod pretioſa fuerit anima mea in conſpectu tuo hodie. Apparet enim quod ſtultè egerim. Intellexiſtis, vt arbitror, cariſsimi

1.Re.26.

1.Re.26

cariſsimi fratres, quantū profuerit Dauid mititas inimico Sauli, qui compulſus fuit hiſce verbis peruicatiā ſuam fateri, & deinde reſipiſcere ab inuidentia ſtatuit.

Ne diu tamen, vos fratres, longa ſermonis protractione laſſatos teneam, prætermittere libet manſuetudinem regalis prophetæ, qua patiētiſsimè ſuſtinuit, per feneſtram fugam arripere, domo illius, mili-
1.Re.19. tibus perſecutoris Saulis circumualata, qui præcepto conſtricti innocentem Dauit compræhendere cupiebant & comprehenſum conſ-
1.Re.22. pectui illius præſentare conabantur. Prætereo inſuper manſuetudinem & longanimitatem illius, quādo in antro oram chlamidis perſecutoris ingredientis abſcidit, nullo vulnere aut vindicta inflicta. Cui par erat quaſi inſidiatori vicē retribuere. Sileo præterea lacrymas, quas largiſsimè effudit, tanti perſecutoris vocem miſerabilem, homine Amalechita enarrante exaudiens. Qui non vſque adeò per ſemetipſum, deflere infelicem mortem contentus eſt, ſed omnem populi cateruam, cunctumq; cœtum Iſrael, omnes inſuper & filias Hieruſalem lacrymabili voce excitauit ad lamentum, & gemitibus ſuſpirijſque plurimis, cunctos vocauit ad planctum. Taceo, cariſsimi, Semei conuicia, quibus regi inſultabat impudenter, cum Abſalon ſceleſtiſsimus, nefanda ambitione obcæcatus, patrem ſuum imma-
2.Re. 16 niſsimè perſequeretur. Quæ nimirū patientiſsimè ferēs, militi Abiſai ad vindictam eum excitantem manſuetudine victus talibus dictis reſtitit: Dimitte eum vt maledicat iuxta præceptum domini, ſi fortè reſpiciat dominus afflictionem meā, & reddat mihi dominus bonū pro maledictione hac hodierna. Has igitur manſuetudines omnes in vnum coadunatas, velut gemmas, omni fulgore venuſtatas, ſanctus propheta Dauid omnipotenti regi noſtro dicare volebat, dum memorem ſuæ mititatis ac patientiæ Deum ipſum eſſe, obnixè efflagitabat: ſpiritu feruido verba præaſſumpta, audacia quadā ante faciem ſupremi numinis proferens, ſæpe ſepius dicebat: Memento domine Dauid & omnis manſuetudinis eius.

Eſai. 16. Verum enimuerò, dilectiſsimi, vt paucis agam, huius virtutis venuſtas, ac maxima conducibilitas eximium prophetam Eſaiam non latebat, dum inſtanter totius generis humani vice, cuncti potentem exorabat dicens: Emitte agnum domine dominatorem terræ. Quidnā hoc, fratres cariſsimi? Vnde hæc cōtrouerſia exor-
Quæſtio ta eſt? Si dominatorem totius orbis, ſi inſuperabilem imperij princi-
grauis. pem aduenire propheta depoſcit, quonam modo, agnū imbecillem & fra-

& fragilem, ac penè roboris nullius inſignia (natura ipſa indicante) præ ſe ferentem, in mundo aparere inſtanter deprecatur? Eò vtique cariſsimi, propheta ſic orabat, quò dilucidè intelligeremus hoc mirabili paradoxo, vtrũq; neceſſum eſſe, Meſsiam ac Saluatorem totius generis humani, non modo Deum verum, ſed etiam hominem mitem manſuetum ac pium, aduenire opportere, dominator quidẽ mitiſsimè pater ſit, quem immenſa benignitas tua ad nos mittere dignetur, quatenus tot debita ac peccata perſoluere, ac penitus diluere ſit potens. Quod nec angelus, nec principatus, nec totus cheribicus ordo vllatenus valet. Sed duntaxat, is qui vniuerſæ mundi machinæ dominator ac iure optimo, & hereditario princeps eſt. Verùm, dilectiſſimi, ſi ille qui creator noſter eſt, ſimul & Redemptor noſter non eſſet, ſed alia quæuis creatura, potius donatio quædam exiſtimanda eſſet, quàm æqua ſatisfactio. Nimirum creatura duntaxat, quantumuis perfecta omniq; virtute inſignita, quò creatura eſt, eò nempè totum quod eſt, totum quod poteſt, erga creatoris ſui famulatum, creationis ratione totum debitum eſt ei, qui gratis creaturæ vnicuique creationis donum impertiuit. Vnde perſpicuè comprehẽditur, creaturam aliquam ad liquidum creatori ſuo pro humani generis debito minimè ſatisfacere poſſe, niſi ipſe Deus optimus dono quodam, ſui ipſius caritate vrgente, obſequium huiuſmodi creaturæ ſuſcipere dignaretur. At vero noſter agnus, dilectiſsimi, cæli & terræ dominator Chriſtus Ieſus, quando verus filius Dei eſt, & Deus de Deo ineffabiliter natus, ideò redemit nos à flagitijs noſtris, vt non ex dono ſed ex iuſtitia condigna, ſeipſum patri in crucis patibulo lubens pro nobis offerens à peccati iugo ferreo, necnon à diaboli ſeruitute, qua infelicisſimè captiui tenebamur, nos liberauit. Vnde beatus Apoſtolus hoc ipſum præſciens ait: Qui factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redẽptio. Vnde iuſtitia, dilectiſsimi, nobis factus eſt rex noſter, niſi quia nihil æternus pater ei donauit aut pepercit, quando redemptionis mirabile opus in hanc lacrymarum & gemituum vallem deueniens effecit. Imò exactè cuncta noſtra debita perſoluit, vt vaticiniũ adimpleretur dicens: Copioſa apud Deum redemptio. Agite nunc, fratres cariſsimi, & parumper gaudium figite, copioſam noſtram redemptionem intentiſsimè contemplãtes. Rex vtiq; noſter qui labore minimò totius mundi potuiſſet delicta delere, noluit quauis anxietate, aut ærumna, nos priſtinæ liberati reſtituere, ſed tot millium millia loborum vndiq; ſibi coaceruans, à præſepij lacrymis fletuq;

Nota.

S. Tho. 3. d. 20. ar. 1

1. Cor. c. 1

Pſal. 129.

exordium

exordium ſumēs, vt gigas magnificus exultauit, ad paſsionis curren dam viam, minimè terga vertēs donec crucis mortem ſtupēdam, ho

Dilectio Chriſti in nos. minibusq; ignominioſam, pro ſalute noſtra optaret. Percurrite, vos dilectiſsimi, & ſigillatim, hæc omnia interno cordis affectu expendite, & omni librata ratione, ſingula corde voluentes, & palato ſano ruminantes, vt ſpirituali ſuauitate mereamini prægustare quàm dulcis ac ſuauis, agnus māſuetus ſit Chriſtus Ieſus. Qui nos caritate ſua ſic toto pectore dilexit, vt non modo lacrymis, fame, & ſiti, quibus pro ſalute noſtra grauiſsimè cruciabatur, redimere dignatus ſit, ſed ſanguine proprio effuſo, corpore flagellato, ſpinis capite dilacerato, átq; cōpūcto manibus ac pedibus, diris clauis, perforatis, latere deniq; crudeli lācea aperto, pro redēptione noſtra ad mortē vſq; peruenit. Quàm anxie ſitiebat, qui ſic vitā noſtrā concupiuit æternā, vt ſuā in manibus inimicorū ponere non dubitarit. Sanctus igitur Paulus, dilectiſsimi, pertimeſcēs, ne ingratitudinis præcipitiū inſolēter incurramus, tātorū donorū immemores effecti, meritò nos hortari conatur

1. Cor. 6. dicēs: Empti enim eſtis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore veſtro. Ac ſi apertius diceret. De emptione veſtra tā mirabili iugis ſit memoria, aſsiduaq; meditatio. Memētote mirabiliū ſuo-

Exo. 14. rū, quæ fecit in mari rubro, vt admonet Moſes, vbi paſsio Chriſti figurabatur. Cuius virtute inæſtimabili Egyptios oēs perfidos inferni, omniaq; ſcelera noſtra deſtruxit, necnō & cruoris vnda, cūcta delicta noſtra ſubmerſit, ex quibus nec vnū remanſit, quod hoc ſalutis medicamēto, nō poſsit deleri. Hæc mirabilia, cariſsimi, recolite, hæc prodigia inuicē per dies enarrate. Vos ipſos ad dilectionem tāti Redemptoris cōmouentes, laudibus inexhauſtis Deū glorificantes, qui

Apoc. 1. dilexit nos, teſte B. Ioanne, & lauit vlcera noſtra, ac cicatrices delictorum, putredine ſcatētes, non cuiuſuis fontis vnda, aut cuiuſuis riuuli aqua, ſed pretioſo ſanguine ſuo, omne aurum & argentum gemmáſque fulgentes, exuperante. Idcircò, fratres, glorificate Deum in corpore veſtro, vices rependite ei grates debitas indeſinēter reddentes & ſpiritu feruentiſsimo, Chriſtum Ieſum collaudantes.

Nota. Quis obſecro, dilectiſsimi, Chriſtiano nomine inſignitus omni die ſaltim ad horam, agni immaculati acerbiſsimā paſsionem, & vitam, tot ærumnis refertam, ſeorſum clauſo oſtio cubiculi ſui non contem

Roma. 6 platur? Humanum dico, fratres, propter infirmitatem carnis veſtræ, non impero quod opere ad implere eſt impoſsibile. Non præcipio, quod duntaxat virorum perfectorum eſt, qui dulcedine quadam

ducti,

ducti, indefeſſe tanti myſterij contemplationi vacare non deſiſtũt. Per horam dixi non per diem ac noctem: Quare vos omnes obſecro, vt nullo de prætermiſſo, libertatem ac redemptionem veſtram, animo intentiſsimo, toto cordis affectu penſate. Quod ſi non gratitudinis ratio, ſi non pietas ipſa nos mouet, vt tam admirabilis beneficij ſemper memores ſimus, ſaltem Chriſtiani nominis honos, concitare nos ac prorſus cõpellere debet. Si enim compatimur & conregnabimus ait B. Paulus, ergo compati Chriſto paſſo in carne oportet, quos regni diademate, & gloriæ corona decorari inſtituit rex noſter Chriſtus Ieſus. Videtis ne, dilectiſsimi, qua de re propheta dominatorem terrę venire expoſtulabat, cui poteſtas immẽſa, fortitudoq; inſuperabilis adeſſet. Vt noſtra, vti parerat, perſolueret debita, portas æreas baratri confringens, ac vectes ferreos, id eſt, paruas mortalium cõſuetudines penitus proſcindẽs, ab affectibus noſtris radicitus euelleret. At verò, agnũ Eſaias depoſcit, quatenus humanitate indutum, quodammodo manſueſcat, æquanimiter inimicorum conflictationes ſuſtinens, peruicaciam, ac ſuperbiam æmulorum mirabiliter deuincat. Roma.8.

Aduertendum tamen eſt, dilectiſsimi, hoc idem Eſaias plurimis ante ſeculis precinuiſse, quod deprecatione aſsidua adimpleri mirũ in modũ geſtiebat, ait enim: Vitulus & vrſus paſcentur, ſimul requieſcẽt catuli eorũ, & leo quaſi bos commedet paleas, habitabit lupus cum agno, & pardus cũ hœdo accubabit, vitulus & leo, & ouis ſimul morabuntur. Iam fratres diuina incipiunt myſteria, iam vtiq; arcana tametſi à longè apparent. Quæ obſecro ſocietas rapacis lupi cum agno miti? quod fœdus pardi cum hœdo? quæ deniq; inſolita amititia, vel conciliatio pacis inuſitatę, vt obſeruato fœdere, atq; indiſsoluto vinculo amititiæ aduerſantia hæc ſimul habitare queant? verũ enim cariſsimi, incarnationis verbi Dei ſacramẽtũ hic præfiguratur. Nũc verò de manſuetudine bonis paleas comedentis ſolum modo diſſerendum cẽſuimus, ceteris impreſentiarum relictis myſterijs. Bos nẽpe animal mundum ſacrificijsq; aptũ ex lege ipſa dilucidè comprobatur, qui non modo vt camellus ruminat, verum etiam vngulam findit. Hic collum vltro ſubmittit iugo, hic minimè obſequium aut obedientiam detrahit domino ſuo, dicẽte domino per eundem Prophetam: Bos cognouit poſſeſſorem ſuum & aſina præſepe domini ſui, Iſrael autem me non cognouit. Hic demum laboribus inſudare per diem nunquã reſiſtit. Hæc omnia Regi noſtro mãſuetiſsimo maximè congruunt, ipſe nimirum pulcher & mundus eſt, omni decore Eſai.11. Nota. Eſai.1.

& pul-

& pulchritudine præditum, de quo ſapiens: Cãdor eſt lucis æternæ,
Scotus.3. ſpeculum ſine macula, imago bonitatis illius. Ipſe nanque ruminare
d.12. nunquam deſtitit, cuius anima beatiſsima à creationis ſuæ exordio
perſpicuè, nullo velamine fidei interpoſito eſſentiam diuinam contemplabatur, qua ſuauitate mirabili inceſſante fruebatur. Demum & vngulã findebat, cuncta præordinans ac ſapientiſsimè gubernãs, tam in doctrina quàm in geſtis & miraculis patrandis. Ceterùm patri in omnibus & per omnia paruit humiliter, etiam in aduerſis ei obe
Ioan.4. diens. Vnde illd Ioannis: Hic eſt meus cibus & potus, vt faciam voluntatem patris mei qui in cælis eſt. Et rurſus: Sicut mandatum dedit mihi pater ſic facio. Proinde non abs re, illa vox patris intonuit: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene complacui.
Gene.30 De laboribus noſtri regis quid dicam, dilectiſsimi, quibus velut alter Iacob diu noctuq; inſudabat, & gelu vehementer aduſtus, dulcedine amoris, noſtrarũ animarum, collum humiliter humanitatis noſtræ iugo ſubmittens, quatenus in opulentam requiem regni cælorum nos proueheret. Hic igitur leo de tribu Iuda ſicut bos comedit paleas, bouis inſtar manſueſcens, & præſepio ſeſe admouens, bouis pabulo vti cœpit. Sed quas leo noſter veluti bos manſuetiſsimus pa
Nota. leas comederit, intueri nunc oportet. Quis vnquam mortalium dilectiſsimi, quantumuis rudis aut intellectu hebes, leonis cibaria, animalium carnem, & cruorem fore dubitauit? Quo enim animal quoduis huius vel alterius naturæ eſt, eò vtiq;, hic aut ille cibus ei apte conuenit. Itaque, neque leoni fœnum, nec boui, aut vitulo caro cõgruit in cibũ. At noſter leo Chriſtus Ieſus miro modo ſicut bos comedit paleas, mirabile dictu, fratres, quod leonis fortitudo aut ferocitas, Deitatis maieſtas, ſcilicet, & æternitatis ſtupenda virtus, nihil obſtiterit, quo minus paleas noſtræ mortalitatis cõmederit, eiſque velut cibarijs omni ſuauitate refertis delectaretur. Quid humanitas obſecro, dilectiſsimi, quam ſibi æternus Dei filius vnire dignatus eſt, quam pa
Eſai.40. learum manipulus, vt ita loquar, per prophetam Eſaiam nũcupatur? Ait enim: Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni, verbum autem domini manet in æternũ. Hoc ſacrum fœnum quaſi manibus ſuis tenet omnipotens filius, poſtquam verbũ caro factum eſt, & habitauit in nobis. Intẽdite iam, obſecro fratres mei gratuitam
Prou.30 dignationem, ac ſupremi numinis inæſtimabilem benignitatẽ. Leo fortiſsimus qui ad nullius pauet occurſum, ſacra teſtãte ſcriptura, & experimẽto idipſum ſuadẽte, patris verbum videlicet, cum primum

virginis

virginis aluum ſua dignatione habitauit, confeſtim vt agnus manſuetus miteſcit, & carnem noſtrã induens quaſi fœnum, ſeu paleas, eam mandere non exhorruit. Sed ea veſcitur lubens, & delectabiliter vnione hypoſtatica nunquam amplius ſeparãda, ſibi conglutinabit. Quæ quidem vnio cunctis alijs perfectior ac diuturnior eſt.

Superioribus enim audiſtis, fratres, qualiter noſter leo in gremio chriſtiferæ virginis manſuefactus, humanitatis noſtræ paleis libẽter veſci incœperit. Nunc libet palearum aliarum genus alterum pertractare. Leo ſicut dictum eſt velut bos comedet paleas, quod vtiq; ſatis adimpletum eſt, quando vitæ noſtræ ærumnas & calamitates redẽtor noſter Chriſtus Ieſus primo experiri cœpit. Quid obſecro, dilectiſsimi fratres, in diuerſorio bethlemitico natus, arctoque in preſepio poſitus, affluentiſsimè lacrymas pro nobis effundens, quam paleas amaras præſentis exilij ſeruator noſter mandit? Dum octauo die ætati ſuæ tenerrimæ non parcens, cultro lapideo aliorum infantium more circunciditur, dum Egyptum adijt adhuc pannis inuolutus faſciaque ſtricta accinctus feritatem peſtilentis Herodis, prouidentia ſua declinans, dum opprobria inuidorum hominum paccato animo ſæpiſsime ſuſtinuit, dum denique hodierna die Hieroſolymã petens corda ſauciata, veneno peſtilentis inuidiæ corrupta phariſæorum benignè intuetur, malens vindictam diu differre, quàm extemplo peruicatiam eorum diris ſuplitijs plectere. Imò dum illorũ rabiẽ nectarijs verbis, prædulciq; ſermone, necnõ & aſpectu placido erradicare & penitus euellere exoptat, quid, inquam, niſi fœnum rex noſter manſuetus ore pleno ruminare comprobatur? Ne autem hæc omnia à perſona verbi humanam naturam vniente effecta dubitaremus perſpicatiùs ipſe propheta alibi, demãſuetudine Chriſti Ieſu loquens, ait: Leo & bos comedent paleas. Leo vt dictum eſt, fratres, verbum patris deſignat: bos verò filiũ intemeratæ virginis ſignificat. Leo igitur & bos hæc omnia, ſimul pati meritò aſſeritur, quia vtraq; natura diuina, vtpote & humana integra remanente non duplicem perſonam, ſed vnicã in Chriſto, orthodoxia fides profitetur. Actiones, ait philoſophus, ſuppoſitorum ſunt. Cum ergo in Chriſto vnum ſit ſuppoſitum & illud diuinum licet humanitati duntaxat peculiare ſit lacrymari, eſurire, ſanguinem effundere, crucis patibulum ſubire, & mortem ſuſtinere, vero eloquio cum propheta aſtruere audemus dicentes, leo & bos verbum patris vnigenitúſque Dei filius, homo Chriſtus Ieſus labores & calamitates labentis vitæ, inſeparabiliter

Chriſti Ieſu labores.

Eſai. 11.

Phariſaica inuidia.

Eſai. 65.

tanquam vno iugo coniuncti, eidemq́; præſepio admoti comedunt paleas laborũ. Proinde Chriſto nato, Deũ pati & mori nõ negamus.

Nota. Ceterùm, fratres, adnotatione dignũ eſt paleas igni eſcam aptam
Collatio. eſſe, quibus ipſe ignis accẽditur, & accẽſus eis adiectis inualeſcit. Nõ aliter manſuetus rex noſter, inſtar ignis, paſsionis ſuæ paleis viſus eſt magis ac magis flãmeſcere. Ne obſecro (dilectiſsimi fratres, vobis tæ
Collatio. dio ſit Chriſti Ieſu acerbiſsimã paſsionẽ & anxietates, iterũ, atq; iterũ audire, magnoperè quidẽ anima mea ſemper cõcupiuit eã animis veſtris inſerere, tanquã arborẽ amœniſsimã, fructũ nimiũ afferentẽ ſi quoad vixerimus pręcordijs inſertã ac transfixã geſtare omni ſolertia ſtuduerimus. Vtinã, fratres, ſuſtineretis in hac parte æquanimiter modicũ quid inſipiẽtiæ meæ. Sed nunc rogo, & obteſtor ſupportate me, ſæpenumerò ſacroſanctã mortẽ regis noſtri hactenus enarrantẽ. Nec in præſentiarũ ſilẽtem nec in futurũ obticere profitẽtem. Præſertim cũ omnis noſtra valetudo, ac virtus ex ea tãquam riuuli è fontè dimanãt, B. Petro, his verbis admonẽte: Recogitate eum qui tantã ac talẽ ab inimicis ſuſtinuit cõtradictionẽ, ne fatigemini animis veſtris deficiẽtes. Recogitate fratres ait Apoſtolus, totò corde ſummo
Chriſti Ie q́; conatu Chriſtũ paſſum euoluite, cruciatus illius immaniſsimos, an
ſu paßio. te oculos veſtros velut quædã monimẽta redẽptionis veſtræ ſint vobis, quatenus eius mirabili virtute roborati præſentis vitæ ærũnas ac imminẽtia pericula ſuperare poſsitis. Recogitate, inquã, regẽ veſtrũ crucis patibulo affixũ, ne laſſati animis veſtris, pręt tot calamitatibus deficiatis. Sed contrà fortes in bello facti, tam inimicorum tetrum profundum cohabitantium, quam domeſticorum & clandeſtinum bellum intra vos aſsiduè gerentium triumphum obtinere mereamini. Sed vt ad rem fratres nunc redeamus. Rex noſter manſuetus Chriſtus Ieſus, qui ignem venit accendere in terra, vt corda noſtra omni gelu ac pruina conſtricta, amoris ſui igne accenderet, atque
Lucæ. 12 diſſolueret, admodum ignis flagrãtiſsimi paleis aut fœno tormẽtorũ ſuorum, viſus eſt magis ac magis flãmeſcere. Nõ me, dilectiſsimi velut alter Iſaac dñs noſter ſuper crucis ligna, quæ ſacris humeris ſuis ipſe portauit, clauis affixus, acutiſsimis etiam ſpinis cruentatus, à plãta pedis vſq; ad verticem immaniſsimè vulneratus, dum in Caluariæ
Eſai. 40. locum deuentum eſt, flãmas conſcẽdere inſpicimus, ad cælum vſq; pertingentes: imò cælos omnes penetrantes? Quod nimirũ palã facit oratio illa, tũ humilitatẽ, tũ inimicorũ miſeratione mãſuetudineq; referta: Pater ignoſce illis quia neſciũt quid faciũt. Nec fruſtra, dilectiſſimi,

ſimi, hæc oratio facta eſt, cum extemplo pectora ſua percutientes, totius populi caterua, & crucifixores reuerſi ſunt Hieroſolymam re- *Matt.28.* deuntes. Latro clamauit ex patibulo quo pendebat: Domine meme- *Lucæ.22* to mei dum veneris in regnum tuum. Centurio, & qui ſub illius vexillo erant ore profitebantur, dicentes: Verè filius Dei erat iſte. Vnde meritò beatus Paulus ait, de huiuſmodi orationis flamma ad cœlos aſcendente. Qui cum lacrymis oraſſet exauditus eſt pro ſua reuerentia. Intellexiſtis, dilectiſsimi, qualiter paleis adiectis, in paſsionis Chriſti fornace: caritatis flamma leonis ſimul & agni Chriſti Ieſu inualeſcente, quonam pacto ſcintillæ è tanto tamque mirabili incendio reſilientes, corda inimicorum lumine fidei illuminabant & præcordia crucifigentium caritatis ardore inurebant. Idcircò tacere nequibant, ſed ſuſpiria & gemitus inenarrabiles emittētes, pectora ſua corde compuncto percutiebant.

Tyrannorum tormenta, fratres, omnes & perſecutorum eccleſiæ mi- *Nota.* næ, paleæ quædam ſunt, quemadmodum ex ſuperioribus didiciſtis, quibus corda dilectorum Dei inardeſcunt, perſecutione ſæuiente magis ac magis, in agone Deum & proximum dilectionis ardore diligentes. Si enim ex nube rorida, appoſitione contrariorum ordine na- *Collatio.* turali ignis generatur: & fulgur flammeum omnia comburens, tonitruo præeunte egreditur: in corde enim ſanctorum cœleſti rore perfuſo: quare obſecro calamitate quauis imminente (quæ portiſsime nobis amara & aduerſa eſt) nō caritatis ignis grādeſcet & mirū in modū cōualeſcet? hinc B. Iacob9 clamat, ne tribulatiōis frugē magnā amit- *Iacobi.1.* tamus, ſed alacri vultu ſicut coloni lætātur in meſſe tētationis tēpore iubilemus. Omne (inquit) grandiū, fratres cariſsimi, exiſtimate, cū in varias tentationes incideritis, ſcientes quod probatio fidei veſtræ patientiam operatur. Perinde eſt ac ſi diceret, nolite ægrè ferre, aut contriſtari quaſuis ærumnas, & conuitia quæque, aut mortalium comminationes metuentes, paleas haſce & ligna diligite, lubentes & alacres quaſi ad epulas inuitati, & ad labores perferendos percurrite, eis quidem creatoris noſtri dilectio augetur, illis virtutes omnes quaſi aurum in fornace comprobantur, & miro radio nouæ *Tribulatio ualde utilis.* claritatis luceſcunt. Eis denique ſcelera & delicta noſtra eliminātur. Tantam igitur ac talem, conducibilitatem tanto animo conſiderantes omne gaudium exiſtimare vos oportet, cum in labentes vaſiaſq́, mundi anxietates incideritis. Sagittæ paruulorum factæ ſunt plagæ eorū, aut propheta, ne timorem trepidemus vbi nō eſt timor, *Pſal.63.*

Animaduertite, obſecro fratres, infeſtatores veſtros cōtra quos, tum occultam, tum manifeſtam geritis pugnam, non de genere quidem Gigāteo, ſed muſcarum aut cinificum inſtar ictus, & vulnera eorum ſunt. Non pluris ergo faciamus, fratres, inimicorum infeſtationes, quam muſcas aut culices qui neminem occidunt, ſagittæ paruulorū factæ ſunt plagæ eorum. Parui & vecordes quidem ſunt, non viri robuſti, quotquot inuidia concitati, mala reddunt pro bonis, viris ſanctitate præditis dicente beato Iob: Paruulos occidit inuidia. Ob id & vulnera quę nobis infligere poſſunt non mortifera, ſed puerorum & paruulorum, talia eorum ſunt iacula. Sed hæi nobis, fratres cariſsimi, quia tanta eſt mortaliūm inertia, inſcitia, & intellectus hebetudo, vt non labores & imminentes anxietates, nobis ligna aut ſtipulæ ſint, quibus amor Dei & proximi concreſcat magnoperè & flammeſcat, ſed contrà, aqua aut nix, quibus caritas noſtra ferè extinguitur, vel ſaltim tepeſcit. Quia quidem obrupta, deſidia quamplurima, æmulationes, & murmura, inimicitiæ, necnō & cædes, quas crebeſcere quotidiè cernimus, conſurgunt. Agite iam, fratres mei, Regem noſtrum manſuetum inſpicite, leonem veluti bos paleis noſtratum calamitatem veſcentem, tota indagine intellectus contemplamini, quatenus eorum veſtigia ſectari promereamini.

Iob. 5.

Nota.

Manſuetudo egregia uirtus eſt

Quamplurima verò ſunt, cariſsimi, quæ nos ad manſuetudinem comparandam hortantur, tria verò potiſsimum nobis hoc ſuadet, vtpote Patriarcharum geſta. Vtriuſque teſtamenti huius virtutis mira præconia, & ſeruatoris noſtri Chriſti verba ſimul & exempla. Si benè meminiſtis, fratres, hucuſque Dauid prophetæ duntaxat, & Eſaiæ teſtimonia coram oculis veſtris ſtatuimus, extollendæ māſuetudinis gratia. Nunc veſtra magnoperè refert Patriarcharum victorias audire, quas non ferocitate aut iracundia commoti, ſed mititate mirabili obtinere potuerunt. Inuenimus prophetas & iuſtos, omnes qui Chriſti principis noſtri imaginem portabāt, nil magis obſeruaſſe in virtutum laudem, quam quod patientiam, ac manſuetudinem, forti & ſtabili æquanimitate perſtiterunt. Si Abel martyrij agonem initians, primus ſe dedicans Deo, aduerſus fratricidam nō reſtitit aut reluctatus eſt. Abraham Deo fidens & radicem ac fundamētum noſtræ fidei primus inſtituens, tentatus in filio, non dubitauit nec cunctatur, ſed ex templò præcepto Dei, tota manſuetudine obſequitur. Iacob fugiens fratris iram de domo patienter deſciuit, & rediēs, eum donis oblatis ad manſuetudinem reuocauit. Ioſeph venundatus à fratribus, &

Gene. 4.

Gene. 22

Gene. 28

Gene. 42

tribus, & in Aegyptū relegatus, nedum illis ignoſcit, ſed & gratuito frumenta eis venientibus largiter, & clementer impartit. Moyſes ab ingrato & perfido populo frequenter cōtemnitur & penè lapidatur, tamen lenis ac manſuetus, pro eiſdē licèt indignis precatur. Proinde (Dionyſio authore) quoniā hic vates mitiſsimus erat ſuper omnes, dominus illi tanquam amico loquebatur ore ad os. Ad idem Chryſoſtomus, Moſem verò quia humanus extiterat, & mitis ſuper omnes homines, ita Deus complectebatur & diligebat, vt præſenti præſens ſuam pateſaceret voluntatem, & facie ad faciem loqueretur, tanquā amicus ad amicum ſuum. In dauid ex quo ſecundū carnem Chriſti natiuitas oboritur, quam magna & mira, ac Chriſtiana fuit patientia, erga regis Saulis inſidias, & Abſalonis doloſitatem, & verſutias? Tot ergo Patriarcharum geſtis à mundi exordio clareſcentibus, vos dilectiſsimi, admoniti, tot & exēplis excitati, oportet manſuetos & mites eſſe omni ferocitate & ira depoſitis, quatenus perfectionis faſtigium quod illi obtinere meruerunt, nos ipſi ſaltem quouis modo attingere poſsimus. *Dionyſi. ad Demophilum.*

Secundum verò quod maximè ad manſuetudinem nos hortatur & allectat, totius ſacræ paginæ exhortatio, & huius virtutis multiplex præconium eſt. Hæc mira virtus, fratres mei, tanquam itineris noſtri dux ſeu nauclerus ſtrenuus, in portū paccatiſsimum deducit, iuxta illud pſalmi: Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiā deducet te mirabiliter dextera tua. Hæc potiſsime Deo placet, vnde illud Eccleſiaſtici: Beneplacitum eſt ei fides, & māſuetudo. Hęc opera noſtra ab omni macula eliminat. Quare ſcriptum eſt: In manſuetudine opera tua perfice. Videtis, fratres, vbi claritatem opera noſtra quęcunq; ſint venari queant. Hanc nimirum manſuetudinem vas electionis fructum ſpiritus prædixit omni nectare dulciorē: quo veluti cœleſti condimento triſtia quæuis hilariter māducamus. Hęc denique virtus non accipit perſonā hominum ideò ad omnes manſuetum & mitem Apoſtolus fore admonet Timotheum. Non itaq; ad magnates modo & diuitijs dignitatibusq; elatos manſuetos decet, Chriſti ſectatores ad oēs, nemine ſpreto, ſiue inops, ſiue diues ſit ille. Vultis enim, fratres mei, thronus Dei fieri, māſueti eſtote, nam manſuetudine ſedes illius decoratur, & venuſtatur. Dicente Eſaia: Super quem requieſcet ſpiritus meus, niſi ſuper humilem & quietum, & trementem verba mea? Humilitas nanque, & quies ad manſuetudinē pertinet, per quam maximè homo fit compos ſui, eſt enim modera- *Nota. Pſal. 44. Eccle. 1. Eccle. 3. Galat. 5. S. Antō. par. 4. ti. 5. cap. 21. §. 1. 1. Thi. 6. Eſai. 66.*

S. Thc. 2.2.q.157 ar.4. tiua irarum ſicut & clementia moderatiua pœnarum, cum ergo ira, præcipuè impediat animum ne poſsit cernere verum, conſtat manſuetudinem conducere ad cognitionem Dei qui ſumma veritas eſt.
Sapi. 12. Quo enim pacto cernere aut intueri poſſumus eum, qui omnia iudicat in tranquillitate niſi tranquillo intuitu, ſedatoq; animo cuncta ardua & aduerſa ſuſtineamus? non fratres mei tam licenter ferocitati, aut iræ indulgentes, feris & leonibus ſimiles effecti manſuetudinem exhorreſcamus, quinimo eā ſumma vi, ſummoq; niſu perquiramus.

Christi Ieſu manſuetudo. Tertiò, fratres mei, poſt Patriarcharum oracula, poſt ſacræ ſcripturæ quam multa præconia de manſuetudine nuper enarrata, huic virtuti operam dare, nos alliciunt geſta noſtri regis manſuetiſsimi & verba. O Domine Ieſu, quis valeat ſagaci ſenſu, tuos mirabiles reſonare triūphos, quos non velut Alexander Macedo, qui Monarchiā ad Græcorum regnum tranſtulit tyrannide violenta: ſed mititate & manſuetudine eos obtinuiſti? quamobrem eo adhuc viuente monar-
1. Mac. 1. chia tot hominū ſanguine effuſo adepta diuiditur in quatuor regna, ſcilicet Aſiæ, Aegypti, & Macedoniæ, & Syriæ? & regnum tuum coadunatur & roboratur poſt amaram crucis paſsionē & mortem: nam dignus eſt agnus qui occiſus eſt accipere regnum & diuinitatē.
Apoc. 5. A.a.a. Domine neſcio loqui, victorias ſublimes manſuetudine acquiſitas nō veluti ſeptem reges Romanorū, videlicet Romulus, Nūma, Tull⁹, Ancus Martius, Tarquinus Priſcus, Seruius, Tulli⁹, Tarquin⁹ ſuperbus, qui bellicis armis muniti, cuneis & ordinatis aciebus cōſtipati, patriam auxerunt, ſed ſanguine proprio effuſo, pro nobis mortem oppetēs eas reportaſti, tametſi elinguis & balbutiēs, laudes tuas tacere non queo, bone Ieſu ſaluator mi, non meis viribus fidens ſed ope tua fretus fari incipiam, trophea vniuerſo orbi ſtupenda.

Lucæ. 1. Ecce, dilectiſsimi, rex noſter venit manſuetus de quo Gabriel ad Mariam virginē, ait: Et regnabit in domo Iacob in æternum. Quare non in domo Eſau ſed in domo Iacob, niſi quia ille hiſpidus & iracundus, hic verò lenis & manſuetus, qui tot ſeruiens annis, pulchram
Gene. 33 Rachel ſponſam ſibi accepit. Qui donarijs quàm plurimis ferocitatem fratris ſui leniuit penitus & placauit. Quorſum hæc, dilectiſsimi? Verùm noſter Iacob, fratres, eccleſiā ſibi copulauit pro cuius amore ſudore ſanguineo, in agonia poſitas cooperitur, ſeruiens annis non ſeptem, ſed triginta tribus pro ea elaborauit. O fratres mei ſi labores omnes, ſi ærumnas quaſlibet noſtri Seruatoris, mūdatis oculis intueamini: nimirum velut puluerem minutiſsimum, calamitates peculia-

res

res momentaneas exiſtimaretis. Videte magiſtrum qui primò cœpit facere, deinde docuit, & manſuetudinis dogmata orthodoxis dedit, qui ob id deſcendiſſe aſſerit vt patris voluntatem adimpleret. qui deniq; inter cetera mirabilia ſuarum virtutũ, quibus inditia maieſtatis ſuæ expreſsit paternam quoq; patientiam, tolerantiæ tenore ſeruauit. Omnes deniq; actus eius manſuetudine duce ſignantur, ipſe de illa ſublimitate cæleſti ad terrena deſcendens, non aſpernatur (vt iam diximus) quum in forma Dei eſſet, hominis carnem aſſumere, & cum peccator ipſe non eſſet nec peccati labes eum tãgere potuiſſet, aliena facinora portauit, & ſanguine ſuo deleuit. Ipſe baptizatur à ſeruo, remiſſam omnium flagitiorum noſtrorum daturus, ſine modo, ait, quia ſic decet nos adimplere omnem iuſtitiam. Ecce omnem iuſtitiam, humilitatem & manſuetudinem vocauit. Vel (vt ait beatus Cyprianus) omnis iuſtitia eſt id opere adimplere, quod ore alijs docendo loquimur. Ipſe diebus quadraginta ieiunauit, per quem angeli & omnes cæli ciues cunctaq; orbis viuẽtia ſaginantur. Ipſe cum Zabulo tentante cõgreditur & inimicum blaſphemum duntaxat viciſſe contentus, nil vltra verba conatur, ſed citra omnem vindictam patienter in pugna progreditur, in cuius fine ait: Vade Satana, ſcriptum eſt dñm Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Ipſe diſcipulis ſuis non vt ſeruis, dominica poteſtate præfuit, imò benignus & humilis fraterna caritate dilexit. Ipſe mitis ac humilis dignatus eſt apoſtolorũ pedes abluere, quatenus exẽplo ſuo doceret qualẽ erga compares & fratres ſuos oporteat eſſe conſeruum. Nec mirũ, dilectiſsimi, ſi circa filios obediẽtes talis extiterit, qui Iudam trãquillo animo potuit vſq; ad extremum longa mãſuetudine ſuſtinere, cibum cũ traditore ſumere, hoſtẽ domeſticum agnitũ haud palam oſtẽdere, deniq; traditoris oſculũ non horreſcere. O fratres, cariſsimi, nõne omni melle dulcius eſt hæc omnia dinumerare? Nonne omni nectare ſuauius Chriſti Ieſu acta deſcribere, & mente pura recolere? Quis obſecro tã ferrei pectoris, adamãtiniq; cordis, cuius præcordia mãſuetudo Chriſti nõ moueat, & emolliat? Sed quorſũ nos ſic aduerſos rapuit perexigua deuotio? Ad rem redeamus. Cùm Iudæis æquanimitas quanta & mirabilis mititas? Quàm bene ait Auguſtinus incredulos ad fidẽ ſuadendo flectere, ſtuduit obſequio ingratos fouere: contradicentibus non ſæuere, ſed leniter reſpondere: ſuperbos & contumaces clementer ſuſtinere. Quid plura fratres? Prophetarum interfectores & aduerſus Deum ſemper rebelles, vſque ad crucis & paſsionis horam voluit

Act. 1.

Gabriel. 3 d. 12.

Cyprian.

Christi manſuetudo mirabilis.

Deut. 6.

Aug. ſuper Ioan.

diligere. Et ſicut galina congregat pullos ſuos ſub alas, ſic ſpandit manus ac brachia in cruce & latere aperto in corde voluit eos coadunatos ſuſcipere. Deniq; cariſsimi, rex noſter manſuetus Chriſtus Ieſus, inter facinoroſos deputatur, iudicatur iudicaturus, & Dei verbum tacens ducitur ad mortem. O verè mitem, & manſuetum regem, qui ecclesiam ſuam nemini clauſit quãtumuis facinoroſo & iniquo. Quiq; illos inimicos ſui nominis, illos blaſphemos, ſi pœnitentiam delicti agant, ſi admiſſum facinus agnoſcant dolentes, non ſolùm ad remiſſam criminis, ſed ad brauium æterni regni admittit. Quod dilucidè intueri quiſpiam poterit in beato Paulo, quem ſi tanta Chriſti longanimitas & patientia ad pœnitentiam non expectaret, eccleſia ſancta illum non haberet. Quare ergo, fratres mei, tot laqueis alligati immoramur? Quid obſecro nos ſic implicat, & quaſi ferreis compedibus retinet? Curramus, fratres, cum ſponſa, curramus protinus velut Sanſon, cuncta diſrumpens vincula, vnguentorum Chriſti Ieſu odore & fragrantia cõmoti. Qui peccatores non exhorret: pauperes minimè ſpernit, qui nemini pœnitentiæ oſtium præcludit. Non abhorruit Cananeã clamãtem, non peccatricem mulierem lacrymãtem, nõ in telonio ſedẽtem, nec diſcipulũ negãtem, nõ ipſos crucifixores. Vnde clamat Bernardus: Propter manſuetudinẽ quæ in te prædicatur dñe Ieſu currimus oẽs poſt te. Currite iam, fratres, ſed ita currite vt comprehẽdatis, dicente Paulo: Oẽs quidẽ currũt ſed vnus accipit brauiũ. In vnitate caritatis currite, quia verè, niſi vnus cum Deo, vnus cũ proximo quis fuerit, regni æterni brauium accipere non valebit

Chriſti Ieſu patiẽtia.

Acto. 9.

Bernard. ſuper cã-ti. ſer. 22.

Verùm dilectiſsimi, hactenus, etſi ſuccincto ſermone breuiq; eloquio iam noſtri regis geſta audiſtis. Nunc verò manſuetudinis eius inſigne vnico verbo audite, quomodo manſuetos nos reddire maximè conatur, & ſuæ mititatis ſectatores efficere: Diſcite à me, ait, quia mitis ſum & humilis corde. Hic fratres oportet paululum immorari, vbi nobis ſeſe magiſtrum exhibet ſeruator noſter S. Aug. ſuper hoc verbo ait: Diſcite à me, non mortuos ſuſcitare, non miracula facere, non ſuper tumẽtis ponti vndas ſiccis pedibus deambulare. Sed quid ait? Quia mitis ſum & humilis corde. Nẽpè, fratres mei, magnũ exẽplar nobis corã oculis proponitur, ſolerter intueri néceſſe eſt ſi mititatẽ à tanto magiſtro accipere cupimus. Sed iã ad vos fratres qui nobiſcũ idem Cœnobium cohabitatis ſeſe noſtra vertat oratio: vobis, inquã, ò religioſi loquor, qui voce prægrandi quotidiè cãtare nouiſtis illud regalis prophetę: Propter te mortificamur tota die, exiſtimati ſumus

Matt. 11.

S. Aug.

Pſal. 43.

quaſi.

quaſi oues occiſionis. Vobis dico qui gladio verbi Dei accincti ad-
uerſus mundi rectores & principis tenebrarum harum, diu noctuque *Ad reli-*
orationi vacantes, viriliter pugnatis. Qui verè cum Petro clamare *gioſos vi*
poteſtis: Ecce nos reliquimus omnia & ſequuti ſumus te. Qui deniq; *ros.*
vltrò, apoſtolorum normam accipientes caſtitatem perpetuam, pau
pertatem ſpiritus, obedientiam perfectam Chriſto Ieſu regi noſtro
deuouiſtis, prorſus & ſeruaſtis. Vobis animo diſcite mititatem, &
manſuetudinem ab eo qui ſolus in terra magiſterij partes exercere
potuit. Non à Socrate nec Platone, ſed à Chriſto hanc eximiam *Nota.*
virtutem diſcere oportet. Quam ſi philoſophi ſectari profitebantur,
nimirum teſte Cypriano, tam illis manſuetudo falſa eſt, quàm & ſa *Cypria-*
pientia doloſa. Vnde obſecro, quis ſapiens, aut patiēs eſſe poteſt, qui *nus.*
nec ſapientiam, nec manſuetudinem regis noſtri nouit? Perdam, ait *Eſai. 29.*
per prophetā, ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium re
prouabo. Sapientia huius mundi, fratres mei, ſtultitia eſt apud Deū, *Roma. 1.*
vt optime prędicator gentium admonet. Quocirca planè ſequitur, ſi
ſapiētia vera illic non eſt, eſſe minimè poteſt vera manſuetudo. Rur
ſus ſi mitis ille eſt, & patiēs, qui à Chriſto Ieſu nō didicit, cur tātope-
rè mūdi gloriam cupiebat? Quandoquidem philoſophos nec māſue-
tos nec humiles agnouimus, quinimò ſibi multū placentes & alta ſa
pientes, ſciētiæ ſupercilio, & faſtu quodam ſuperbientes. Quamobrē
& euanuerunt in cogitationibus ſuis, vndè quo ſibi magis placere vo
luerunt, hoc plus Deo creatori noſtro diſplicere compulſi ſunt.

Apparet planè, fratres mei, non eſſe illic manſuetudinem veram, *Philoſo-*
vbi fuerit inſolens & affectata libertatis audacia, & exertiac ſeminu *phorū ia*
di pectoris impudentia & iactantia. Nos verò, cariſsimi, philoſophi *ctantia.*
non verbis ſed opere facti ſumus, qui mundialibus pro Chriſti nomi
ne ſpretis, nudi, cunctis mundi delitijs renuntiantis, noſtri regis ve-
ſtigia ſectamur. Qui virtutum magis conſcientiam nouimus quàm
iactantiam, qui denique non loquimur magna, ſed quaſi Dei culto-
res viuimus, proinde mititatem quam magiſterijs cæleſtibus diſci-
mus, obſequijs ſpiritalibus præbeamus. Nonne manſuetudo (autore *Baſil. ſu-*
Baſilio) tolerantiæ malorum mater eſt? Maxima enim virtus, fratres, *per pſal.*
mititas eſt, quapropter inter beatitudines connumeratur. Beati, in- *33.*
quit, mites, quoniam ipſi poſsidebūt terram. Illa nēpè terra, fratres, *Matt. 5.*
ipſa Ieruſalem, non fit pugnātium ferreo gladio ſpolium, ſed lōgani-
morum & manſuetorum hereditas propoſita eſt. Diſcite à me quia
mitis ſum, quia manſuetus valde, nimium & longanimis, id eſt māſue

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

 ti eſtote,

Pſal. 36. ti eſtote, ait dñs, quia māſueti hereditabunt terrā, & delectabūtur in multitudine pacis, ex me diſcite, quę res ſola vereq; animū trāquillet & lætificet, nam ſcriptū eſt: Audiāt māſueti & lętētur, diſcite ex me quod mitis ſum, & corde minimè elato. Quid poſsim, miraculis patefecit, tamē nec opes nec honorē affecto, nec quicquam omnino ambio, quod erga mūdum labētem præclarū videtur, neminē quātumuis flagitioſum faſtidio, non conuitia regero, non male precātibus re precor, non feriētem referio. Patri cœleſti cedo totā gloriam, & illi omnem ſolicitudinem cōmitto, totus ex illius nutu pendens. Contēdite, fratres mei, per anguſtam hanc portā intrare quā perpauci inuenire meruerunt. Manſuetudo porta eſt, ſed anguſta nimis, ſtricta valde. Hæc porta non capit homines huius caduci mundi gloria turgidos, hæc non ſuſcipit faſtu elatos, nō luxu diſtētos. Non ſuſcipit, fratres mei, niſi nudos, & ab omnibus mūdi fallacis cupiditatibꝰ expeditos, ac velut exuti corporibus in ſpiritū extenuatos. Subinde fit cariſſimi vt māſuetudo, & mititas, à paucis inueniatur, quæ nō niſi purgatis oculis cernitur: quibus ſolis, perſpicua ſunt bona ſpiritualia. Quibus decātare expedit cum Petro: Ecce nos reliquimus omnia, & ſequuti ſumꝰ te. O fratres mei laudes debitas Deo, indefeſsè agite: quia omnia reliquiſtis quatenus eum, qui omnia continet, aſſequamini: gratuitū donū agnoſcite & feruido ſpiritu ſeruatorē noſtrū magnificate, qui vos in manu forti de Aegypti tenebris eduxit: & in terra, fluēte lacte doctrinæ, & melle deuotionis, id eſt, in religione locauit. Vbi māſuetudo maximè vtilis eſt imò per neceſſaria, qua alter alterius onus portare valeatis & vinculum caritatis ſeruare poſsitis. Idcircò mititatē regis veſtri inſpicite & eā ſummo labore ſectari ſtudete.

Humilitas Chriſti Ieſu. *Luce. 13* *Exo. 33.* *Galat. 6.*

Ceterum, fratres, quorſum opus eſt tot exēplis & ſuaſionibus immorari: in rege noſtro altius exemplar intueamur, & māſuetudinem Dei contemplantes qualiter hæc virtus nobis cōmunis ſit cum Deo agnoſcamus. Qualis nanq;, dilectiſsimi, in Deo & quanta māſuetudo, quod in contumeliam ſuæ maieſtatis, & honoris, inſtituta ab hominibus templa prophana & terrena, figmenta idolorum ſacrilega, patientiſsimè ſuſtinens: ſuper bonos & malos æqualiter ſolem ſuum oriri facit: & quando imbribus terram rigat, nemo à beneficijs excluditur, quominus iuſtis & iniuſtis, indiſcretas largiatur pluuias. Videmus inſuper inſeparabili æquitate patientiæ, nocentibus & innoxijs religioſis & impijs, gratias agentibus & ingratis Dei nutu tempora & elementa obſequi, cælos famulari, ſpirare ventos, fontes fluere, gran-

Dei optimi manſuetudo. *Matt. 5.*

grādeſcere meſsiū copias, vinearū fructus miteſcere, arbuſta pomis exuberare, nemora amœna frondeſcere, & prata florere, quatenus illud Dauid verum ſit: Suauis eſt dominus vniuerſis. Vnde ſuauis, fratres mei, creator noſter omnibus, niſi quia longanimis, patiens, & multum miſericors? Saluberrima nobis ac ſatis conducibilis res, fratres, ea eſt, qua Deo aſsimilamur. Ideò manſuetudinem illius imitantes perfecti eſtote, ſicut & pater veſter patientia, & mititate perfectus eſt. *Pſal. 144*

Manſuetudo, dilectiſsimi, omnes Dei electos, tāquam aurum igne probatum, in æthera prouexit, & ad ſummum faſtigium tolerantiæ & laudis perduxit. Quæ, vt bonum Chriſti inſtauratoris eſt, ſic contrà ira diaboli malum. Videte obſecro diſsidia & mala, ex ira & ferocitate oborta. Zabulus impatienter tulit, brauium regni cæleſtis à Deo creatore optimo ſuſcipere, nolens ei parere, ac inſeruire. Vnde perijt & præcipitij ſui damna ſuſtinere, compulſus fuit. Adam in paradiſo manſuetudine & tolerantia orbatus, lethalem cibum guſtauit, & mortem æternam, necnon & temporalem protinus incurrit. Caim inuidus, vt fratrem occideret, ſacrificij eius & muneris impatiens fuit. Eſau primatū ſuum per impatientiam lentis edulio amiſsit, populus ille ingratus, dum Moyſi moras cum Deo loquētis ferre nō potuit prophanos Deos conflauit. Saul & traditor ille Iudas ſeipſos ſuſtinere minimè valentes, ira commoti miſerandè, ſeſe interfecerunt. Quid plura? Iudæi & ſacerdotes Chriſti miracula & benignitatem erga flagitioſos, & peccatis obnoxios videre, ob ferocitatem non valentes, clamabāt: Quid faciamus? quia hic homo multa ſigna facit. Non diſsidia plurima, non ſeditiones in populo aiunt, ſed ſigna portenta & miracula facit. Infirmis ſolo verbo priſtinam ſanitatem largitur, mortuis vitam reddit, & luminibus orbatos, etiā à cunabulis illuminat. Quid ergo facimus? mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium. *Sanctorū mira patientia.* *Eſai. 14.* *Geneſ. 3.* *Gene. 4.* *Ioan 11.* *Iere.*

Si ergo, fratres mei, ex mititate & manſuetudine tot ſcariunt bona, ex ferocitate & ira, tot oriuntur innumera mala, & mortalium tumultus omnes, plena obſeruatione, noſtri regis mititatem teneamus. Nimirum elatus ac ferox animus ſibi fidit, Deo autem parum fidit, hinc ſcatent ambitio peſtilens, pecuniæ ſtudium nimium, vindictæ libido, liuor, ſeditiones, & impietates in Deum quāplurimæ. Quibus quid eſſe poteſt ſceleſtius, tumultuoſius, ac turbulentius. Audite, fratres, beatum Paulum quid Colloceniibus ſuadere cupiat. Nunc, ait, *S. Tho. 2.2.q.157 art.4.*

deponite

deponite vos omnia. Quæ ſunt hæc omnia? deponite iam iram, indignationem malitiam, blaſphemiam. Animaduertite obſecro, vnde *Contra iram.* Apoſtolus initium arripit: Deponite iram, inquit, & indignationem è quibus tanquam ex venenatis fontibus, peſtilentiſsimi effluunt riuuli, vtpotè, malitia, blaſphemia, cunctaq; flagitia. Atqui è diuerſo hoc luteo, turbidoq; fonte obtruſo, cetera quàm occiſsimè exiccantur ſcelera, & dilectorum flumina. Longè igitur ſit hæc peſtis, lues & inteſtina pernities, fratres, manſuetus venit rex noſter nō ferox, quare manſuetudinem ſequimini ferocitatem deponite, ne tanti patris degeneres filij ſitis, & ſeuerum iudicem aliquando videatis. Horrendum eſt enim incidere in manus Dei viuentis ait ſcriptura.

Quid ergo, fratres mei, filiæ Babilonis dicā? Ecce rex tuus venit tibi māſuetus? abſit, nempè, dilectiſsimi, ei vaticinium prophetæ Dauid ſanctiſsimi proferā: Filia Babylonis miſera benedictus qui retribuet *Pſal.* 126 tibi retributionem tuam. O filia confuſionis, ſoboles iniqua, ſemen nequàm non tibi rex noſter manſuetus venit & mitis, ſed filiæ Sion. Non exultes ſed luge, fac tibi planctum amarū quaſi vnigeniti. Vlula, ingemiſce, quæ ore reprobo regem tuum verum negaſti, & alium regem neminem niſi Cæſarem habere aſſeruiſti. O infelicem Babylonis filiam omni bono deſtitutam! quam mercedem tibi retribuet dominus, niſi hereditatem patris tui diaboli? Non creationis ratione (veluti Manichæus verſutus aſſeruit) ſed imitationis gratia. Vos ex patre diabolo eſtis, ait dominus, & vnde pater eorum diabolus ſit, cō feſtim oſtendit. Voluntatem, inquit, eius vultis adimplere, illius veſtigia ſectantes, me occidere cupitis, ſimilitudinem eius induentes, *Pſal.* 141 odio habentis me gratis. Merces itaq; & hereditas tua non in terra viuentium ſed potius in terra morientium. Baratrum erit prædium tuū & chaos tetrum, vbi regio Babyloniæ, & totius cōfuſionis vnda non quieſcit. Vbi vermis conſcientiæ nunquam moritur, & ignis vorax, quo cruciātur iniqui, non extinguitur. Miror ſi non miraris, & expa *Apoc.* 3. ueſcit hęc audiēs: Filia Babylonis miſera & miſarabilis pauper nuda, *Treno.* 4 & cæca. O filia Edon quę habitas in terra Hus ad te quoq; perueniet calix, & inebriaueris atq; nudaberis, vt ſacra teſtatur ſcriptura. Filia Edon, id eſt, ſanguinis, meretrix obliuioni tradita, quæ ſanguinibus tuorum flagitiorum infecta infeliciter corruiſti, niſi regis veri Chriſti Ieſu fimbriam tetigeris ſaltim, cuius virtute infirmitas, eſcatenſque morbus tuus te derelinquat, ad te perueniet calix. Non vtique ille de quo rex noſter ait: Calix meus inebrians quàm

præclarus

ræclarus eſt,ſed calix ille,cuius fex nõ eſt exinanitia. Calix,inquã, *Pſal.74.*
on quem duobus Apoſtolis promiſit Saluator noſter.Dicens: Ca
icem quidem meum bibetis. Qu nimo calix ad te perueniet de quo *Matt.10*
bibent omnes peccatores gehẽnam, inhabitantes. O calicem abſyn
thio plenum,fellis amaritudineq; reſperſum,quo vtique indignatio-
nis,& vindictæ poculo inebriaberis filia Edon: quoniam ſceleris tui
muſto inebriata regem manſuetum negaſti,& ſuperbo,immo ſuper
biæ principi paruiſti per omnia.Ipſe vtique tanquam fulgur de cælo *Vide S.*
cadẽs,proiectus eſt in lacũ miſeriæ,ideò ad eũdem modũ , quotquot *Tho.1.p.*
illius dogmata,& veſtigia amplectũtur , velint nolint,pari plectẽtur *q.63.ar-*
incendio. *tic.4.*

Væh igitur genti peccatrici,populo graui iniquitate , ſemini ne- *Eſai.1.*
quam, filijs ſceleratis , qui aſsidue toto corde tam infelici regi exhi-
bet famulatum.Videte obſecro iugum illius ferreũ, inſpicite tyran- *Regnum*
nidem qua ſuos gubernat , vt exactore ſeuero cognito,quamprimũ *diaboli ,*
delitijs mundialibus abrenuntiantes,diuitias fallaces regis veſtri ſce *quale ſit.*
ſtiſsimi cõtemnatis.Regnum itaque Zabuli munitur vitijs , ambitur *Nota.*
flagitijs,turres eius ſunt crimina,arma vero,quarumcunque turpitu-
dinum molimina huius regis veſtri telonearij, pauperum ſunt op-
preſſores,cubicularij eius quæſtuũ aduncatores, tribuni ſeductores,
præfecti iudiciorum peruerſores , mercimoniarij traiectores, linguæ
ſubdolę cõſiliatores.In aula huius iniqui regis(vt Cypriano placuit) *Cypria.*
ſunt qui paludamentis talaribus pauimenta verrentes,dignitatem vi *ſer. de ie*
rilem,non ſine magna naturæ iniuria,dehoneſtat. Hic planè,auaras *iunio.*
manus cupidi muneribus complicant, hic genuflexo concupiſcen-
tiæ ſuæ quiſq; idolum colit, & propriæ libidinis adorat ſimulacrum.
O regem infelicem,ò tyrannum ſceleſtiſsimum, huius inferioris mũ
di tua eſt ſcabies,tua languentis ſunt vlcera,hæc ſcalpis , hæc impu-
rus ablingis,quaſi ſerpens venenoſus terram comedens omnibus die *Gene.3.*
bus vitæ tuæ . Vides ne filia Babylonis infelicitatem regni de quo
gaudes?Intẽdis quomodo nulla ſocietas ſit Chriſti ad belial, nulláq;
participatio , nec aliqua iuſtitiæ poteſt eſſe cum iniquitate commu-
nio.Tua nimirum iam refert filia Edon,Cæſarẽ ſeuerum relinquere, *Trãſitio*
& ilico manſuetum Chriſtum Saluatorem orbis , toto pectore dili- *per epilo*
gere,eiuſq; dogmata humiliter accipere , veſtigiáq; illius per omnia *gum.*
ſectari.Cuius regnum non eſt de hoc mundo , quanuis princeps cæli
& terræ,ſit cui omnia ſeruiunt & obtemperant. Cuius clementia &
manſuetudo,erga nos mirabilis, affatúq; difficilis,mel & lac ſub lin-
gua

Canti.4 gua eius, ait ſpõſa in canticis: Claritatẽ & dulcedinẽ doctrinę Chriſti Ieſu deguſtãs, mititatẽ & longanimitatẽ, quibus peccatores reuocat, ſuſcipit, & amplectitur prælibans quodammodo. Solue vincula colli tui captiua filia Edon, iugum ferreum à te proijce, laqueos prauitatis tuę diſrumpe, quatenus filia Sion, merito efficiaris, & gaudio ni

Zach.9 mio iubilans audire merearis verba illa, ad filiam Sion deſtinata: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus.

Nos ergo fratres mei gratuita Dei miſeratione non Babylonis filij aut Edon progenies, ſed filiæ Sion effecti, iubilemus ſatis, gaudeamus abundè, aduentum ſeruatoris noſtri contemplantes. Egrediamur obuiam ei, nam ecce ſponſus venit: En dilectiſsimi rex noſter,

August. poſt parietem noſtrum, humanitate noſtra velatus, Deus abſconditus & homo manifeſtus cuius regnum non eſt eſca & potus, ſed iuſtitia pax & gaudium in Spiritu Sancto, ſicuti benedictus aſſeruit Paulus. Cuius principatus non eſt de hoc labili & fallaci mũdo, quia cordibus credentiũ dominatur duntaxat, & animabus orthodoxorum ſolũmodo aſsidet. Cuius gloria in excelſis non ſeneſcit aut defficit,

Apoc.3. & cuius ſceptrum in æternum ſtat. Nam rex regum eſt, & dominus dominantium, ideoq; ſeueritatem eius fratres pertimeſcẽtes, qua vindicta ex inimicis in tremendo iudio accipiet fugiamus, & ne Babylonis calix ad nos perueniat, eius faciem in confeſsione præueniamus. Sponte pedibus tãti regis procumbentes, ſaluatorem, ac inſtaurātorem noſtrum ſuſcipiamus, mitem regem & humilem, totis medulis cordis amplectamur, illi obſequia, quamplurima exibeamus, illi (vt par eſt) laudes quandiu ſupererit nobis halitus reddamus, cui eſt honor & gloria per ęterna ſecula. Amen.

Finis Declamationis Primæ.

DECLAMATIO Secunda.

Dominicæ primæ aduentus domini noſtri Ieſu Chriſti.

(∴)

SPONSA ſacroſancta Romana eccleſia, vni- S. Tho.
ce à ſponſo Chriſto Ieſu dilecta fratres cariſsi- 2.2.q.107
mi, ne fortè ingratitudinis noxam incurreret, ar.6.
qua nihil periculoſius, nihilque horribilius, in
canticis canticorum, ſcite aiebat: Omnia poma Canti. 7
vetera, & noua ſeruaui tibi dilecte mi. Hac pe-
riſraſi verborum, niſallor, poma pulcherrima,
fragrãtia, & quauis mellita dulcedine ſuauiora,
opera ſummi numinis, & beneficia ſibi impẽſa appellat. Enimuero,
pomum ſua pulcritudine natiuiſq; coloribus vehemẽter viſum oble
ctat, necnon olfatum ſua fragrantia, guſtum inſuper innata ſuauitate
delectat. Vnde in Geneſi legimus: Erat pomũ pulchrum viſu, & ſua-
ue aduescendum. Ad eundem modum profectò, ſi attentius egregia Geneſ.3.
Dei optimi opera inſpiciamus, penitiusq; ea indagare velimus, ex- Collatio.
ternè mirabilem venuſtatem habet, internè vero, ingentem dulcedi
nem poſsident, modo mens noſtra palatum non habeat, rudi ac peſti
lenti cibo Aegypti infectum veluti olim in deſerto ſcalenti filijs Iſ-
rael deguſtato manna cæleſti contigit. Quippe qui tanquam mirabi
li illo pabulo indigni dicebãt: Nauſeat anima noſtra ſupra cibo iſto Num.21.
leuiſsimo. Quid obſecro fratres, quoduis prodigium à Deo patratu
erga populum ſuum quondam fuit, niſi pomum decorum valde, mi-
ra pulchritudine depictum? Mitto lubens decem illa ſigna per Exo. 10.
Moſen facta contra rebellem regem Pharaonem, cuius cor adeo
obduratum erat, vt populum domini exire nullatenus fineret,

donec

donec primogenita cuncta, ab angelo interempta ſunt. Quæ omnia magis ipſis teſtatibus digitus Dei, hoc eſt virtus omnipotentis Dei operata eſt. Ea quidem recenſere volo, quæ vel maximè ſtuporem, & admirationem cunctis gentibus afferunt. Sanè quod mari rubro excicato, atque in diuiſiones aquarum deciſſo, populus domini regis
Exo. 14. verſuti, tyrannidem euaſit, ipſo, necnō exercitu ſuo ſubmerſo. Quod quadraginta annis cibo cælico in deſerto Deus optimus filios Iſrael pauit, ita vt demiratus pſaltes regius clamaret: Panem angelorum manducauit homo. Quod lapis bis percuſſus iubente domino Moſi loquere ad petram & dabit tibi aquam, ſubinde flucta aquarum præbuit. Quod tandem nę in immenſum procedam, tot regibus debellatis, & Iordane retrorſum conuerſo, terram tandiu promiſſam, lacte & melle manantem peculiaris Dei populus poſsideret: quid eſt niſi poma vetera numerare, quæ ſua gratuita dignatione totius mundi creator populo ſuo largitus eſt? Quandoquidem poma vetera ſunt,
Nota. veruntamen non marceſcunt nec veteraſcēt vnquam. Ceterum ſunt & alia poma noua veteribus præſtantiora ac pulchriora, quæ nimirum, tanquam lux vmbram, veritas ipſa figuram, vetera illa miracula excellunt. Mirabile dictu fratres, quis tam demens, aut rudis, qui
Ioan. 1. non obſtupeſcat, ſi tota indagine intellectus inſpiciat, Deum homo factum, ex illibata virgine Maria natum, vagiētem in præſepio, octauo die circunciſum, in Aegyptum pergentem quo Hærodis cruenti iram euadat? Rurſus ſi fidei oculis contemplemur eūdem Chriſtum Ieſum in deſerto fameſcētem inedia quadraginta dierum laſſatum, tentatum à diabolo ac multifarie afflictū. A Iudęis omnimoda perſecutione affectum. Si Chriſtum Ieſum inſpiciamus in horto comprehenſum, alapis cæſſum, vlceribus ſaucium, ſpinis acutiſsimis coronatum, cruci affixum, inter iniquos reputatum, in cruce mortem obeuntem, tertia die è tumulo ſuſcitatum, cum magna ſanctorum caterua, necnō angelorum cuneis ſuper ęthera eleuatum, & in dextera patris ſedentem quis, inquam, non demiretur & extaſsim patiatur? Vos obſecro cariſsimi iam ſponſæ veſtigia ſectamini. Vetera poma & noua dilecto Chriſto Ieſu ſeruate, mirabilia quæ in veteri teſtamē to Deus optimus fecit, ne memoria defluant. Quin gratias Deo inexhauſtas, diu noctuq; largienti agite. Potiſsimè noua poma mirabili odore fragrantia ob oculos habete, in corde ſedula contemplatione verſantes beneficia egregia, quæ Saluator noſter, nobis & ſi immeritis exhibuit, vbi homo factus nos ſua morte redemit, & cruore

ſuo

ſuo roſeo nos abluit. Mementote precor nullum animal mundum *Figura.*
fore, aut ſacrificio Dei accõmodatum niſi ruminans. Quo tropo nos *Leui. 26*
Deus monuit, vt beneficia, tum vniuerſalia, tum etiam peculiaria, ne
quaquam obliuiſcamur. Imo, vt par eſt, gratiſsimus & iugiter ea reco
lamus, introfusq; totis medullis cordis illa conferamus. Exẽplo no-
bis ſit alma Dei genitrix, de qua Sanctus Lucas dixit: Maria autem
conſeruabat omnia verba hæc cõferens in corde ſuo. Non ore tenus *Lucæ. 2*
opera Dei narrãtes ſimus oportet, ſed meditatione profunda, ea con
feramus, meditemur, & deguſtemus. Sunt planè dulciora ſuper mel,
& fauum. Hoc teſtãte & dicente domino: Spiritus enim meus ſuper
mel dulcis. Qua dulcedine vel delibata, extemplo deſipit omnis ca-
ro vt pulchrè aſſerit Sanctus Gregorius.

Quas ob res ſponſa prudentiſsima Eccleſia, ſeruans poma noua *Aduẽtus*
Chriſto Ieſu, incarnationis myſterium mirabile quod ante. 1560. an- *domini.*
nos & eo amplius geſtum eſt, hodie recolit & celebrat, aduẽtum do
mini orthodoxis coram offerens, & annuatim celebrabit ad finem
mundi vſq;. Mira res alias ſolennitates vigiliam breuem ſecum adfe-
runt, diem vnum duntaxat, hæc magna feſtiuitas in qua Deus homo
factus naſcitur, fere quatuor hebdomadarum tempus pro vigilia ha-
bet. Ratio, quia tam eſt ingẽs myſterium, vt magna vigilia indigeat, *Nota.*
noſq; ipſos tot dierum curriculo ad feſta ventura ſolicitius præpare-
mus. Hinc omnium ſanctorum exhortatio inoleuit, quiq; in ſuis cõ-
tionibus fideles exhortabãtur, & obnixè eos rogabant, vt ſacro tem
pore hoc, frequentius in eccleſiam conuenirent, ſanctis ieiunijs inſta
rẽt ſacram exhomologeſsim, & confeſsionem peccatorum ſuorum
facerent, abſolutionem à confeſſore accipientes. Necnon ſacroſan-
ctam Euchariſtiam ſumentes, puro corde candidoq; pectore paſcha
admodum ſolẽne, iucundum, nedum hominibus ſed etiam angelis læ *Lucæ. 22*
tabundum expectarent. Idq; fratres vos ipſi pro veſtra virili agatis
obſecro. Eo nãq; aduentus domini tendit, vt qui puer paruulus ſemel
natus eſt de virgine ſancta, is gratia eius aduentante quotidie oriatur
in cordibus veſtris. Natus, ſanctis Deſiderijs & pijs operibus creſcat,
necnon & regni ſui ſolium in mentibus noſtris collocet. Ipſo accla-
mante: Regnum Dei intra vos eſt. O nos felices dilectiſsimi ſi nobis *Lucæ. 17*
tam ingens donum contingat, vt non niſi rex regum Chriſtus Ieſus
in corde noſtro regnet, mundi fallacis potentatu, & ſerpentis verſuti
dæmonis regno deuicto, & effugato.

Huc planè pertinet, quod nuperrimè in lectione Euãgelica lectũ

D eſt,

vaſa mortis,ſagittas ſuas acuens,quibus, tum corpus tum animã mor
e perenni percutiat, dicente dño: Nolite timere eos qui occidunt *Matt.28*
orpus,animam autem non poſſunt occidere. Illum autẽ timete qui
poſtquam occiderit, poteſt mittere animam & corpus in gehẽnam
gnis.En bifariam mortẽ,quę impios expectat.Eodem attinet quod
lio loco idem propheta dixit: Dediſti metuentibus te ſignificatio-
iem,vt fugiant à facie arcus. Ecce ſigna dat Deus, non modo im-
probis,vt à peccato reſurgãt,ſed viris bonis vt timore extremi iudicij
quotidie nonnihil meliores fiant. Quippequi dum orationibus aſsi- *Nota.*
luis inſtãt,& inedia quotidiana carnis lenocinia frẽnãt, dum deniq;
orpus ſuum mille modis caſtigãt,& cum Apoſtolo in ſeruitutẽ ſpi-
itus redigũt.Non tãtum gehẽnales flãmas euadãt,ſed maiorem glo
iæ cumulum in æthereis manſionibus percipiant.Vnde liquido cõ-
prehẽditur,quãta ſit in nos indulgentiſsima Dei caritas,vbi nõn tan- *Caritas*
quam iudex ſeuerus,imo vt benignus pater ante flagella, ſigna iudi- *Chriſti.*
ij ſui indicat.Quod palam videre eſt, vbi primũ parẽtem punire vo
ens,non furtim,non clam,ſed vociferans venit dicẽs: Adam Adam
vbi eſt?O ineffabilis ſummi Dei dignatio,quis patientiam eius expri *Gene.3.*
nere valeat.Nomen delinquentis non horruit,quin proprio nomi-
ne eum compellat, quaſi nihil indignationis contra eum indicans.
Quid plura? qui offenſa magna adortus fuerat, offendentem vocat.
Quem non impium,rebellem,aut procacem, vt commeritus ille fue
at,ſed bis & non ſemel: Adam, Adam, illum vocitat. Quod quidem
nagni affectus,ingentisq; dilectionis indicium eſſe ſolet. Alludit ad *Lucæ.10*
oc illud:Martha,Martha,ſolicita es.Dubio procul nominis piæ ho
pitæ repetitio,ſymbolum fuit latentis in Chriſto Ieſu amoris. Nec
lio ſpectat mira arce Noe olim conſtructio, quippe quæ annis circi
r centum præcepto Dei facta eſt.Viro ſancto Noe vltionem præ- *Gene.6.*
icãte, & cathacliſmum futurum annuntiante,quem Deus optimus
nittere volebat,quo peccatores nefandis delictis irretitos perime-
et.At ipſi increduli,vt cæcucientes,miſerè perierunt.Quibus ſpiri-
u veniens quãdo Saluator ad inferos deſcẽdit,teſte beato Petro,præ *1.Petr.3.*
icauit,eoſq; redarguit. Vos,cariſsimi,nolite illis aſsimulari,ne cum il
s pœnas cõmeritas accipiatis.Quin dũ articulũ fidei noſtrę ꝓfitemi
i,de iudicio extremo cogitãtes,& cõciones de eo audiẽtes,quid fa
o opus ſit expẽdite,peccata reſpuẽtes & ꝑ ſacrã cũ feſsionẽ pectora
eſtra eliminãtes,corda veſtra præparate. Vęh miſeris,qui,vt tẽpore *Gene.19*
oth,vindictã Dei agnoſcẽtes,nihilo meliores fiũt. Videbaẽ eis, ait

 ſcriptura,

ſcriptura,ſanctus vir Loth,quaſi ludens loqui.Quique ſic pius, & mi ſericors eſt dominus noſter, vt quondam ſigna dedit ante vltionem, is ſui non oblitus,ante quam iudicare orbem terrarum veniat, multa indicia aduentus ſui dabit,quibus inſpectis,homines ad penitentiam
Nota. conuolare valeant. Quæ quidem ſigna in cælis apparebunt,quo perſpicuum ſit cælorum dominum aduentare,atque, dum ſupernè talia
Collatio. indicia fiunt,cunctis terrigenis ſint conſpicua. Ait ergo Saluator noſter:Erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis.Quæret iam quis & meritò,
Text. quænam ſigna hæc erunt:cui ſanctus Mathæus.24.cap. Latius reſpõdet.Sciſcitantibus Apoſtolis & dicentibus,quando hæc erunt,domi
Matt.24. ne,& quod ſignum aduentus tui?Rex noſter Chriſtus, primò de miſerando Hieroſolymæ excidio reſpondit,& confeſtim totius mundi conſummationem innuit.Statim erit conſummatio, nam ſol obſcurabitur,& luna non dabit lumen ſuum,& ſtellæ cadent de cælo. Aduertendum vel maximè hic eſt,cariſsimi, quod tribulatio hæc,cuius meminit dominus,qua finita ſtatim erit cõſummatio , nõ ea eſt,quã ipſe narrauit,ſurget gens contra gentem,& ſeditiones obuenient.Eſt planè hæc afflictio qua peracta,mundi finis inſtat, antichriſti improbi deuaſtatio,quippe quæ,vſqueadeò magna erit, vt ſimilis nũquam fuerit nec erit,veluti Saluator ipſe teſtis eſt.Nec obſtat quod ſtatim dixerit conſummationem mũdi adeſſe,nam ſcripturæ mos talis eſt, vt paululum temporis dicat fore,quod temporarium eſt. Exemplo
Malac.3 nobis ſit Malachiæ vaticinium de primo meſsiæ aduẽtu enarrantis. Statim veniet ad vos deſideratus,quem vos quæritis,& angelus teſtamenti,quem vos vultis. Veruntamen, poſt hoc oraculum non pauci anni defluxerunt,quibus expletis Deus homo factus eſt.Huc item attinet,vox illa animabus ſanctis clamantibus,cælitus facta. Expecta-
Apoc. te modicum,donec impleatur numerus fratrum veſtrorum. Quod quidem modicum ante annos. 1560. dictum eſt. Ad eandem imaginem dominus Ieſus hanc prophetiam protulit. Poſt tribulationem hanc,hoc eſt,antichriſti furibunda & cruenta perſecutione completa,ſtatim erit cõſummatio.Non quod breuitatem tẽporis tàm ſignificare velit,quàm rei gerendæ ſeriem & ordinem. Cuius conſummationis ſigna,exactè iam depromit,nam ſol obſcurabitur.Quo verbo
Ioelis.2. nos docet,Ioelis teſtimonium intueri:Magnus enim dies domini,& terribilis valde,& quis ſuſtinebit eum? A facie eius contremuit terra. Moti ſunt cæli ſol & luna obtenebrati ſunt. Et ſtellæ retraxerunt lumen ſuum. Videtis(ni fallor)fratres,quàm cõcinnè loquatur vtrũq; teſta-

ſtamentum de tremendo iudicij die. Enimuerò ſol non ſtabit vt
tnpore Ioſue legimus, non per lineas decem retrocedet,velut reg-
ınte Ezechia,ſed ſol ipſe obſcurabitur. Ratio quia ius eſt,vt delicto *Eſai.* 38.
ſpondeat, commerita pœna. Dilexerunt quidem homines magis
nebras quam lucem, ſectati ſunt hæc vana & mundi fallacia bona,
hriſto Ieſu relicto, qui lux vera eſt, illuminans omnem hominem *Exo.* 10.
enientem in hunc mundum. Eam ob rem, vt olim tenebris pharao-
s duricia commollita fuit, ſic veniente iudice ſupremo Chriſto,te-
ebra ſceleratores homines inuoluet. Ceterùm, par erat, vt ſol, qui *Nota.*
luatore obeunte in cruce obſcuratus fuit, creatorem ſuum recog-
oſcens & honorificans, ita eo veniente vniuerſum orbē iudicaturo,
men ſuum adimat habitantibus in terram. Erubeſcet luna & con- *Eſai.* 24.
ndetur ſol, ait Eſaias. Et addidit extemplò: Cùm regnauerit domi-
us in Sion. Hoc eſt, in eccleſia, quæ ritè ſpecula dicitur, tanquam in
ıigmate & in ſpeculo fidei, nunc arcana Dei contemplans. Tunc
erò cùm apparuerit ſpōſus Chriſtus, videbit omni facie ad faciem,
apoſtolus perbellè docet. Erubeſcet luna & ſol confundetur, vt
tra rationis expertia doceant homines procaces & inuerecundos
ubeſcere, dum redarguente illorum conſcientia, impudica & nefan
ſua opera viderint. Erubeſcet & pudefiet luna, tanquam redar-
ıens orthodoxos impudicos, qui ferarum more carnis ſuæ oblecta
entis habenas laxarunt. Vtinam vel tunc erubeſcente luna & ſole,
pij erubeſcant & pudefiant conuerſi ad dominum. Confundantur *Pſal.* 69.
erubeſcant valde velociter, orabat regalis Propheta. Quam pre-
tionem vos fratres ſæpeſæpius toto pectore dicite. Nec ſiluit bea-
Ioannes hoc ſolis ſtupendum ſignum, vbi in ſua apocalypſi dixit: *Apoc.* 6.
l factus eſt niger quaſi ſaccus ſilicinus. Nempe vt hominis pertur
tio potiſsimè apparet in facie, ſic in pulchriori vniuerſi parte, id
, in cælo, ſigna hæc iram ſummi numinis indicantia apparebunt. *Collatio.*
hæc Sanctus Chryſoſtomus obnubilationem tā ſolis, quam lunę *S. Chryſ.*
ſtelarum, admirabilem iudicis venientis ſplendorem refert. Ita vt
otidiè experimento compertum eſt, quòd orto ſole, cætera cœ-
aſtra obfuſcantur, ſic glorioſa Saluatoris noſtri apparitione
non dabit ſuum iubar, luna & ſtellæ obtenebreſcent. Quan-
quidem hoc verum eſt, tamen nihil officit, quominus ſigna hæc
æſagia ſint aduentus domini, vt Ioelis Prophetæ & euangeliſtæ
rba ad literam fore teſtantur. Neminem plane clam eſt, quod
illo iudicio rex noſter, vt iubar fulgentiſsimum, quaſi in nouo ſecu

lo fulgebit, cuius tanta erit numinis virtus, ac gloria, vt ſol qui nunc longè lateque radiat, luna & omnes ſtellæ, aduentu maioris luminis occultentur.

Text. Sequitur in euangelio, & in terris preſſura gentiũ, præ confuſione ſonitus maris & fluctuum. Poſt ſigna illa ætherea, non vulgaria ſed inuſitata & miraculoſa, verbis ijs Saluator ſubindicat hominum angorem, & mœſtitiam ingentem. Equidem non modica eos vexabit triſtitia ita, ita vt pallore nimio perfuſi viciſsim ſeſe aſpectantes, nec fari quicquam poſsint. Quin potius exanimes facti, atque laſſati humi proſtrati decumbant. O fratres, quanti exiſtimanda eſt tunc,

Nota. candida & pura conſcientia, ſiquidem cor mundum in extremo iudicio, quibuſuis ſceptris & regnis, præſtantius & pretioſius erit. Imò quoduis argentum aurum ſiue vernantes gemmæ vt arena exigua, in die illo apparebunt. Tunc profectò vecors, & inermis erit omnis peccator, iuſtus verò infracto animo, ingenti fiducia fretus perſiſtet.

Prou. 28. Dicente Salomone: Fugiet impius nemine perſequẽte, iuſtus autem

Pſal. 22. vt leo confidit. Nonne imperterritæ mentis vox illa eſt? Si ambulauero in medio vmbræ mortis, nõ timebo mala, quoniam tu mecum es. Ecce ſecundum ſignum aduenientis iudicis Chriſti Ieſu, preſſura hominum eſt. Quin & quotidiè peccanti cuilibet, confeſtim hoc ſi-

Roma. 2 gnum contigit. Indignatio, ira, tribulatio, & anguſtia, in omnem animam hominis operantis malum. Non vacat cũcta expendere, quanuis, ſingula, ſingularem ac inſignem Emphaſim habeant. Vos fratres æqua lance, & omni librata ratione perpendite ſalutem quàm miſeram phalangem pœnarum, quamq; infelicem cuneum ærumnarum, apoſtolus nobis indicet oriri ex peccato. Vos pro veſtra virili cauete malum, à quo velut à peſtilẽtiſsimo fonte, tot mala dimanãt. At contra qui Chriſto Ieſu duce, piè viuit, is ouanter aduerſa quæq; perferens, exhilaratur, iubilat & lætitia magna affectus incedit. Idq; apoſtolus non tacuit, ſed apprimè probum virum nobis depinxit.

Rom. 2. Gloria, honor, & pax omni homini operanti bonum. Sigillatim hæc tria in corde veſtro conferte, cariſsimi, vt honorem mundi labentis, eiuſque gloriam, necnon & pacem ſubdolam, ſubinde ſpernentes, quæ vera ſunt bona candido pectore diligatis. Operanti bonum duntaxat, vera gloria, verus honos, veraque pax à Deo optimo promiſſa eſt, anguſtia, & tribulatio mala patranti exhibebitur. Areſcent itaque homines, & inſtar arboris, quæ inſtante hyeme virorem amittit, propemodum emortui adhuc viuentes videbuntur.

n cuius typo, rex impius Balthaſar, vaſis, quæ eius pater de templo domini abſtulerat temerè abutens, confeſtim vt tres digitos in pariete ſcribentes, mane, thecel, Phares, inſpexit, conturbatus eſt vehementer. Mirabiliter dictu, in conuiuio illo, aſtantibus principibus cunctis, & in eadem hora, quando temulentus Deos ſuos laudabat, bibens in vaſis ſanctis, tunc facies regis commutata eſt, & cogitationes eius conturbabant eum, compages regnum eius ſoluebantur, & genua illius ſe inuicem collidebantur. Planè hæc hiſtoria maximè, ad ea quæ de iudicio tractanda ſunt attinet, quam fuſius in ſecunda parte huius declamationis, Deo ſuffragante exponemus. Eam ob rem tranſeamus. Sat ſit preſſuram impiorum agnoſcere, quam nedū in morte tantùm, aut in iudicio experientur, ſed in hac vita vbi delicijs affluunt, altò Dei iudicio auſpicari & delibare incipiūt. Timor & expectatio futurorum vel maximè eos cruciabit, certo certius ſcientes cælorum ſigna, & maris rugitus, præſagia eſſe dolorum. Vnde S. Grego. ſcitè clamat: Quia in cunctis deliquimus in cunctis ferimur, vt impleatur ſermo qui ſcriptus eſt: Pugnabit orbis terrarū contra inſenſatos. Quid æquius, aut quid iuſtus, fratres? qui plus nimio creaturas diligimus contempto creatore, par eſt, vt creaturæ ipſæ dilectores ſuos crucient immaniter, ſaucient, & infeſtent. Quandoquidem omnia pius Deus ſub pedibus hominum poſuit, vt ea ſpernant, conculcent, & nihili pendant. At eo dementiæ heu homines deuenerunt, vt præpoſterè agentes ſeruiant creaturæ potiùs quam creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Aduertendum hic eſt, contra quos pugnat orbis, nempe cōtra inſenſatos: ſenſati viri creaturas nullatenùs odiūt, ſed diligunt, ſapiēter tamē in creatoris gloriam omnia referētes, pro eis diu noctuq; gratias ei agentes. Inſenſati verò & ſtulti corda ſua in ijs externis figentes, vt pueri præſentia bona amplexātes, inuiſibilia & quæ ſeria ſunt bona floccipendunt, in quos inuehitur Sapiens: Vſquequò paruuli diligitis infantiam & ſtulti quæ ſunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt ſcientiam. Videtis ne quibus titulis peccatores taxat, parúulos, ſtultos, imprudētes, eos appellans? Patua cupientes parui efficiuntur, ſtulti ſunt quia gladio pecca ti ſe ipſos vulnerant, minimè ſibi parcentes. Imprudētes comprobantur, eò φ doctrinā, & ſciētiā in Dei abijciunt, tāquàm fræuetici ſalutis ſuæ medicamina abhorrētes. Ecce in quos elemēta, cęlorum aſtra, & vniuerſus orbis inſurget: quiq; ore ſuo in inferno ſtultè egiſſe fatentur. Quid profuit nobis ſuperbia, & diuitiarum iactantia, quid contulit

Danie. 5.

Sapi. 5.

Nota.

Pro. 22.

Collatio.

Sapi. 5.

tulit nobis? tranſierunt omnia illa ſicut vmbra. Et poſt pauca: Nos inſenſati vitam ſanctorum exiſtimabamus inſaniam, & finem illorum ſine honore. En inſenſatos, in quos orbis vniuerſus animaduertet, ſummi numinis nutu: quorum timor tam erit ingens, vt ſeſe abdere enitantur: non tamen ab ira tanti iudicis fugere valebunt. Planè, bea-
Apoc.16. to Ioanne teſte, partim magno timore turbati, partim verò horribili maris ſono commoti, ad montium prærupta, & vallium concaua turmatim fugient. De quibus vates ſacer Eſaias vaticinatus ait: Introibunt in ſpeluncas petrarum & voragines terræ à formidine domini,
Eſai. 2. & à gloria maieſtatis eius, cùm ſurrexerit percutere terrã. Et Ageus
Age.2. clamat: Adhuc modicum & ego mouebo cælum & terram, & mare, & aridam, & commouebo omnes gentes. Hæc & pleraque oracula prophetarum, ſatis ſupráq; de hac preſſura hominum ſcripta ſunt. Nempe quia ſpiritus triſtis exiccat oſſa, ſeu Salomõ inquit, & experimento quotidie exploratũ eſt, ob id triſtitia affecti non vulgari, areſcent, & magnopere contabeſcent. Vlulate, ait propheta, quia prope eſt dies domini, quaſi vaſtitas à domino veniet. Propter hoc omnes manus diſſoluentur, & omne cor hominis contabeſcet, & conte-
Eſai. 13. retur. Torſiones & dolores tenebunt, quaſi parturientes dolebunt. Vnuſquiſque ad proximum ſuum ſtupebit, facies combuſtæ vultus eorum. Verè tanta erit hominum mœſtitia, vt nuſquam vel leue ſolamen inuenire queant. Talis eſt peccatoris genius, talis innata anguſtia, vt dum ſibi male eſt conſcius, ad omnem conſpectum paueat.
Gene. 4. In cuius typum verſutus Cain dicebat: Omnis qui inuenerit me occidet me. En quo timore impius conficitur.

Hic adnotare operæpretium erit, quod timor quanquam ſeruilis
Ethi.3. ſit, non vſquequaque infrugiferus eſt. Quin & philoſopho teſte, homini naturale eſt timere, inſani hominis eſt nihil timere. Atqui cum peccatum ſit contra naturam agere, vt ſanctus Damaſcenus teſtatur
S. Tho. lib.2. Sole lucidius apparet, timorem non eſſe malum. Ratio ipſa di-
2.2.q. 125 ctat vt quæ timenda ſunt, timeamus. Quando autem appetitus timet
art.1. quæ ſunt fugienda, tũc ordinatus eſt, ac proinde laudabilis. Alioqui Saluator nõ tam serioſè admoneret omneis, vt Deum timeãt. Illum timete qui poſtquam occiderit, poteſt corpus & animam mittere
Concili. in gehennam ignis. Eas ob res in concilio Tridentino, ſancta Synodus anathema vocat, eum qui auſu temerario ſeruilem timorem malum fore dixerit. Sautius quidem eſſet & ſalubrius peccatoribus filialem, & ſanctum illum timorem habere de quo pſalmographus:

Timor

Timor domini ſanctus permanet in ſeculum ſeculi. Veruntamen vt *Pſal.18.*
co p rfectionis attingere poſsint, interim timorem ſeruilem non par
ui faciant. Dicente propheta: Initium ſapientiæ timor domini. Enim
verò bonum ſit oportet, quod homines etiam perperam agentes à
peccato ſeparat, & ad theſaurum ſapientiæ domini capeſſendum
tranſmittit. Ceterùm quod hæc omnia vbique terrarum cõtingant,
Saluator ſtatim apperit.

Hæc ſuperuenient vniuerſo orbi. Quod perinde eſt ac ſi dicat: In *Text.*
vniuerſum, ſic cælorum ſigna quam maris fragor continget, vt nul-
latenus quis in toto orbe hunc valeat effugere metum. Quod autem
Matthæus addit: Stellæ cadent de cælo. Non eas quos nunc intue- *Alphra-*
mur decidere intelligamus, eſt quidem vnum quodque aſtrum terra *gannus.*
ipſa longè maius, ſi aſtrologis credimus. Ratio quia ſtella pars cæli
eſt, ideò cadere non poteſt. Oportet ergo aſſerere quod ſtellæ à ſuo
lumine cadent, nam, vt nuperrimè diximus, tenebra terrigenas oẽs
inuoluet. Vel ſtellas cadẽtes è cælo cõflagrationes quaſdã dicemus,
ſeu cometas, vt tẽpore æſtatis noctu cernimus, ſcintillarũ more, per
aerem currere. Quippeq; hoc pacto efficiuntur, Sol ſua virtute vapo
res calidos ac ſiccos ſurſum eleuat, qui ſubinde vt ſphæram ignis at-
tingũt, inardeſcũt, & à parte ſuperiori ad inferiorẽ vſq; accẽſi, volitã
tes deficiũt, intuẽtibus autẽ cadere vidẽtur. Quæ omnia non paruum
hominibus exhibẽt terrorem. Nec mirũ ſi homunculi, vermiculi hu
mi reptãtes, terribilem dñi aduentum paueant, quando Saluator no
ſter ore ſuo benedicto quod nunc ſequitur in euangelio deprõpſerit.

Nam virtutes cælorum mouebuntur. Has virtutes non abs re ſpiri *Text.*
tus cæleſtes Chryſoſtomus intelligit, quos in ſecunda hierarchia ſan *S.Chryſ.*
ctus Dionyſius collocat. Ob id virtutes nuncupati, quia Deus per il-
los mirabilia operatur. Mira res valde, commouebuntur, & concu-
tientur, videntes talia tamque inſolita fieri. Quò pertinet illud Iob: *Iob. 26.*
Columnæ cæli contremiſcunt & pauent ad nutum eius. Itaq; cõmo
tio illã admiratio quædam eſt, conſurgens ex ſignorũ & iudicando-
rum nouitate. Non quod in angelis cadat ignorantia, quam ex pecca
to originali nos contraximus. Eſt autem in eis neſciẽtia eò quòd poſ-
ſunt aliquid noui ſcire, vt Theologi in ſecundo Sentẽtiarum abundè *S.Grego.*
tractant. Nec deſunt qui aſſerant, haſce virtutes omnes angelos eſſe,
qui videntes tot dæmonia, totq; homines damnari vehementer mira *Pſal.102*
buntur, nec de peculiari illo choro virtutum hoc tãtum intelligi. Sic
in pſalmo legimus: Benedicite dño omnes virtutes eius, miniſtri eius

ſacitis voluntatem eius. Deniq;, alij virtutes cælorum appellant ange los mouentes cælos ipſos. Ii mouebuntur quidem in aduentu ſummi regis Chriſti, ita vt ſol & luna & aſtra cuncta quieſcat, iuxta illud: Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo. Hoc eſt quieuerunt à quouis motu ceſſantes. Vnde ſanctus Iob ſtupefactus dixit: Concentū cæli, quis dormire fecit? Perinde dicat, quis niſi cælorū autor cęlorū motus conquieſcere valebit? Quis horum germanior & literæ concinnior ſenſus ſit, ſapiens lector dijudicet. Hæc ſit ſatis obiter narraſſe, quoquiſque, pro captu ſuo eligat.

Abacuh. 3. *Iob. 38.*

Tropologia. Quandoquidem ſignorum horum tropologia explodenda non eſt, eam ob rem vel curſim eam recenſeamus. Sanè truculento antichriſto adueniente, & die extremi iudicij appropinquante, in ſole & luna ſigna erunt, in prælatis eccleſiæ & principibus ac regibus Chriſtianis noua delicta videbuntur. Nonne Saluator prælatos ſuos lucē mundi bene meritò nuncupauit? Vos, inquit, eſtis lux mundi. Non huius vel illius ciuitatis regniue, ſed totius orbis velut ſol in cælo eſtis. Vbique lucis functionem exerceatis oportet, tum radijs candidæ vitæ, tum etiam fulgoribus ſalubris doctrinæ irradiantes. Alioquin niſi hoc gemina luce fulgeatis, ſol conuertetur in tenebras vitiorum. In medio nationis prauæ, ait Paulus, inter quos lucetis tāquam luminaria in mundo. Agite fratres obſecro prælatis obedite, luminaria ſunt Chriſti Ieſu, nos ad cæli aulam ducentia. In quibus ſi fortè noxam aliquam videritis, pro eis obnixè orate, & conſilia bona, ſanamq; eorum doctrinam altius cordibus veſtris infigite, mordicus & eam tenete. Ne forſan, ſicut ſerpens ſeduxit Euam aſtutia ſua, ſenſus veſtri corrumpantur, & excidant à caritate quæ eſt in Chriſto Ieſu. Videte, inquam, quomodo cautè ambuletis ne hæreticorum ſermo, qui vt cancer ſerpit, mentes veſtras occidat. Quorum finis interitus, quorum Deus venter eſt, qui terrena ſapiunt. Vt graphicè Apoſtolus eos delineauit. Quod ſi prelati recta doceant dogmata, non autem ita viuant, Saluatoris noſtri voci attentiſsimè auſcultate. Quæ dicunt vobis facite, ſecundum opera eorum nolite facere. Atqui luna reges & principes indicat, quæ ab alio lucem ſuam habet. Verùm ſummus pontifex in eccleſia Romana vt ſol fulget, cui imperatores & reges parere tenentur. Hæc luna in ſanguinem vertitur, dum pauperes expillant, & innocētium ſanguinem effundunt, æquitatem iuſtitiæ minimè ſeruantes. Talis erat impius Nero, talis Dionyſius tyrannus, Saul & Achab, & complures alij, quos iudicabit Saluator,

Matt. 5. *Philip. 2.* *Nota.* *Prelati.* *2. Cor. 11.* *Matt. 23* *Reges.*

per

per quā reges regnant & principes imperāt. Imò, vt ſacra teſtatur pagina, potentes potenter tormenta ſuſtinebunt. Ceterùm ſole obfuſcato, luna obnubilata, quid ſupereſt niſi ſtellæ cadāt de cælo? Aſtris quidē abſimiles non ſunt eccleſiaſtici & religioſi. Ij profectò vt ſtellæ in firmamento lucent, miniſterio ſuæ functionis vtentes, quorum dignitas angelis ipſis eſt mirabilis. Nunquid religioſi quidam, dum habitu profeſsionis relicto, rurſus mundum ſequūtur & quæ mundi ſunt amplexātur, non vt ſtellæ de cælo decidūt? Siquidē cella quaſi cælum eſt, Bernardo teſte. Væh vxoris Loth veſtigia ſequentibus, qui retrò aſpiciētes, veluti canes reuerſi ad vomitum ſuum, quæq; ſemel ob Chriſti amorem ſpreuerunt, iterum deuorant, Aegypti pabula peſsima deguſtātes. Tūc preſſura hominibus in terra oboritur, dum agricolis terram nauātibus, & mercatoribus, alijsq; orthodoxis ſcādalum exhibetur. Clamant & meritò ſuſpiria iactantes dicunt: Signa noſtra non vidimus, iam non eſt propheta & nos non cognoſcet amplius. Signa caritatis & patientiæ, inditia caſtitatis & ſanctitatis in paucis inſpicimus, aiunt fideles, vt olim ſplendebant prælati iuſti, viri ſancti in eccleſia, quāobrem nos propedum nemo agnoſcit. Obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color eius optimus. Denique maris fluctus inſonat vulgi ſuperbia tumet, murmura & blaſphemiæ reſonant, auaritiæ ignis flammeſcit, & carnis fœtidæ luxuria exundat. Computruerunt iumenta, inquit propheta, in ſtercore ſuo. O verè iumenta qui iumentorum inſtar carni inſeruiunt, Dalidæ iniquæ manus ſuas præbentes & velut alter Sāſon pœnas luentes, cæci effecti, diu noctuq; grauē mollam trahētes & in circuitu ambulantes. Quid plura? virtutes cælorū cōmouentur, vbi prædicatores ob puſillanimitatē trepidātes, vbi non eſt timor, vt canes muti ſunt, non valentes latrare, quēadmodum Eſaias deplorat. Enimuerò cuiq; concionatori præceptum eſt: Clama ne ceſſes, ſicut tuba exalta vocem tuam. Annuntia populo meo peccata eorum, & domui Iſrael ſcelera eorum. Væh tamen qui conſuunt puluillos ſub omni cubitu, & loquuntur placentia populo rudi & vano. Ij ſanè non Chriſtum ſed ſeipſos prædicant. Quamobrem in extremo iudicio, Saluator eos non agnoſcet. Amen dico vobis neſcio vos. Prophetaſtis in nomine meo, miracula patraſtis, agnoſco miracula, vos non agnoſco, eò quod mala opera feciſtis. Diſcedite à me operarij iniquitatis. O tremenda valdeque expaueſcenda ſententia. Et de ſignis cælorum maris que ſatis.

Sapien.6 *Eccle.1.* *Religioſi* *Vulgus.* *Pſal. 37.* *Thre.4.* *Iudic.15.* *Eſai.56.* *Prædicator.*

Ceterùm

Text. Ceterum ſi cui arriſerit allegoria, quan S. Aug. ſcribit ad Eſichiū, nonnihil vtilitatis haurire poterit. Ait enim: Tunc ſol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum, quia eccleſia non apparebit impijs perſequutoribus vltra modum ſæuientibus. Tunc ſtellæ cadent de cælo & virtutes cælorū mouebuntur, quoniam multi gratia fulgere
Matt. 25. videbantur, perſequentibus cedent & cadent. Dicente dño: Niſi breuiati eſſent dies illi, non eſſet ſalua omnis caro., & quidem fideles quidam turbabuntur. Hoc autem poſt tribulationem dierum illorum, dicitur eſſe futurum, non quod trāſacta perſequutione accidant iſta, ſed quia præcedet tribulatio, vt ſequatur quorundam defectio. Nūc ſequitur in Luca.

Text. Tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum poteſtate magna, & maieſtatē. Genuinus, & literalis ſenſus eſt. Apparebo conſpicuus omnibus longè aliter quam prius, non infirmitate circundatus, ſed cum potentatu, & gloria magna. Huius mundi potentatus & gloriæ, inſigne erit, tum angelorum & ſanctorum caterua, tum nubes illa lucida: quippe quæ veluti regalis tronus erit. Sed quia de hoc mirabili aduentu in ſecunda parte ſtatim nonnulla diſſeremus, euangelium noſtrum proſequamur.

His autē fieri incipientibus reſpicite & leuate capita veſtra. Optimus ac beneficus magiſter Chriſtus, poſtquam ſigna ſui aduētus apprimè depinxit, nunc per apoſtrophen, apoſtolos vnicè dilectos alloquitur ſolatium ingens eis præbens. Ne duntaxat eos conſolari conatur, ſed nos omnes fideles, quos cruore ſuo benedicto redemptos è faucibus Zabuli aſſeruit, commonefacit, ne tribulatione quauis ſæuiente, animum deſpōdeamus. Quin & virtute & ope tanti regis freti, timorem omnem à nobis depellamus abdicemuſq;. Dubio procul
1. Petr. 2 aliò nō expectat quod beatus Petrus ſcribit: Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternam ſuam gloriam, in Chriſto Ieſu modicum paſſos: ipſe confirmabit, perficiet, ſola dabitq;. Fas erat cuncta hæc verba ſigillatim indagare, habent planè magnam energiam. Veruntamen vos fratres ea in corde veſtro vehementer expendite. Conſiderantes penitus, quanta cura ſit Deo optimo perficere, ac roborare ſuos athletas, quos in agone æquanimiter, ac infracto animo
2. Cor. 4. certare agnoſcit. Ipſe, vt dux ſtrenuus, & imperator fidelis, nos modicum paſſos, eo quod momentanea & leuis ſit, quæuis preſſura, in hac vita admodū breui, ipſe, inquā, confirmabit nos in fide, perficiet in caritate, ſolidabitq; in ſpe. Quibus fortiſsimis armis roborati, non

modo

modo patienter,ſed quod plus pōderis habet,gaudenter,aduerſa pro Chriſto Ieſu obeuntes, eum toto pectore laudemus. Reſpicite & leuate capita veſtra,inquit benignus & pientiſsimus dominus,noſtriq́; amantiſsimus. Ne mœſtitia vos obruat, non triſtitia vos adoriatur, quemadmodum homines anguſtia,mœſtitudineve affecti capite demiſſo ambulare conſueuerunt. Quin potius lætabundi, facie exhilarata, leuate capita veſtra, animæ partes ſuperiores ſurſum erigite, intellectum fide illuſtratum, voluntatem ardenti caritate roboratā, memoriam ſpe ſancta fultam,in ea,quę æterna ſunt, bona eleuantes. Nihil triſte vobis ſigna quæuis, ſuapte natura horribilia,labentis mūdi afferre poterunt. Extat pareneticus ille ſermo, cui nulla controuerſia obſiſtere quibit vnquam: Qui confidunt in domino, ſicut mons Sion, non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. *Pſal.* 124
Appoſitiſsima quidem comparatio, quam rhetores ſapientes collationem appellarunt. Haud dubio tanta eſt virtus animi in domino prorſus confidentis, vt inſtar montis peculiari pondere, moleq́; ſua immobilis, vir iuſtus Spiritus ſancti gratia roboratus permaneat. Nō ne vox illa Pauli, hoc palam nobis facit? Scio quia nec mors nec vita poterunt nos ſeparare à caritate Chriſti. En fratres montis immobilis mira fortitudo. Equidem vir, quem nec terror mortis, nec vitæ præſentis affectus,à Chriſto non auellit,mōs eſt,cuius acumen cœlū tangit. Vel, vt verius dicam, cælos omneis penetrat, & viſibilium oblitus, ad ea, quæ anteriora,& ſublimia ſunt,ſe extendit. Huic ſententiæ apoſtolicæ, cōcinna eſt illa Dauidis regis: In Deo meo tranſgrediar murum. Equidem aduerſitas quæque, vt murus inexpugnabilis animæ noſtræ ſe offert, cælicam viam, & paradiſi aditum,prohibere nititur. At ſtrenuus miles Chriſti Ieſu,nihil trepidat,nihil pauet, quominus vltra procedens, Saluatoris ope, murum hunc tranſgrediatur, eumque penitus deſtruat. Mirabile dictu, vt quondam muri Iericho etſi validiſsimi,ſacerdotibus tubis clangentibus,& populo vociferante,ſubinde corruerunt:ſic quęuis preſſura,quamlibet magna appareat, nobis candido corde orantibus, euaneſcet & exemplò corruet. Videtiſne,cariſsimi, quā ſit vera, necnon & magna alacritate plena regis noſtri ſententia piaque exhortatio.His fieri incipientibus reſpicite & leuate capita veſtra. Perinde dicat faciem exhilarate,oculos tum corporis tum mentis ſurſum eleuate,& nullatenus mœſtitudo vos inuoluat. Denique huius lætitiæ iuſtorum, rationem ſubindicans adnectit.

Collatio.
Pſal. 17.
Ioſue. 6.

Ecce

Text. Ecce appropinquat redemptio veſtra, hoc verbo bifariam redẽptionem eſſe inſinuat, quarum altera tranſijt, & conſummata eſt, Chriſto Ieſu in cruce mortem oppetente, quique animam exhalare volens dixit: Conſummatum eſt. Quod eſt dictu, opus redemptionis ad finem vſque peruenit, vbi morte mea mortem, & totius mundi pec-

Apoc. 5. cata peremi. Quocirca beatus Ioannes ait: Redemiſti nos domine in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua, & populo, & natione, & feciſti nos de noſtro regno. O nimium felices nos fratres qui tali, tantoque pretio redempti ſumus, ſi fide & caritate Chriſtum diligamus, eiuſque mandata opere perficiamus. Ecce duplex nobis impenſum beneficium, primo nos de Pharaonis diro potentatu eripuit moriens in cruce. Deinde nos regnum patri cœleſti effecit, vt ipſe in nobis noſque in ipſo, in cœlis regnemus. Eodem expectat, quod Apoſtolus mirificis illis verbis, tam egregia beneficia nobis immeritis exhibita, velut ob oculos ponens inquit: Nõ eſtis veſtri, empti enim eſtis

1. Cor. 6. pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro. Heu fratres, orthodoxi quidam quamuis ſui non ſint ſed Chriſti ſerui, & eius ſanguine empti, ſic ſe carnis illecebris tradunt, ſic mundi & diaboli mancipia lubentes fiunt, perinde liberi eſſent. Pretio magno empti, nullatenus veſtri eſtis, eam obrem glorificate Deum toto cordis affectu, portate eum in corpore, mortificationem Chriſti Ieſu cir-

2. Cor. 4. cunferentes, vt vita eius candida appareat, fulgeatque in vobis. Ecce prima redemptio animarum, quam ſua dignatione Saluator noſter, mundo impertiuit.

Altera redẽptio ea eſt, quam affuturam ſperamus, quando mortui ſurgent, & ſepulchra pateſcent, quippe quæ in die nouiſsimo fiet, quando canet tuba illa horriſona, & in voce archangeli, quotquot

Philip. 3. obierunt reſurgent. De qua Sanctus Paulus ait: Saluatorem expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ: & rurſus:

Tit. 2. Expectantes beatam ſpem, & aduentum magni Dei, & ſaluatoris domini noſtri Ieſu Chriſti. O diem lætum, diem votis ardentiſsimis deſideratũ, in quo repoſita eſt iuſtis corona iuſtitię, ita vt nõ ſingulis ſtollis gloriæ fruātur, ſed duplici ornamẽto gloriæ ornẽtur, corporis

1. Theſ. 2. videlicet & animę beatitudine fruẽtur in cœlo. At contra. Vęh deſiderantibus diẽ domini, ad quid eam vobis? Dies ille profectò improbis tenebræ & nõ lux, vt Amos clamat. Reſurgẽt quidẽ impij ita eſt, ſed ſuo malo magno, nam qui antea in anima torquebantur, tunc in-

duentur

uentur diploide cõfuſionis ſuæ atrocius excruciati. Dñs Ieſus inna- ſua pietate Apoſtolos, necnon & poſteros ſuos fideles omnes con ſolari cupiens, hanc redẽptionẽ corporũ ob oculos ponit. Sanè perfe a libertas & felicitas corporis & animæ, iure optimo redẽptio nun upatur. Mirabile dictu, ſicut aduẽtus primus Saluatoris fuit ad redẽ tionẽ animarum, ſic & ſecũdus erit ad reformationẽ corporũ. O ſtu enda & nimiũ præcellẽs hominis dignitas! pro cuius amore bis rex egum Chriſtus aduenire dignatur in hunc mundum. Nec abs re ca- ſsimi dignitatẽ hominis altius contẽplans, Aegyptius ſacerdos ille rimegiſtus loquutus eſt dicẽs: Homo magnum miraculũ in mũdo. Verum ſapiens hic abſq; Chriſto nõdum audierat axioma illud: Fa- amus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã. Non vtiq; le- erat, fecit hominem rectũ, & reliquit eum in manu conſilij ſui. Ve- ıntamen audacter, atq; ſapiẽter aſſerit hominẽ in hoc mũdo ingens ortẽtum, quaſi ſimulacrũ Dei aſpiciẽs in eo. Haud dubio magnum miraculũ in hoc orbe homo eſt, pro quo redimẽdo, & in æthera pro- ehendo tanta, tamque inſolita mirabilia Deus operatus eſt. Quid bſecro mirabilius, aut quid ſacratius fratres, quam quod Deus ho- no factus eſt? nedũ homo ſed inter iniquos reputatus, patibulo cru- is affixus Saluator obijt. Surrexit tertia die, vt pollicitus erat, in cæ- um eſt eleuatus, angelorum, & ſanctorum magno ſatellitio ſtipatus, edetq; ad dexteram Patris. Quæ omnia pro noſtra duplici redem- tione, animæ & corporis facta cernimus. Sed iam parabolam de ar- ore poma ſua procedente intueamur.

Theophi. *Geneſ.2.* *Eccle.7.* *Nota.*

Videte ficulneam & omnes arbores, cum producũt iam ex ſe fru um, ſcitis quoniã prope eſt æſtas. Ita & vos cũ videritis hæc omnia eri, ſcitote quoniam prope eſt regnum Dei. Vt ſapientiſsimus re- tor metaphora vtitur, quo lucidius ſuadeat, quæ nuper dixit deco- t ac venuſtat orationem maximè, hæc figurata loquutio, necnon tius auditorum mentibus veritatem figere ſolet. Quamobrem ſan- tus Marcus aſſerit Chriſtum ſine parabolis nuſquam docuiſſe. Sic imirũ accõmodat rudioribus ſublima, & ſaluberrima dogmata ſuæ ocionatoribus vel maximè normã præbens, quàm obnixè ſeruare ebent, imperitum vulgus alloquentes. Vnde ſanctus Gregorius ex cte verba Chriſti explicans ait: Sicut ex fructu arboris vicina æſtas gnoſcitur, ita ex ruina mundi, propè cognoſcitur regnum Dei. Hinc palam eſt quod fructus mundi, eius ruina eſt. Ad hoc enim ger- minat, vt quæ germinauerit cladibus conſumat. Itaque hac ſimili- tudine,

Text. *De parabola.* *Marci.4* *S.Grego.*

tudine, qua dominus vtitur, potiſsimè commonefacit fideles, vt quæ mundi ſunt conculcent, & prorſus contemnant, quibus deficientibus optatum regnum cæleſte incipit. Quemadmodum arborum gemmæ propinquitatem æſtatis indicant, ſic ſigna pereuntis ſeculi glorioſum Chriſti Ieſu aduentum adumbrant. Nec abs re æſtati regnũ Dei aſsimilatur reſpectu electorum, ratione lucis nouæ, & quietis magnoperè deſideratæ, vt meritò omnia deſideria eleuare tunc debeãt ad cæleſtia regna ab eis tandiu cõcupita. In ſacra pagina, nemo tam eſt rudis qui ambigat hyemẽ ærumnas vitæ præſentis: æſtatem verò pacem & felicitatem cæleſtem præſignare. Experimẽto notum eſt, hyeme recedente ac ſole ſuccedẽte, dum radios ſuos mittit, humi cõdita ſemina pullulant, variumq; virorem induunt. Perinde, fabula vitæ huius peracta, ſole iuſtitiæ Chriſto aduentãte, corpora in puluere terræ dormientia, & velut ſemina quædam terræ mandata, mirabili Dei virtute viuificabuntur, morte iam expũcta, ac omnino abſorta. Dicente apoſtolo: Tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt, abſorta eſt mors in victoria. Quid multa? Sponſus ſponſam vehementer dilectam excitat, vt ſurgat, eò quòd iam hyems trãſiret, & imber laborum receſſerit, turturis vox intonaret, & flores pulcherrimæ apparuerint. Quæ omnia ad regnum cæleſte attinent & illius pulcherrima ſunt ſymbola. De quo regno pauca hic dicemus, eò quòd in declamatione ſancti Lucæ fuſiùs tractauimus, explicare volentes illud euangelij: Dicite, appropinquabit in vos regnum Dei. Vbi contra commẽta neochriſtianorum nonnulla adduximus hæreticorum peſtilẽtiſsima dogmata confutantes. Nunc ſequitur.

Collatio. *Simile.* *Canti. 2.* *Nota.*

Text. Amen dico vobis quoniam non præteribit generatio hæc donec omnia fiant. Quod perinde eſt ac ſi dicat. Verum vobis dico, quia veritas ſum, via & vita. Quaſi iuſiurandum inſerit, quo firmius pectori noſtro, quæ antehac dixit inſcribat: Quænam eſt hæc generatio, nõ æquè omnes ſenſerunt. Alij Iudæorum generationem intelligunt, quæ non deficiet quandiu mundus ſteterit, vt teſtes ſint Iudæi paſſionis & mortis Chriſti, quem patres eorum perperam agentes crucifixerunt, inuidiæ liuore accenſi. Alij de toto humano genere expoſuerunt. Alij deniq; electorum generationem, aut eccleſiam Romanam aſſeruerunt, quippe quæ nunquam deficiet, domino teſtante:

Matt. 16 Portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Et iterum: Ego oraui pro te ne deficiat fides tua. Nempe fides ſancti Petri in ſacroſancta Eccleſia illæſa manet, ſtabitq;, donec ſeculum hoc deficiat. Et hic ſen

ſus

ſus germanior videtur literæ, etſi cæteri nihil erroris habeant. Itaque hoc loco duo ſe nobis annotatu digna innoteſcunt. Primũ eſt quod electorum numero conſummato, reproborum caterua exterminanda eſt. Alterum quod finita hac generatione terminanda in mundi conflagratione, non ſuccedet alia media, vſque ad Saluatoris noſtri aduentum. Profectò non paruiæſtimare debemus, cariſsimi, ſtabilitatẽ eccleſiæ, quæ non niſi fundamẽto innitur, quod Chriſtus eſt. Fundamẽtum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitũ eſt, hoc eſt Chriſtus Ieſus, ait Paulus: ergo labefactari nõ poteſt. Ecce lapis angularis pretioſus, probatus, quem pater cæleſtis pollicitus eſt mittere in fundamẽtis Siõ, ſicuti Eſaias aſſerit. Vnde volens Saluator velut ſigillum appendere ijs quæ dixerat ſubdidit *Nota.* *Eſai. 18.*

Cælum & terra tranſibunt, verba autem mea non tranſibunt. Senſus eſt: tam ſunt ſeria, & veritate plena omnia quæ ab ore meo profecta ſunt, vt facilius cælũ & terrã in nihilũ redigantur, quàm quod verba hæc fruſtranea ſint. Non quod cæli tranſire contingat, quos æneos appellat Iob. Nec quod terra aliquando deſit, quam in æternum ſtare Salomon aſſeruit. Sed quod motus cælorum & influẽtia illorũ, mundo hoc finito deficiet, ex qua philoſopho teſte, pendent omnes generationes & corruptiones in terra. Hinc dñs per Eſaiam clamat: Leuate in cælum oculos veſtros & videte ſub terra deorſum quia cæli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentũ atteretur, Et habitatores eius ſicut hæc interibunt. Salus autem mea in æternũ erit & iuſtitia mea nõ deficiet. Quia verbum domini manet in æternum. Sunt & alia multa id genus teſtimonia in ſacra ſcriptura, quæ vltro reliquimus ne faſtidio ſimus prudenti lectori. Fidelis Deus in omnibus verbis ſuis (ait Dauid) & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Agite obſecro fratres, pro noſtro captu ſummi numinis imaginem imitemur. Fideles ſimus oportet in verbis noſtris, quæ in ſacro baptiſmatis fonte protulimus. Vbi Satanæ renuntiauimus, & pompis eius, & ſub vexillo noſtri regis militare promiſsimus. Nec fas eſt cum populo illo rebelli clamare, omnia quæcũque præcepit Deus nobis faciemus, ſi confeſtim ad idola colenda currimus. Auaritia, idolorum ſeruitus eſt, ingluuies & effrænata gula, alterum ſimulachrum ſemper fuit, cui proh dolor! quàm multi inſeruiunt. Idque Paulo aſſerente: Quorum Deus venter eſt. Quæ procedũt de labijs meis non faciam irrita, inquit dominus. Nos hoc ipſum opere compleamus, & ore perſonemus, cũ rege ac Saluatore noſtro Chriſto Ieſu dicẽtes: *Text.* *Eccle. 1.* *Eſai. 51.* *Eſai. 144* *Exo. 24.*

Cælum & terra tranſibunt,noſtra verba autē,nequaquam tranſibūt
Non quaſi in aera iactata erūt,ſed operibus ſanctis indefeſſe inſtan,
Figura. tes,vt milites ducis fortiſsimi Gedeō, manum ori iungamus,& quæ-
cunque ore protulimus,nos Deo ſacrantes,manibus legem Dei ope
rando adimpleamus.Et de ſancto euangelio ſufficiant hæc.

PARS SECVNDA
Declamationis.

TVNC videbunt filium hominis venientem in nube
cum poteſtate magna & maieſtate.
De iudicio extremo loquuturus, fratres mei quid di-
Vide S. cam, aut vnde auſpicari incipiam,ignoro.Quis adeò de-
Bernard. mens, aut hebes eſt, qui de tremendo illo die toto corde cōſiderans,
ſerm. 15. non mentis exceſſum patiatur,& ingenti tremore correptus,non fe-
in pſalm. rè fatiſcat? Planè ſi quis mediocri attentione rem tam arduam , tam
qui habi- ex omni parte expaueſcendam meditari voluerit, intelliget quàm
tat. horrendum ſit incidere in manus Dei viuentis. Leo rugiet, ait pro-
pheta, & quis non timebit? Verùm leonis fortiſsimi de tribu Iuda
Chriſti Ieſu vox, vel mortuos ipſos ab origine mundi in mauſoleis
dormientes excitabit,& audient vocem filij Dei. Quid ni peccatis
innumeris vulnerati,& in ſepulchro iniquæ conſcientiæ conſepulti,
leone rugiente, Saluatore extremum iudicium prædicante, non ad
pœnitentiam ſtatim conuolantes reſurgent?Enimuerò, vbi hæc hor
riſona verba mecum altius expendo: Videbunt filium hominis ve-
nientem in nube, cum poteſtate magna & maieſtate. ſtupefactus &
Pſal. 142 elinguis effectus cum regali Propheta clamito: Domine non intres
in iudicio cum ſeruo tuo,quia non iuſtificabitur in cōſpectu tuo om
nis viuens. Obſeruate mihi nunc cariſsimi auſterrimā pœnitentiam,
arctiſsimamq; vitam huius vatis,quo plus admirationis habere poſsi
Pſal. 34. tis.Is idem eſt qui ait: Induebar cilicio, humiliabam in ieiunio ani-
mam meam,& oratio mea in ſinu meo conuertetur. En quibus deli-
cijs indulgebat ſanctus vir,inedia aſsidue carnem domabat, nō byſ-
ſo,ſed cilicio induebatur,iocis & verbis fruſtraneis neutiquam vaca
bat,qui orationibus vacans hominum commercium fugiebat. Et ni
hilominus velut exhorrēs & pauens ſupplex deprecatur: Domine
non intres in iudicium cum ſeruo tuo. Plus iam vobis dicam,& maio
ra narrabo.Sic vehementer peccatum patratū horrebat & examen
extremum

xtremum timebat,vt per ſingulos dies lectum ſuum lacrymis ablue
t,& ſtratum rigaret. Non ſemel in anno,aut menſe, vel in hebdo-
ada,ſed diebus ſingulis ingemiſcebat & piacula ſua,vnda lacryma
m diluebat. Et alibi: Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia *Pſal.* 13.
on cuſtodierunt legem tuam: Ecce non guttatim lacrymæ fluebāt,
d dolore nimio cor eius ſauciatum,inſtar riuulorum largiter decur
bant: Deduxerunt,inquit,oculi mei. Eò quòd non paſsione vrgen
,ſed ratione ipſa dictante affatim dimanabant. Quid multis immo
r? In lege naturę vir ille ſpecimē virtutis,& ſanctitatis inſigne Iob,
e Dei ſummi collaudatus, vir quidem rectus ac timēs Deum,poſt
regia tot pietatis opera,poſtq; tot ſacrificia oblata aiebat: Vere- *Iob.*14.
r omnia opera mea,ſciens quod non parceres delinquenti. Ad hęc *S.Grego.*
nitiùs de tremendo hoc iudicio excogitans dicebat: Quis mihi det *lib.Mor.*
in inferno protegas me,donec pertranſeat furor tuus, & cōſtituas *12.cap.7.*
ihi tempus in quo recorderis mei. Ecce vir ſanctus omni ex parte
rfectus,non ſuis operibus,tametſi bonis fidit,ſed totus à miſericor
a ſummi numinis pēdet: nec ſolum verebatur omnia opera ſua, cer
ſciens quòd Deus peccanti non parcat,id eſt,qui ſponte volutatur
volutabro delicti,ſed obnixè deprecatur, vt dn̄s eum abſcōdat in
rgatorio,donec furor & ira pertranſeat, qua iudicabit vniuerſum
bem. Mira res & vehementer miranda, Dauid poſt illud bonum
ntium,quod ex ore Natam Prophetæ audiuit: Dominus tranſtu-
à te peccatum tuum,non morieris,auſteram pœnitentiam agens,
iam dudum oſtendimus,contremiſcit ad vocem leonis fortiſsimi
riſti iudicantis. Iob qui non peccauit labijs ſuis vnquam, nec ali- *Iob.*1.
id ſtultum locutus eſt,trepidat: nos verò mole peccatorū oppreſ-
& veluti herinaceus,mille delictorum ſpinis obſiti,in vtramq; au-
n dormientes,iocis & omnigenis oblectamentis indulgemus? En
dex inſtat,fratres, velut in valuis eſt, vigilate itaq;, quia nec ſcitis
em neq; horam. Hunc in maieſtate, & poteſtate venientem aſpi-
ent velint nolint, qui manſuetum & pium in hac vita ſuſcipere, &
to pectore diligere renuerunt.

Tunc, inquam, magno ſuo malo, & in perniciem ſuam Chriſtum
debunt,qui nunc paſsionibus ignominię deſperantes ſeipſos tradi-
runt. Itaque qui eò demētiæ venientes Saluatoris miſericordiam *Rom.* 2.
iecerunt,tunc finali iudicio aduenient,illius ſeueram ſententiam
luctantes experientur. Obſeruandum quo titulo ſeipſum vocaue-
,non planè regem præpotentem,non filium Dei,quę omnia pecu

liaria ſibi ſunt. Sed filium hominis ſe appellauit. Quidam rationem indagantes, aiunt ſolum Chriſtum eſſe filiũ hominis, nam ex virgine intemerata fuit conceptus, Spiritu ſancto cooperante, Gabriele ad Ioſeph dicente: Quod in ea natũ eſt, de Spiritu ſancto eſt. Nos verò filij hominum ſumus quoniam ex vtroque parente propagati. Egre
Ezech.2. giè, ſatiſque verum hoc dictum, ſed quid quod ad Ezechielem dictũ eſt: Fili hominis ſta ſupra pedes tuos. Ergo humilitatis cauſa ſic, ſe vocare conſueuit: Quem dicunt homines eſſe filium hominis, dixit
Matt.26 ad diſcipulos. Et iterum: Filius hominis tradetur. Quin & Caipha ſacrilego interrogãte, an eſſet Meſsias necne, pius dominus ait: verun tamen videbitis filium hominis veniẽtem in nubibus. Sane cariſsimi hic totum me ſtupor complectitur, vbi ipſe cõprehenſus ac vinctus extremum iudicium prędicauit, etiã improbis & crucifixoribus ſuis, O quam teſtatiſsimam voluit eſſe hãc veritatem, quam de die iudicij futuri credimus quãdo ſic afflictus in medio luporum conſiſtẽs, tam audacter loquebatur. Cõfeſtim iudicandus erat, & ſe iudicem affutu rum indicauit. Vnde non tam miſeris illis aſtãtibus, quàm nobis locu tus eſt. Vnde inexhauſtas ei gratias agamus, cariſsimi. Tandem ſeſe filium hominis nuncupat, quo in forma in qua apparebit oſtendat. Profectò rationi conſentaneum eſt, vt qui in forma ſerui venit nos redimere, cum Deus eſſet, in forma hominis glorioſa tunc appareat iudicaturus. Itaque qui in primo aduentu ad hoc venit, vt pro nobis immeritis ſatisfaciat patri, & hoc in infirmitate noſtræ carnis, ius eſt, vt in ſecundo aduentu veniens iuſtitiam patris exequi, præ ſe ferat
S. Tho. ſpeciem gloriæ & maieſtatis. S. Tho. 3. p. q. 900. ar. 2. Sub hæc, filium hominis collibuit ei ſe appellare, vt hac nomenclatura vtens latenter noſtram ſuperbiã retundat. Nempe vt filij Adæ ſuperbè agentis, maximè gloriamur, & vanè efferimur, de ſanguine illuſtri parentũ. Sic inaniter eleuantur Hebræi dicentes: Nos filij Abrahæ ſumus, & nemini vnquam ſeruiuimus. Quaſi non ſit miſerior ſeruitus peccati,
Ioan.8. quam tyranno infideli ſeruire. Quibus pijſsimus dominus inquit: Si filij Abrahæ eſtis opera Abrahæ facite. Alioqui degeneres filij ſitis oportet, & diaboli ſoboles facti peribitis. Sed de hac materia in declamatione Deiparæ virginis abundè diximus ſuper illo verbo: Liber generationis Ieſu Chriſti filij Dauid, filij Abraham. Ceterùm filium hominis videbunt venientem in nube, nam pater non iudicat quemquam, ſed omne iudicium dedit filio, quia filius hominis eſt.
Ioann.5. Nec myſterium hoc latuit ſanctũ virũ Iob, qui ſic ait: Cauſa tua

quaſi

quaſi impij iu dicata eſt,cauſam iudiciumque recipies. Quid obſecro *Ioan* 1.5.
perſpicatius? Quidve lucidius dici potuit? Cauſa tua Ieſu bone quaſi *Iob.* 36.
impij,à pilato improbo iudicata eſt, quando te adegit cruci, & inter
duos ſceleratos occidit, eam ob rem par erit, vt iudicium omnium
accipias,& cauſam eorũ ediſſeras. Quid quod eius eſt iudicare,cuius
eſt legem condere? Filius Dei mũdo legem ſacri Euangelij còndidit,
oreque ſuo benedicto prædicauit, igitur, ſicut in forma humana le-
gem ſanctam ſanciuit,in eadem forma,& ſecundum illam iudicabit.
Hinc ſanctus Paulus Romanos hortatur: In hoc Chriſtus mortuus *Rom.* 14.
eſt,& reſurrexit, vt mortuorum dominetur. Maximè aduertendum *S.Grego.*
hic eſt,vt pulchrè ſanctus Gregorius notat, quod Apoſtolus de Chri *lib.* 14.
ſti obitu ſcribens, mortem dicit non ſomnum, quia eum reſurrexiſſe *Mor.c.*6.
à mortuis fideles credebant. Quum autem de nece noſtra loquitur,
non mortem appellat ſed ſomnum. Primo ne timeamus, nam ſua-
pte natura mors timẽda eſt, imò Chriſtus Ieſus eam horruit orans in
horto,& angore magno laceſsitus, ſudore ſanguineo perfuſus,in ago
nia fuit anxiatus. Secundò, dormiẽtes fideles aſſerit quamuis morian
tur, vt ſpem excitet in nobis reſurgendi. Nempe ſicut homo dor-
miens,citius à ſomno vigilat,ita concitè ad conditoris nutum à mor-
te corporis reſurget. Nolo vos ignorare de dormientibus,ait Theſſa *1.Theſ.*4
lonicenſibus Paulus, ne contriſtemini, ſicut & ceteri qui ſpem non
habent. Vnde palam eſt quod Criſtus ſecundum quod homo ob paſ
ſionem ſuam meruit vt omnia ſubdita ſint pedibus eius. Ideò duplex
poteſtas iudicandi in illo eſt, alia, in quantum eſt Deus coæqualis
Patri, & hæc naturalis vocatur: alia verò acquiſita, quam recenſuit
Apoſtolus: Factus obediens vſque ad mortem, mortem autem crucis, *Phi.*2.
propter quod & Deus exaltauit illum & dedit illi nomen ſuper om-
ne nomen vt in nomine Ieſu omne genuflectatur. Quonam modo
veniet, ne quis ignoret ſubnectit: In nube, inquit.

Olim in veteri teſtamento,in nube Deus apparere ſolebat,& glo
ria eius in nube fulgebat operiens tabernaculum. Potiſsimè quando
populus lapidare volebat Moſen & Aaron. Qui confugientes ad ta- *Exo.* 16.
bernaculum,à domino protecti fuere. Ad eundem modũ vbi, legem
laturus deſcendit, nubes mõtem operuit. Quo typo ſeſe dominum *Exo.* 20.
cælorũ ſignificauit, huc pertinet quod in pſalmo legimus: Nubes & *Pſal.*96.
caligo in circuitu eius. Caliginem appellat fulgentiſsimã lucem & in
acceſsibilẽ,quam ipſe habitat. Mirabile dictu aſcẽdente Criſto Ieſu
in cælum, nubes ſuſcepit eum ab oculis apoſtolorũ. Nõ curru igneo *Act.*1.

euectus eſt, atque eleuatus, quemadmodum Helias propheta, qui homo tantum erat. Currus quidem humum tangit deorſum gradiẽs, at nubes ſurſum volitantes cælo ſunt coniunctæ. Ceterum, angeli diſcipulis dixerunt: Quid hic ſtatis aſpicientes in cælum? Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælum, ſic veniet quemadmodum vidiſtis eum aſcendentem in cælũ. Proculdubio par erat, vt qui nubi velut regali throno inſidẽs aſcenderat, perinde nubi mirabili circum uallatus ad iudicandum veniat. Aſtipulatur huic ſententiæ perpul-
Apoc.1. chrè Sancti Ioannis oraculum: Veniet Ieſus cum nubibus cæli, & videbit eum omnis oculus. Videte, fratres, exuberantem Saluatoris caritatem, in dextera patris iam ſedens, alumnos ſuos angelos miſit, & ſpopondit ſe iterum venturum. Quo verbo non tantum apoſtolos vehementer conſolatur, verũ & nos maximoperè in fide confirmat. Quo cum dilecto diſcipulo totis medullis cordis indefeſsè oremus:
Apoc.22 Veni domine Ieſu.

Veniet non tantùm in nubibus cæli tanquam cælorum molitor, & dominus, ſed cum poteſtate magna & maieſtate. Equidem morte iam deuicta, & Zabulo triumphato, mundoque conculcato per myſterium crucis, rex noſter ore ſuo ſacro hanc poteſtatẽ palam fecit.
Matt.28. Data eſt mihi ait, omnis poteſtas, in cælo & in terra. Perinde dicat: Adeò potens ſum vt humiles ac piè ſanctèque viuentes, ad cælos vſque exaltare queam, & beare illos valeam, ſuperbos, ac perperam agentes, in gehennam proijcere poſsim igne perpetim puniendos. O quanta quamque ingẽs poteſtas adſit oportet, in eo qui pauperes & abiectos fideles, imò iuſtos per tyrannos oppreſſos, dilaniatos, & omnimodis tormentis afflictos inter angelos collocabit. Adhæc, quis niſi potentia infinita fultus, tot iniquos reges, Neronem, Veſpaſianum, Herodẽ peſsimum, aliosque complures ſuperbos, deuincet, & manibus ac pedibus eorum ligatis, in baratrum teterrimum demittet? Poteſtatem magnam rex noſter habebit, quoniam ſi agnus mãſuetus, etiam dominator omnium eſt, ibi habitat plenitudo diuinitatis. Rex quidem regum eſt, & dominus dominantium, quique vt
Apo.3. miſericors eſt pauperes ſubleuando, ita iuſtus iudex comprobatur, ſuperciliosos & turgidos homines deprimendo. Vultis, cariſsimi, vel curſim audire poteſtatis magnitudinem hãc? Obſecro intentiſsimo corde quid de hoc pręcellenti iudice vaticinatus ſit Dauid audite: Deus Deorum loquutus eſt, vocauit cælum de ſurſum & terram. A
Pſal.49. ſolis ortu vſque ad occaſum, ex Sion ſpecies decoris eius. Deus manifeſte

niſeſtè veniet, Deus noſter & non ſilebit. Ignis in cōſpectu eius exardeſcet,& in circuitu eius tēpeſtas valida. Aduocauit cælū de ſurſum & terrā diſcernere populū ſuū. Congregate illi ſanctos eius, qui ordinant teſtamētum eius ſuper ſacrificia. Et annūtiabunt cæli iuſtitiam eius, quia Deus iudex eſt. Ecce imago viuida extremi iudicij ob oculos noſtros ſita eſt,& peculiaribus,& natiuis coloribus depicta. Animus nō eſt omnia recēſere quæ Diuus Chryſoſtomus,& S. Auguſtinus exactè hūc pſalmū explicātes dicūt. Ne prolixo ſermone candidū lectorē detineamus, cui faſtidio eſſe nullatenus eſſe cupimus. Ob id vel paraphraſim hui⁹ pſalmi videam⁹, cōcernit, ni fallor, vel maximè huic iudicio vniuerſali. Ait enim: Deus Deorū dn̄s loquutus eſt. Deos hic appellat iudices qui partes Dei gerūt alios iudicātes. Hinc ſcriptū eſt: Deus ſtetit in ſynagoga deorū. Vel de dijs qui dæmonia ſunt hic loquitur Spiritus ſanctus. Non quod dij ſint, ſed ſola appellatione tātùm, quā eis vanitas,& hominū inſcitia dedit. Vel dij homines ſancti ſunt de quibus propheta: Ego dixi dij eſtis & filij excelſi oēs. Deus ergo deorum dn̄s loquutus eſt. Nēpe vbi rex loquitur oēs attentionē magnā præſtāt,& hac in præſentiarū nos opus habemus. Audite voragines & fundumēta terræ ait Michæas, quoniā iudiciū eſt Deo cū populo ſuo. Vocauit terrā, à ſolis ortu vſq; ad occaſum. Non vocauit Affricā tātum, nō Aſiam, Europámue, ſed vniuerſum orbem cōparere faciet. Vbi S. Aug. Qui vocat terrā à ſolis ortu vſq; ad occaſum, dn̄s noſter Ieſus Chriſtus eſt: nam (verbū caro factū eſt & habitauit in nobis) is Deus ac dijs deorum eſſe comprobatur, eò ꝙ omnia per ipſum facta ſunt. Quod autē ſit Deus euāgelium indicat. In principio erat verbum,&c. Et illud: Ego & pater vnum ſumus. In hoc vnigena filio Dei tanta ſplēduit caritas, vt coheredes filios Dei, non natura ſed adoptione voluit habere. Quæ quidem hereditas non minuitur copia poſſeſſorū, ſed tāta eſt multis, quāta paucis, tāta ſingulis quāta omnibus. Quod de tēporarijs diuitijs minimè fieri poteſt. Itaq;, quoniā dn̄s vniuerſi eſt, oēs vocat, vt iudicet illos. Sed vnde cœpit vocare? Ex Sion ſpecies decoris eius. Habet hoc verbū aliquid hiſtoricū, habet aliquid propheticū. Planè tēplum & ſancta ſanctorū, omnis cultus & legis forma, ſacerdotes & ſacrificia omnia illinc proficiſcebātur,& typus futurorū illic deſcriptus erat. Poſtquā autē Chriſtus qui veritas eſt adfuit, arcana & ſacramēta noua ex Siō initiū habuerūt. Iuxta illud: Ex Siō exibit lex & verbum dn̄i de Hieruſalē. Et iudicabit in medio gentium. Hieruſalē Iudæorū metropolis erat.

S. Chryſ. Pſal. 81. Mich. 4. Ioan. 1. Nota. Eſai. 2.

lis erat. Ex qua ſacrum euãgelium ſplendere cœpit, & pulchritudo eius mirabilis conſpicua fuit omnibus. Hinc vt equi veloces ac pernices, apoſtoli miſsi ſunt in orbem terræ. Inibi cœpe-ũt ſigna ſtupenda innumera. Quid plura? in Sion repleti ſunt omnes Spiritu ſancto, & vt leones flammam in ſpirantes, exierunt magnalia Chriſti Ieſu prædicantes. Quæ omnia & alia multa id genus Dauid contemplans clamat: Ex Sion ſpecies decoris eius. Decus Dei eſt, eius propenſa in nos bonitas, benignitas, ac beneficentia. Specioſos formæ præ filijs hominum Chriſtus ex Sion agnoſcit, ac prædicari cœpit. Is itaq; Deus deorum ac dominus qui ſua dignatione ſeſe dimiſit, & ſub carnis noſtræ velamine latens venit ouem perditam quærere, & in caulas angelorum quaſi poſtliminio reuocare, is, inquam, manifeſtè veniet, & non ſilebit. Mira res, cariſsimi, ſic latebat maieſtas Dei, ſub fragilitate carnis noſtræ, vt inter homines conuerſatus, eſuriret, fatigatus, ac
Ioann.4. nimium laſſatus ex itinere ſupra fontem Samariæ ſederit. Vt homo comprehenditur ab inimicis, flagellatur, cruci inter ſceleratos affigi-
Gene.27. tur. Mira res ſic latuit Iacob ſub pellibus Eſau fratris ſui ſimilitudinem præ ſe ferens, vt ne ab Apoſtolis iam ſuſcitatus agnoſceretur, putabant ſe ſpiritum videre. Vnde aiebat ipſe: Palpate & videte, quia ſpiritus carnem & oſſa non habet, ſicut videtis me habere. Qui iudicandus occultus venit, in infirmitate carnis apparens, par eſt, vt iudicaturus in nube corruſca cum poteſtate veniens, manifeſtus atque conſpicuus ſit cunctis. Sequitur in pſalmo: Non ſilebit. Hercle, qui vt agnos coram tondente obmutuit, & ſic tacuit, vt miraretur præſes,
Pſal.42. ipſe non ſilebit. Tacui, ſilui, ait per prophetam, nunquid ſemper tace-
S. *Augu.* bo? Vt parturiens loquar. Hinc beatus Auguſtinus: Silet & non ſilet nunc dominus. Silet non iudicando, non ſilet admonendo, non ſilet præcepto, ſilet iudicio. Patitur quotidie peccatores mala facientes. Non eum latent hęc omnia, & in vniuerſum omnes admouet quãdo aliquos flagellat in terra, admonitio eſt nondum damnatio. Occultus in cælo eſt interpellans pro nobis, non exercens iram expectat pœnitentiam. Tempore autem præſtituto manifeſtè veniet Deus noſter, Saluator noſter non tamen tacebit. Quos rugitus emittet leo de tribu Iuda, quando illam terribilem ſententiam vehementer expaueſcendam protulerit, infra patebit. Ignis ante ipſum præcedet, &
T*heol.4* inflammabit omnia. Olim purgata eſt terra aquarum vndis, ratio
d.47. quia luxuriæ concupiſcentia regnabat, circa finem mũdi ſeculo iam
Matt.24. ſeneſcente, regnabit tepiditatis malum: dicente domino. Vbi abun-

dauit

lauit iniquitas, refrigeſcet caritas multorum. Vnde accōmoda pur-
gatio peri gnem fiet. Ad hæc ignis nobiliſsimus elementorum eſt, &
ſuapte natura proprietates habet ſimiliores proprietatibus gloriæ.
Quod videre eſt in eius luce. & ſphæra eius remota à noſtra habita-
tione, nec ita communis eſt nobis vſus ignis ſicut terræ, aquæ, & ae-
ris, ideò non ita inficitur piaculis noſtris. Deniq; magnam habet effi
catiam ad purificādum. S. Thom. 3. par. q. 74. art. 2. Mira res, vt aqua
diluuij, quindecim cubitis aſcendit, ſuper cacumina montiū, ſic ignis
iſte tantundem aſcendet, beato Petro teſte. Et quanquam varij va- 2. Petr. 3.
riè ſentiant de ſpecie huius ignis. Communior opinio cum Auguſti-
no afferit, quod erit eiuſdem ſpeciei cum iſto. lib. 20. de ciuitate Dei.
Hinc arguit beatus Petrus & parenesim nobis facit, tota animi at-
tentione audiendam. Cæli ardentes ſoluentur & elementa ignis ar-
dore tabeſcent. Cum igitur hæc omnia diſſoluenda ſint, quales vos
oportet eſſe in ſanctis conuerſationibus, & pietatibus, expectantes &
properantes in aduentu diei domini. Nouos cælos & nouam terram 2. Petr. ul
expectamus in quibus iuſtitia habitat. Propter quod, cariſsimi, hæc tim.
expectantes, ſatagite per bona opera immaculati, & inuiolati inueni
ri in pace. Et domini noſtri Ieſu Chriſti longanimitatem ſalutem ar-
bitremini. En fratres mei paſtoris noſtri ſeriam exhortationem, vos
qui vt aſpidis ſurdæ aures ſuas occludentes delicijs ſe dedunt, diuitijs
inhiant, honores fallaces affectant. Saltem verbum illud ob oculos
habeatis oportet, hæc omnia ignis calore ſoluentur, & in fauillam re
uertentur, ne impenſius ea diligatis precor. Ceterum tempeſtas vali
da in circuitu iudicis æquiſsimi erit, in cuius manu ventilabrum eſt,
& purgabit aream ſuam, triticum congregans in horreum ſuum, pa-
leas autem comburet igne inextinguibili. Nunc ſequitur iudicium
valde tremendum.

Vocauit cælum ſurſum, & terram diſcernere populū ſuum. Chry S. Chryſ.
ſoſt. cælos hoſce quos videmus intelligit, quorum mira pulchritudo
& ordo allicit nos, ac deducit, vt agnoſcamus, atq; Deum opificem
glorificemus dicente Paulo: Inuiſibilia Dei per ea quæ facta ſunt à Roma. 1.
creatura mundi intellecta conſpiciuntur. Hos cælos vocauit contra
populum ſuum. Nec mirandum, quia ira, indignatio, tribulatio & an
guſtia, in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primū
& Græci. Et iterum: Quicūq; in lege peccauerunt, per legē peribūt.
At qui ſanctus Auguſtinus, cælos vocat ſanctos virtute candidatos;
ū quibus Saluator iudicabit populū ſuum. Vnde in pſalmo ſcriptū Pſal. 18.

eſt: Cæli enarrãt gloriã Dei. Et ſubinde in omnẽ terram exiuit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorũ. Ii ſunt ſenatores de quibus

Pro. 31. Salomon: Nobilis in portis vir eius, cum ſederit cũ ſenatoribus terrę. Hoc eſt ad iudicandum. Diſcernit populum Chriſtus bonis dicens: Venite benedicti patris mei: & improbis: Ite maledicti, in ignẽ æternum. Cõgregate illi ſanctos eius. Vox ad angelos fiet vt tollãt omnia ſcandala eradicẽtque zizania cuncta, alligent & in manipulos ea, ad comburendum. Mirum quàm longè Chryſoſtomus ab Auguſtino ſentiat in hoc loco. Sanctos hos nomine tenus iuſtos eſſe aſſerit, & ad

Nota. ironiam verba hæc refert. Cõgregate iudici ſanct✿ qui quãuis multa patrarint peccata, ſatis exiſtimant ſi oues, arieteſve offerant, ſacri-

Eſai. 50. ficijs ſuis tantùm fidẽtes. At, ſacrificium Deo ſpiritus contribulatus, omnia holocauſtomata excellit. Beatus verò Auguſtinus de iuſtis intelligit, qui veram iuſtitiam operati ſunt, non vt hypocritæ hominũ gloriam appetentes, ſed Dei gloriam in ſuis operibus vendicantes. Cõgregate illi iuſtos eius, eos coadunate qui compaſsi ſunt inopi, qui intellexerunt ſuper egenum & pauperẽ. Ii ſanè ordinãt teſtamentũ eius ſuper ſacrificia, idẽſt cogitãt de promiſsis Dei ſuper illa quę operãtur, quæ vtiq; opera ſacrificia ſunt. Dicẽte Deo: Miſericordiã volo

Oſee. 6 & nõ ſacrificium. Annuntiabũt cæli iuſtitiam eius. Vſq; adeò conſpicua erit, vt cęli ipſi clamitẽt & eam prædicẽt. Quoniã Deus iudex

Pſalm. 7 eſt. De quo alibi: Deus iudex, iuſtus, fortis, & patiẽs. Profectò iuſtus, nam reddet vnicuiq; iuxta opera ſua. Nõ accipiet perſonã hominum vnquam, ſed in tranquillitate iudicabit, etiam iuſtitias. Ecce poteſtas magna, quia manifeſtabit ſe omnib⁹, & nõ ſilebit amplius. Ignis præcedet faciem tãti regis, qui omnia cõſumat, ac purificet. Tẽpeſtas valida comes eius qua ventilabit areã ſuã. Congregabit ſanctos ſuos qui miſericordiæ operibus inſtãtes, mãdata Dei impleuerũt. Sciẽtes quoniam Deus Chriſtus Ieſus æquiſimus iudex eſt, nihil mali relinquẽs impunitum, nihil boni irremuneratum.

Text. Veniet tandem cum magna maieſtate. Hanc maieſtatem Regis noſtri, fratres, quã multa nobis ſubindicãt. Verum præter nubẽ illã candidã, quę obſequiũ mirabile pręſtabit creatori, gloriã & auguſtũ honorẽ, cum iam adueniẽs apparebit dñs, ſanctorũ caterua quodam

Eſai. 3. modo augebit. Vnde Eſaias ait: Dñs ad iudicium veniet cum ſenibus populi ſui, & Principibus eius. Vbi ſenes ac Principes vocat viros iuſtos nõ puerilibus mũdi huius rebus deditos, ſed pro ſua virili fallacia

Zach. 14. ſeculi bona ſpreuerũt. Idq; non latuit Zachariã dicẽtem: Veniet dñs

Deus

Deus meus,oēſq; ſancti eius,cum eo.Cui ſententię aſtipulatur pulchrè
S.Iudas in ſua Epiſt. Ecce veniet dñs in ſanctis millibus ſuis,facere iu
dicium contra oēs impios.O nos felices cariſsimi,ſi cum Chriſto Ieſu *Iudæ.*
gaudētes, nobis cōtingat tunc venire. Oremus & obnixè precemur *uni.*
pijsq; operibus vacemus,lucernas ardētes in manibus tenētes,& ex-
pectātes dñm noſtrū, regem noſtrū quādo reuertatur à nuptijs,ſicuti
ipſe dñs nos quotidie hortatur. Veniet itaq; in maieſtate,hoc eſt tota
curia angelorū comitatus, toto ſanctorū ſanctarūq; virginū agmine
ſtipatus,veniet luce ſtupēda vallatus,tubarum clāgore inſonāte. Sic
impij oēs hæretici, infideles,orthodoxi etiā peccatores Chriſtū regē
gloriæ intuentur magna triſtitia affecti. Hinc Chryſoſto.in Paulum. *1.Cor.15*
Verè magna vox tubæ terribilis, cui omnia obediūt elementa, quæ
petras ſcindit, inferos aperit,portas æreas cōterit,vincula mortis diſ-
rumpit.Dicēte apoſtolo: Canet enim tuba & mortui reſurgēt incor-
rupti. Alibi tubā Dei vocat, quæ planè vox Chriſti Ieſu eſt,qua cor- *1.Cor.15.*
pora mortuorum omniū reuiuiſcēt.Quod præſtare,vt angelicā exce
dit virtutē,ita ſolus poteſt qui Deus eſt. In cuius typū,adoleſcentulū
iuxta ciuitatē Naym,puellā in domo Archiſynagogi,Lazarū in mo
numēto quatriduānū,admirabili ſua voce,ac virtute Saluator noſter *Ioan. 11.*
ſuſcitauit. Quo dominum vitæ & mortis ſeſe indicaret.

Hactenus ſi meminiſtis, fratres,de magna virtute & maieſtate iu-
dicis potētiſsimi,pro modulo noſtro diſſeruimus, nūc operępretium
duxi,de iudicādis deq; ſentētia æquiſsimi iudicis nōnulla tractare.Nō
hic multū diſcruciamur de tempore indagātes,quādo vniuerſale iu- *Matt.13.*
dicium erit. Dicente domino, non eſſe noſtrum ſcire tempora, &
momenta quæ pater poſuit in ſua poteſtate. Noſtra tantùm refert,
nos ipſos parare ad iudicium, piè, ſanctèque legem domini con-
templantes,eam & opere perficientes: ne ſubito veniat ille dies, de
quo Apoſtolus inquit: Dies domini ſicut fur ita veniet. Vbi perui- *1.Theſ.5*
giles nos admonet fore,ne forſam peccati mors mēti noſtræ irrepat.
Satſit illud ſcire, quod ſicut tēpore Noe erant homines comedētes, *Matt.25.*
& bibētes,& nutui tradētes,ſic erit aduētus filij hominis. Vos cariſ-
ſimi cum diuo Hieronymo vbicūque fueritis, terribilis iudicij diem
ob occulos habete ſedulaque cogitatione in corde veſtro diem
illum verſate: Siue comedam ſiue bibam ſiue aliquid aliud faciam, *S.Hiero.*
ſemper videtur mihi in auribus meis reſonare, vox illa terribi-
lis:Surgite mortui & venite ad iudicium. Mira res ſanctus vir, qui
in illa vaſta ſolitudine, quæ horridum præſtat monachis habita-
culum,

æculum,qui in eremo ſcalēti,ieiunijs & orationibus. aſsiduis vacabat, qui tandem ſenio confectus,ſacco indutus humi membra fatiſcentia
Tempus collidebat, is iudicij tremēdi ſimulachrum coram ſemper habebat.
iudicij oc Nos vero ferè mortis aut extremi examinis ſemel quouis mēſe ne di-
cultum. cam quotannis memores ſumus.S.Tho.3.par.q.88.art.3.

Ad eundem modum quò in loco iudicium hoc fiet paruirefert, credendum tamen eſt,in valle Ioſaphat fore , veluti Ioelis vaticiniū
Ioelis.3. oſtendit: Congregabo omnes gentes , & ducam eas in vallem Ioſaphat,& diſceptabo cum eis.Erit tamen thronus eius in vertice montis Olіueti,qui præminet valli huic. Nam ex hoc ſancto monte , in cælum aſcendiſſe teſtis eſt Lucas.Eleuabuntur omnes electi in aera, vt ibi cū Chriſto Ieſu ſint,vti refert Apoſtolus.Impij verò humi proſtrati iacebunt,pondere ſui infelicisſimi corporis grauati. S. Thom. 3.p.q.89.art.4.nec deerunt aſſeſſores iudices cum Chriſto iudicantes,nam iudicabunt ſancti nationes,& dominabūtur, & regnabit do
Sapi.8. minus illorum in perpetuum. Verum fruſtra non dictum eſt: Sedebitis & vos ſuper duodecim ſedes iudicantes.12.tribus Iſrael. Sed de
Matt.19 Theologi latiùs.4.d.47.dubio procul oēs ſancti tunc alta voce tonabunt,vbi lata fuerit ſentētia. Iuſtus es dñe , & rectū iudicium tuum.
Apoc.19. Et iterum alleluia,laus, & gloria, & virtus deo noſtro eſt , quia vera, & iuſta ſunt iudicia eius.Sed iam ad formam iudicij explicandam deueniamus.Quam nobis graphicè depingit D.Matth. Ait enim.

Forma iu Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua , & omnes angeli
dicij. cum eo.Tunc ſedebit ſuper ſedem maieſtatis ſuæ. Et congregabun-
Matt.25. tur ante eum omnes gentes.Et ſeparabit eos ab inuicem,ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Et ſtatuet oues quidem à dextris, hœdos autem à ſiniſtris. Tunc dicet rex iis qui à dextris ſunt: Venite benedicti patris mei percipite regnum,quod paratum eſt vobis ab origine mundi.Eſuriui & dediſtis mihi manducare. Sitiui & dediſtis mihi bibere,&c.Niſi fallor quæ velut diſpendio de hoc extremo iudicio in ſacra pagina dicta ſunt,hic compendio , & per congeriem Saluator noſter ob oculos poſuit, & propemodum cuncta prophetarum oracula accumulauit.Speciatim ſingula explicemus oportet,ſunt ſanè magni momenti ſi omni librata ratione expendatur.Cum venerit filius hominis in maieſtate ſua.Nuper indicauimus , quā ſit humilis corde Chriſtus Ieſus,qui cum Deus ſit verus ſe filium hominis appellare non erubeſcit. Honorat planè quod à nobis accepit , humanitatem ſuam exalçans , vt nos quod accepimus ab illo,adoptionem

videlicet

videlicet filiorum Dei non paruiexiſtimemus. Filij Dei ſumus ſed nondum apparuit quid erimus ait beatus Ioannes. Mirabile dictu, ta lem caritatẽ dedit nobis Deus, vt filij Dei nominemur, & ſimus. Ad hæc, in ſede maieſtatis ſuæ veniet. Non vt prius in ignominia & pro bro, vbi nos redimere inſtituit. Oportebat Chriſtũ pati & ſic intrare in gloriam ſuam. Vt fideles commonefaceret haud aliter, quam per crucem patere aditum ad cælum. Qui non tollit crucem ſuam & ſequitur me, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Eam ob rem ſignum filij hominis in cælo apparebit, iubare ipſo ſplendidius. Velut Saluator recenſet. Quo inimici ſanctæ crucis pudefiant, electi autem cruce inſpecta magnopere gaudeant. Quam quidem vt ſponſam dilexerũt, à iuuẽtute ſua, cum Apoſtolo dicẽtes: Abſit mihi gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Criſti. Cruce igitur præeunte, igne cuncta depopulãte elementa etiã homines adhuc vniẽtes cõburente, & in eis ſiquid peccati fuerit purgante: electi verò ac omni ex parte perfecti nil purgandum habentes, dolorem non ſentient, vt tres pueri in camino ignis nil doloris ſenſerunt. Teſte beato Thom. 3. p. q. 84. artic. 8. morientur tamen omnes, vt verum ſit illud: Omnes quidem reſurgemus. Tunc viſendum ſe exhibet iudex iuſtus Chriſtus, omnes angeli cum illo veniẽt, nec vllus deerit huic mirabili ſpectaculo. Quin vt paulo ſuperius indicauimus, ſancti omnes cum Chriſto iudice deſcẽdent. Atqui tres angeli qui tempore Abrahæ deſcenderunt Pentapolim iudicare ac ſubuertere, trinitatem adumbrant cui peculiare erit iudicium facere. Nec non tres articuli aula regis Babyloniæ ſcribentes, eandem ſacram triadem præſignabãt. Dei ſummi erit appendere in ſtatera ſingulorum merita, & eiuſdem numinis diuidere probos ab improbis, & vtriſque ſtipendia impertiri. Itaq; iudicare principaliter Chriſto conuenit quia Deus eſt. Scotus. 4. diſt. 48. Quod ſedere in ſede maieſtatis dicitur, eò quòd nullã adferat abſurditatem, ad literã intelligendum eſt. Strenuus Doctor Auguſtinus talem regulam tradidit in exponenda, quæ ſacra pagina nobis narrat. Fiet ſanè thronus Regius & ſplendidiſsimus nubibus conſtipatus cui maieſtas inclyta inſidet tunc, reſurrectione omnium patrata.

1. Ioan. 3. *Galat. 6.* *Scotus. 4. diſt. 48*

Congregabuntur ante eum omnes gẽtes. Quandoquidem omnes nos oportet præſentari ante tribunal Chriſti, ait Paulus, vt referat vnuſquiſque prout geſsit in corpore, ſiue bonum, ſiue malum. Libet hic referre quod ſanctus Baſilius narrat Homilia. 11. in exhameron. Explicans illud: Die autem ſeptimo quieuit Deus ab omni opere

Text. *2. Cor. 5.*

quod

quod patrarat. Verũ inquid dies ille ſeptimus typus fuit diei iudicij.
S. Baſil. Die illo imminente, eorum quæ in mundo fiunt conſummationem accipient. Nullæ celebrabuntur deinceps nuptiæ, nullæ commutandarum mercium nundationes, non item exercebitur agricolatio. Angore corripietur omnis creatura. Ipſi etiam iuſti trepidi erunt pro ſententia quæ tandem profertur. Veniente è cælis domino diſrumpentur cæli, quis non trepidabit? Creatura omnis intremiſcet.
Eſai. Vnde Eſaias clamat: Si aperueris cælum deſcendente te, tremor apprehendet montes. Sui obliuiſcetur auarus marſupij, inſuper ſuæ
S. Baſil. gloriæ erit immemor. Hæc ſanctus Baſilius. Et Pſalm.33. Si quando te ſenſeris ad vnum aliquod cieri, ac proſilire peccatum, in mente reuoca formidabile illud, nec vlli mortalium tolerabile Chriſti iudicium. In quo quidem præſidet iudex in alto, & ſublimi throno. Cerùm quod omnes comparebũt ante Chriſtum iudicem indicat non tantum ſcriptura, ſed opus ipſum. Equidem ex omni natione quod ſub cælo eſt, erant Hieroſolymæ in paſchate quando rex noſter patibulum crucis aſcendit. Quamobrem Pilato iubente titulus crucis
Ioan. 19. ſcriptus erat, Hæbraicè, Græcè, & Latinè. Hac triplici lingua totius orbis indigenæ loquebantur. Si ergo omnes nationes probra crucis Chriſti viderunt, conſentaneum eſt rationi, & ſatis æquum, vt omnes videant eundem in gloria maieſtatis ſuæ. Sub hæc, Chriſtus Ieſus ſua morte benedicta omnes redemit, quoad ſufficientiam, quamuis ſanguinis eius efficacia in paucis locum habeat. Fas igitur erit omnes exalationem Chriſti videant in humana natura, ſecundum quam conſtitutus eſt à Deo, iudex viuorum & mortuorum. S.Tho.4.diſt.43.q.1.

Et ſeparabit eos ab inuicem, ſicut paſtor ſegregat oues ab hœdis. Pulchra valde collatio hæc, in qua iuſti oues vocantur, impij hœdi dicuntur. Paſtor bonus Saluator qui erraticam ouem quærere venit, qui ad nos deſcendit vt vitam habeamus, & abundantius eam poſsideamus, is tanquam optimus paſtor non amplius patietur ſcelcratos homines inter electos viuere. Hinc S.Auguſt. Peccator ideò viuit vt cõuertatur, aut ideo viuit per eum bonus exerceatur. Sed quia die illo inſtante nec conuertendi, nec exercendi tẽpus erit colliget dñs zizania, hoc eſt impios ſeparabit, quos ſeminator ille peſsimus dæmon inter bonum triticum ſeminarat. O quantus dolor, quam ingens triſtitia inuadet improbos, in illa ſeparatione diuinitus facta. Potiſsimè videntes electos omnes ſole ipſo fulgentiores eleuatos, ad dexteram

dexteram iudicis potentiſsimi. Se verò humi proſtratos, abiectos & ſuper carbones denigratos. Statim id intuentes, turbabuntur timo re horribili inſperatæ ſalutis, gementes & præ anguſtia ſpiritus dicentes: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij? Nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus in ſaniam, & finem illorum ſine honore. Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Ergo errauimus à via veritatis & iuſtitiæ & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Quid profuit nobis ſuperbia? Et diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Tranſierunt omnia illa ſicut vmbra. Et tanquam nuntius præcurrens. Aut auis quæ tranſuolat in aere verberans leuem ventum. Ecce fratres quam mirifica & egregia reprobi dicent, pœnitentiam agẽtes, ſed ſeram & infrugiferam. Videbit pater infidelis filium ſuũ baptiſmi lauacro ablutum ſole pulchriorem. Mater gehennæ tradita filiam inter angelos collocatam. Et contrà, paſtor optimus agno ſcens oues ſuas ſeparabit illas ab hœdis. Mitto nunc multa annotatu digna quæ reprobi nunc profitentur ſe inſenſatos appellantes, & me ritò quidem, quia iumentorum more viuentes quæ æterna ſunt bona poſthabuerunt, & fugacia mundi, & fucata bona plus æquo dilexerunt, veritatem à ſe abdicantes vmbram ſectati ſunt. Eam ob rem hœdi appellantur, qui ſteriles, imbelles & fœtidi ſunt. Ruptum acumina aſcendunt, vnde aliquando præcipitantur, & hoc eſt de quo cauſantur ſed fruſtra. Ambulauimus vias difficiles, viam autem domini florigeram, planam, & ſine labore ignorauimus. Hæc ſcripta ſunt propter nos cariſsimi in quos fines ſeculorum deuenerunt, omni ſolertia cauete eorum veſtigia ſequamini. At probi, & iuſti viri ouibus rectè aſsimilantur. Quippe quæ manſuetæ ſunt, frugiferæ, & val de vtiles. Adeo vt lanis ſuis nos inopes filios Adæ induant, operianque: & ſuis fœtibus nos alant. Hinc ſponſus in canticis: Capilli tui ſicut greges quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus & ſterilis non eſt in eis. Nempe orthodoxi qui de lauacro ſancto aſcenderunt in Chriſto Ieſu baptizati, geminos habent fœtus, Deum & proximum amantes. Nec ſterilis eſt inter illos, ſed pauperibus pietatis opera impendunt, velut extemplò Saluator noſter palam faciet. Obſeruandum hic eſt, quod impios hœdis, id eſt imperfectis animãtibus exęquat dominus, eò ꝙ perfectionis metam nunquã attingerunt, & ob id paruuli in ſacra ſcriptura vocantur. Electos ouibus ſimiles dixit, nam gratia Dei tam eſt efficax, vt animam è veſtigio

Sapi. 5.

Nota.

Sancti oues ſunt.

Canti. 4.

Nota.

veſtigio perfectam efficiat. Atque parere valeat fructus pænitentiæ Quod videre eſt in Dauide, Matthæo & Magdalena, Catherina, & pleriſq; alijs ſanctis. Eſt itaq; impius ſemper hœdus paruulus, iuſtus verò perfecta ouis. Huc pertinet quod Hębraicè hœdus, ſeyr vocatur. Seyr autem regnum eſt Eſau. Cuius manus vt hœdi erant piloſæ.
Gene.27 Quare Iacob manus & collum pelle hœdina tegit, quo benedictionem à patre accipiet. Iam ergo in regno Eſau vel domo nil Chriſtus habet, ſed in domo Iacob regnat Gabriele teſte. Regnat in bonis, qui oues ſunt, diabolus qui eſt rex ſuper filios ſuperbię, regnat in hœdis, id eſt in peccatoribus. Ad hæc oues bene meritò iuſti vocantur, quoniam agnum immaculatum genuerunt voluntatem patris adim-
Matt.12. plentes. Qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe meus frater, ſoror & mater eſt. An non magnus ille honos? Quid quod ouis proprium lac alijs largitur abundè, hœdus alieno lacte nutritur? Sic ſancti ſua impertiunt inopi, auari aliena rapiunt immaniter. Quo honore oues ſuas proſequatur bonus paſtor, audiamus, omni animi attentione.

Statuet oues ad dexteram, hœdos autem ad ſiniſtram. Mira res, valdeq; miranda, quia iuſti honorem Chriſto exhibuerunt in hac vita, eum toto pectore amando, mandatiſque eius obediendo, eam ob
Pſal.109 rem in dextera ſua eos ſtatuet. Quia vt pater ait filio, ſede â dextris meis, ſic filius dicit electis, ſedete ad dexteram meam. Sanè perbellè
Gene.48 Iacob moriens manus cõmutat. Ita redemptor in morte mundi, manus ſuas commutat, iuſtos facit dextros, quanlibet pauperes & vulgares fuerint. Impios etſi magnates, reges & imperatores ſteterint, ſtatuet ad læuam, quique mũdo dextri erant. Ceterum ſcelerati qui gloriam Chriſto non exhibuerunt, mercedem quam meruerant recipient in ſiniſtra ſtatuti. Iuxta illud: Honorificantes me honorifi-
1.Reg.2. cabo, qui contemnunt me erunt ignobiles. Quid plura? quam diſpar vtriſq; datur locus in iudicio, tam diuerſa erit vox iudicantis.

Tunc dicet rex, his qui à dextris ſunt: Venite benedicti patris mei, poſſidete paratũ vobis regnum à conſtitutione mũdi. Animaduertẽdum quod loquitur electis ſuis regem ſe appellat. Eò ꝙ in cordibus eorum regnauit in hac vita; dicente Paulo: Viuo iam non ego viuit verò in me Chriſtus. At cum loquitur impijs non hoc titulo regali vtitur. Ipſi vt rebelles dixerunt: Nolumus hunc regnare ſuper nos. Et iterum: Non habemus regem niſi Cæſarẽ. Benedictos vocat, quos pater in ſuam tutelam ſuſcepit per vnigenã filium ſuũ Ieſum. Deus

erat

erat in Chriſto reconcilians ſibi peccatores, inquit apoſtolus. Benedicti ſunt iuſti in omni benedictione ſpiritali in cęleſtibus in Chriſto Ieſu. Benedicti, inquam, iure dicũtur qui cum regali propheta aiunt: Benedicam dominum in omni tempore, & ſemper laus eius in ore meo. Maledicimur & nos benedicimus dicunt ſancti. Hos accerſit rex beneficus, hos venire ad ſe præcipit, vt paratum regnũ obtineãt. Nec ait, accipite, vt Teophilatus notat, ſed poſsidete vobis regnum. Verum reges terræ, ſceptra & coronas regni accipiunt breui admodum cuncta relicturi. Eò quòd omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos fœni. O heredes Dei, coheredes Chriſti, ò vos benedicti poſsidete vobis regnum. Quis obſecro fratres tria hæc verba ex ore Chriſti Ieſu profecta pro dignitate valeat enarrare? Verum enim uerò, hæc gloria eſt de qua Eſaias: Nec oculos vidit nec auris audiuit Deus abſque te, quæ præparaſti diligẽtibus te. Iis addidit apoſtolus, nec in cor hominis aſcẽdit. Si ergo cogitari non potes, quomodo fari poterit regnum quod præparauit Deus ijs qui ſe diligunt? O regnum ditiſsimum, diuitijs omnibus exuberans, oblectamentis cunctis plenum, pace pulchra roboratum, vbi ciues omnes inebriãtur vbertate domus Dei! Gaudium & lætitia erit in te. Gratiarũ actio & vox laudis. Sed quare non dixit paratum eſt vobis ab æterno. Nam pater elegit nos in Chriſto ante mundi conſtitutionem, vt pulchrè aſſerit apoſtolus? Nempe fratres electio noſtra ab ęterno eſt, at præparatio regni ſanctorum ab origine mundi cœpit, quoniam mors Chriſti præuiſa in parentibus primis cœpit operari. Hinc Ioannes in Apocalypſi, Chriſtum Ieſum agnum vocat occiſum ab origine mundi. Extat omnium ſanctorum concors ſententia, quod Chriſtus neutiquam mortem oppeteret, Adam non peccãte. Rationem tanti tamque immenſi beneficij indicans redemptor ſubnectit.

Pſal. 34. *Eſai. 40.* *Eſai. 64.* *Eſai. 51.* *Quæſtio* *Apoc. 12.*

Eſuriui & dediſtis mihi manducare, ſitiui, & dediſtis mihi bibere, &c. Multa ſunt quę hic ſe offerebant, ſed timeo ne lectorẽ detineam, & illi tædium inferam, quã ob rem paucis quæ deſunt dicam. Quorſum fratres mei, opera miſericordiæ adnumerantur, niſi vt nos rex noſter commonefaciat, illis pro captu noſtro vacare? Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem, & vnde beatus? Nempe quia in die mala, in morte, & in iudicio vltimo, liberabit eum dominus. Fratribus Chriſti Ieſu eleemoſynas affatim erogate, ſcientes quoniam Chriſto Ieſu impenditis, quicquid amore illius cuius minimo largimini. Poſthac obſecro peccata veſtra eleemoſynis redimentes, *Text.*

regnum cæleſte comparate vobis. Quod quidem cum impij non fe ciſſent iudicem iratum audierunt dicentem: Diſcedite à me maledi- ĉti in ignem æternum qui paratus eſt diabolo & angelis eius. Male- dictos nuncupat eos, quia dilexerunt maledictionem & veniet eis, noluerunt benedictionẽ & elongabitur ab eis, vt in pſalmo legimus.

Pſal. 100 Maledicti ſunt qui ſteriles & aridi in hac vita fuerunt, nec verbo te- *Iudæ.* nus fratres afflictos conſolantes. Hos bene ſancta ſcriptura nominat *uni.* fontes ſine aqua, arbores auctumnales ſine fructu, ſed quo illos mit- tit? Sane in ignem æternum cruciandos cum Satana & complicibus eius. Vbi maxime cruciabuntur de amiſsione gloriæ quam pœnam *Eſai.* 66. damni theologi dicunt. Vermis eorum non morietur & ignis nõ ex- tinguetur, inquit propheta. Redarguet illos conſcientia eorum, & hic vermis corrodet viſcera illorum in æternum & vltra. Ignis autẽ vrere non ceſſabit eos, vt par eſt deuorans, non tamen conſumens. Quin mors perpetua depaſcet eos, vt viuentes moriantur, & ſemper *Scotus.* morientes viuant. Proh dolor, tanta erit reproborum infelicitas vt 4. d. 50. appetant non eſſe. Quod eſt rationi contrarium. Huc attinet illud q. 1. Ioannis: In diebus illis homines quærent mortem & non inuenient, deſiderabunt mori & fugiet mors ab illis. Hic obſeruandũ eſt, quod non pro hominibus ſed pro dæmonijs infernus factus eſt. Quia para- tus eſt diabolo & angelis eius, ait dñs. Illis, inquam, gehẽna parata eſt, qui pœnitere nequibat poſt primum delictum patratũ. Homines ve rò qui poſt lapſum reſipiſcere queunt, priuilegio ſingulari pœniten- tiæ ſunt inſigniti. Atqui ſi quis peccare non deſinat in hac vita, talis diabolus efficitur, ideò cum diabolo cruciandus mittetur. Nonne duodecim vos elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt ait dñs? Vnde Iu- das diabolus efficitur, niſi quia diabolo cõſenſit, & peccata peccatis *Ioann.* 6. addidit, pœnitẽtiam deſperatus ſpernens? At contra Petrus ter abne- gans Chriſtum Ieſum, egreſſus foras fleuit amare, ad aſylum, & arcẽ pœnitentiæ confugit. Itaq; vt homo peccauit ſuccumbens, ſed gra- tia Dei roboratus, ſe ipſo fortior factus, de hoſte triumphauit & pec- tum vicit. Quid multis immoror? De miſerabili vita reproborũ, pro- *Pſal.* 10. pheta ait: Ignis, ſulphur, ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. Ec- ce tot genera tormẽtorum, partem calicis damnatorum dicit, nam *Infernus* quod magis, ac magis, illos dilaniat pœna damni eſt, & priuatio diui næ viſionis, quam ſuapte natura omnis homo deſiderat, quamlibet ſceleſtus, & vehemẽter iniquus ſit. Vos iam fratres expendite & pœ nitus cõſiderate, qualis ſit vita illa, vbi ſummum malorum & immor

talitas,

talitas,vbi magna cruciatus pars eſt dæmonum horrenda viſio & impiorum hominum ſocietas. Vbi ignis inextinguibilis adeſt,ad quem noſter collatus,mera glacies eſt. Adde quod incendium eſt illic minima dolorum portio, qui tamen tanti ſunt, vt ab hominis intellectu comprehēdi non poſsint,ſicut nec ſanctorum magna felicitas. In malis licet grauiſsimis, licet diutinis aliquid tamē leuamēti adfert ſpes, veluti ſtellula quædam procul allucens in denſiſsima caligine:ſed gehenna,cum tot innumeris ac ſummis malis,ſummam habet deſperationem. Ecce baratrum deſperationis,& vt Ioānes loquitur mors ſecunda,quam ſit tremenda,ac modis omnibus fugienda. Nempe vbi Saluator ait:Ite in ignem æternum,omnem ſpem illis adimit exeūdi vnquam.Quo telo vel maximè corda eorum ſauciat. *Nota.* *Apoc.20*

Animaduertendum eſt inſuper, quod ſi ſanctus Matthæus duo tantum iudicandorum genera recenſeat, in ijs alia duo intelligi oportet,vt optimè,S. Greg. indicat,li.26.mora.c.24.alij iudicantur & pereunt, alij non iudicantur & regnant, alij non iudicantur & regnant. Iudicantur & pereunt, quibus dominica voce in damnationem dicitur,eſuriui & non dediſtis mihi manducare.Eam ob rem,ite maledicti in ignem æternum. Alij non iudicantur & pereunt, vt dæmon de quo dominus:Princeps mundi huius iam iudicatus eſt. Idque de infidelibus aſtruendum. Dicente domino:Qui non credit,iam iudicatus eſt. Rurſus in pſalmo: Nō reſurgūt impij in iudicio,neq; peccatores in conſilio iuſtorum. Verùm omnes infideles reſurgent ad penam, non ad iudicium. Non eorum cauſa diſcutitur, imò cum damnatione ſuæ infidelitatis accedunt. Qui ſine lege peccauerunt, vtique ſine lege peribunt. Alij iudicabuntur & regnabunt,& ij ſunt qui pœnitentiam agentes delicta ſua in ſacra exhomologeſi aperientes, lacrymis peccata ſua diluerunt. Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates & quorum tecta ſunt peccata, inquit, regalis propheta. Vultis,fratres,vt delicta veſtra cooperata ſint: in die iudicij: vos reſerate ea nunc confeſſori. Alioqui cunctis gentibus conſpicua erunt. Ijs Saluator ait:Eſuriui & dediſtis mihi manducare. Ob id venite benedicti patris mei, & poſsidete regnum cælorum. Alij tandem non iudicantur & regnant. Vt ibidem aſſerit ſanctus Gregorius. cap.25. Quia præcepta legis virtute tranſcendunt, conſilia adimplentes diuina. De quibus dominus dicit: Vos qui ſequuti eſtis me,in regeneratione cū ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et in Eſaia:Dominus ad iudicium *Nota.* *S.Grego. in Mora.* *Ioan. 19.* *Ioan 3.* *Rom. 2.* *Matt.19* *Eſai. 3.*

Iob.36. veniet,cum ſenioribus populi ſui.Et in Iob:Non ſaluat impios,pauperibus iudicium tribuit.Ecce paupertatis ſpontaneæ inſigne.O mirabilem ſummi numinis erga electos ſuos beneficenciam! Non modo de damnatione peccatorum,quanuis fratres, aut parẽtes amici ve ſint,non triſtabuntur,ſed videntes illos cruciari gaudebunt,& ingentes gratias Deo reddent.Quo pertinet illud pſalmi:Lætabitur iuſtus
Scotus. cum viderit vindictam. Ratio, beati vident pœnam damnatorum,
4.diſt.50 quæ à Deo non ſimpliciter eſt volita,ſed ſecundum quid,hoc eſt propter iuſtitiam, in quantum natura exiſtens ſub culpa ordinatur per pœnam. Quia Deus cui proprium eſt miſereri, haud lætatur perdi-
Gene.7. tione hominum.Hinc quaſi dolendo in Geneſi volens perimere peccatores dixit, dolore tactus intrinſecus: Delebo omnem hominem
Eſai.1. quem creaui.Et per Eſaiam iterũ:Heu conſolabor de hoſtibus meis. Et quoniam quiſq; ſanctorum vult ea quæ Deus optimus vult, gaudet ſummè de vindicta reproborum.Sed quis noſtrum adeò adamantini pectoris eſt,fratres,cuius cor non emolliant verba hæc Dei, qui bus ſeſe dolere aſſerit,quum immenſa angelorum lætitia ſit, quãdo peccatores pœnis cõmeritis plectit? Ingemiſcit iudex omnipotens
Nota. clamans:Heu,vt nos ingemiſcamus pœnitentiam agentes, & dicentes:Heu quia peccauimus tibi pater cæleſtis,ne rationem habeas delictorum noſtrorum vnquam. Quin etiam parce, parce populo tuo, quem roſeo ſanguine redemiſti.

Summa. Plura de iudio finali narrauimus,cariſsimi,nec mirum,cum latiſsimum vaſtumq; mare transfretare contendimus. Fas erit iam finem noſtræ declamationi imponere. Quam ob rem vos omnes obſecro, vt effuſiſsimam ſummi numinis in nos beneuolentiam tota animi intentione expendatis.Ex qua ſcaturit,vt ſigna in ſole,& luna, & ſtellis apparere faciat,maris fluctus vult reſonet, antequam iudex appareat.Quo homines ſurgant à peccatis ſuis & reſipiſcant ſaltim, præſagia futurorum horriſona intuentes. Poſt hæc videbunt filium hominis venientem in nube prælucida, non vt olim in fragilitate carnis quando latuit,& inops factus eſt,vt eius inopia nos diuities efficeret, eius morte mortem noſtram deſtrueret, vitam æternam lubens præſtaret.Conſpicuus apparebit,cum poteſtate magna, potentes huius ſeculi proſternens,humiles ſpiritu exaltans. Illo atteſtante: Omnis
Lucæ.14 qui ſe exaltat humiliabitur,& omnis qui ſe humiliat exaltabitur.Ad hæc cum maieſtate veniet,tum angelorum cuneis,tum etiam ſanctorum omnium caterua,ſtipatus.Quid erit tribunal iudicantis, cum ſuperbos

perbos reges cuna terrebat infantis Ieſu, clamat beatus Auguſtinus, Tyranni Herodis verſutiam taxās. Equidem vagientem in præſepio Regem noſtrum verebatur verſutus Rex, quanto plus expaueſcet, videns illum in ſede maieſtatis ſuæ ſedentem? Ceterùm, ſanctis magna aderit voluptas ingensq; lætitia dominum gloriæ aſpicientes, quē tantoperè dilexerunt, & vehemēter intueri concupierūt. Tunc oues ad dexteram ſuam ſtatuet, honore magno eos afficiens. Nam ore ſuo pollicitus eſt: Honorificantes me honorificabo. Et rurſus: 1.Reg.2.
Vias quæ à dextris ſunt nouit dominus. Hœdos verò ad ſiniſtram ponet, quaſi alter Iacob manus commutans, ita vt ſuperbos deijciat, ſubleuetque egenos ac pauperes. Et benè ad ſiniſtram locabuntur impij, quia ſapiens: Peruerſæ ſunt viæ quæ à ſiniſtris. Tunc vox illa Prou. 4.
omni mellita dulcedine ſuauior perſonabit: Venite benedicti patris mei poſsidete regnum, quod paratū eſt vobis à conſtitutione mundi. Su·inde infelices reprobi diſparem vocem audient: Diſcedite à me maledicti in ignem æternum. Agite iam, dilectiſsimi, & quam primum demus operam ac toto niſu operibus ſanctis inſtemus miſericordiæ actibus indefeſsè vacemus, ſcientes quoniam dominus diligit Pſal. 32.
miſericordiam, & iudicium. Primò miſericordiam vult nobiſcum operari, eò quòd non venit vt iudicet mundum ſed vt ſaluetur mundus per ipſum. Veruntamen tempore deſtinato iudicium ac vindictam exercet. Vt ergo non audiamus horribilem illam ſententiam: Ite maledicti in ignem æternum, non hœdi paruuli ſimus, quę verè parua ſunt mundi delectamenta amantes, quin potius oues Chriſti eſſe contendamus, quò iubilantes ſponſi noſtri amantiſsimi vocem audiamus: Venite benedicti patris mei percipite regnum. Quod nobis impertire dignetur rex gloriæ Chriſtus Ieſus. Qui cum patre, & Spiritu ſancto, regnat in ſecula. Amen.

ANNOTATIONES appendices.

INter multa quæ de iudicio extremo ſacra pagina nos docet, pręcipuū oraculū eſt illud Danielis.7.qđ ſic habet: Aſpiciebam donec 1. Annot.
throni poſiti ſunt, & antiquus dierū ſedit. Veſtimentū eius candidū quaſi nix, & capilli capitis eius quaſi lana alba. Thronus eius flāmæ ignis, & rotæ eius ignis accenſus, fluuius igneus rapidis egrediebatur

à facie eius, millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſsiſtebant ei. Et iudicium ſedit, & libri aperti ſunt. Et vidi quoniam interfecta eſſet beſtia. Singula adnotatione ſunt digna lector prudens ſingulatim ea expēdat, delineant adamuſsim iudicium hoc. Antiquus dierum Saluator noſter eſt, qui de ſeipſo loquens dixit: Amen dico vobis antequam Abraham fieret ego ſum. Nam in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & verbum caro factum eſt. Veſtis alba ſacroſancta humanitas illius. De ſponſo in
Canti. 5. canticis legimus: Dilectus meus candidus & rubicundus. Candidus in conceptione & natiuitate, rubicundus in paſsione. Throni ſedes ſunt ad iudicandum quibus inſident Apoſtoli iuxta illud: Sedebitis ſupra duodecim ſedes iudicantes, hoc eſt aſſeſorie, duodecim tribus Iſrael. Vbi ſanctus Auguſtinus: Omnes qui in toto orbe iudicandi ſunt. Fluuius ignis procedens à facie eius. Verbum illud contra reprobos eſt: Ite maledicti in ignem æternum. Libri aperti reſeratio cordium iuxta illud Pauli: Nolite ante tempus iudicare donec
1. Cor. 4. veniat dominus, qui illuminabit abſcondita tenebrarum, & conſilia cordium. Mirabile dictu! dominus virtute ſua, quemadmodum ſolaris radius feneſtram ingrediens atomos, & ſi plures & exiguos nobis oſtendit, ſic in illa die reſerabuntur abdita quæque cordium im-
Collatio. piorum. Sanct. Auguſt. lib. 20. de Ciuita. cap. 26. nempe ſi noctu in antro ſedeas vbi ſerpentes & viperæ adſunt, face accenſa adhibita ſtatim vides quæ in antro ſunt. Ceterùm beſtia occiſa Antichriſtus eſt quem interficiet dominus ſpiritu oris ſui. De apertione librorum & alterius qui eſt vitæ, beatus Ioānes loquitur, Apocalip. 5. Atqui non ſolum in genere vno intuitu omnia videbunt, ſed ſingula conſiderabunt. S. Thom. 3. par. quæſt. 87. arti. 3. Tandem Daniel lucidius iudicium depingens ſubnectit: Aſpiciebam ergo in viſione noctis & ecce in nubibus cæli quaſi filius hominis veniebat, vſque ad antiquum dierum. Et dedit illi poteſtatem & honorem & regnum. En poteſtas humanitatis Chriſti dimanat à verbo Dei, vt ſupra tetigimus.

2. Secundò adnotare lubet, quo tempore iudicium erit diu, aut noctu. Nempe Daniel in viſione noctis nunc dixit ſe vidiſſe quæ de iudicio retexuit. Et apoſtolus, ait dies domini ſicut fur in nocte ita veniet. Et iterum dominus: Si ſciret paterfamilias qua hora fur veniret vigilaret vtique. Vbi ſe noctu venturum inſinuat. Lucæ. 12. Sanè hora temporis qua fiet reſurrectio & iudicium ſciri non poteſt, vt Magiſter

giſter inquit.4.diſt.48.& Sanctus Thom.3.part.quæſt.77.artic.3.nihilominus probabiliter à quibuſdam dicitur, fore in crepuſculo ſole Oriente, & luna in Occidente poſita. Vt ſic circulatio compleatur per reditum ad idem punctum. Vnde Saluator tali hora ſurrexit. Væh pigritantibus qui in ſtratis laſciuiũt ferè in meridie ſurgentes, & templum Dei adeuntes, vt rem ſacram celebrare audiant. Planè non ita faciunt, quando venationi indulgent, ſed ſummo mane lectum relinquunt.

Tertiò, quiſquis iudiciũ euadere cupit is ſeipſum iudicet, nã extat 3. Pauli apoſtoli ſententia. Si nos ipſos iudicaremus non vtiq; iudicaremur. Suam diſcutiat conſcientiam fidelis, frequenter ad confeſsionem ſacram accedat confeſſori ſcelera omnia detegat, ſacroſanctam *Nota.* Euchariſtiam accipiat, denique antequam veniat cubitum, cogitatus, verba, ac opera ſua quotidie meditetur, dolens de commiſsis malis, cauens in futurum ne ſuccumbat. Hic cum Dauide acclamare poterit: Scopebam ſpiritum meum. Pſalm.76.& iterum fidēter orabit: Domine feci iudicium & iuſtitiam non tradas me calumniantibus me. Supplex quidem oratio hæc, benedictus qui corde contritò & humili eam protulerit.

Quartò, quis niſi ſtupeat, vocē terribilem illã audit, ite in ignē æternum 4. qui præparatus eſt diabolo, & angelis eius, qui non contremiſcat, ante actam vitam malam non deponat & nouam inchoet, per *S. Tho.* acta pœnitentia? Sanè vt gloria ſanctorum in cælis perpetua erit ſic *3.p.q.99* reproborum cruciatus æternus & nõ temporarius erit. Faceſſat hinc *1.& art.2* originis error. Non erit ſuppliciorum finis vnquam, ſed peccatores puniendi ſunt in Tartaro ſine fine. Idq; nobis pandit Saluator, æternum ignem illum appellans. Quod ſi æternum eſt ſupplicium ergo nunquam deficiet. Vt lepidè aſſerit Theophilatus. Ibique omnigenam pœnam ſuſtinebunt cum ſumma deſperatione, vt iam pridem diximus.

Neminem fallat ſua opinio poſthac, iudicij diem morari excogitans, imò beatum Petrum audiat, & eius verba mordicus memoria teneat. Non tardat dominus ſicut quidem veſtrum exiſtimant, ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire ſed omnes ad pœnitentiam reuerti.2.Petri.3. Proh dolor, fratres, quàm fit vetus hoc malum, quod noſtra hac in tempeſtate, tot ignauos ac ſomnolentos peccatores peremit. Dominus meus tardat aiebàt ſeruus improbus, & ideò cœpit percutere conſeruos ſuos. Tardante autem ſponſo, virgi-

nes ſtultæ dormierunt,& plus demiror etiam prudentes. Sic populo graui iniquitate feminæ nequam contigit,falſo viſum eſt ei quod moras faceret Moſes in monte Synai, quamobrem ad idola vana conuolauit, magno tamen ſuo malo. Vos fratres non ita, ecce iudex in ianuis eſt,ad valuas pulſat,ſurgite obuiam ei orantes ſuppliciter,mandata eius adimplentes. Equidem iudicis iuſti ea vox eſt: Ecce venio

Apoc.22 cito,& merces mea mecum eſt,dare vnicuiq; iuxta opera ſua. Saluator noſter,ipſe eſt meritum,ipſe merces noſtra,& præmium.Sua merita nobis exibuit vt opera noſtra magni meriti ſint.Ipſe quotidie clamat: Noli timere ego protector tuus, & merces magna nimis. Bone Ieſu rex noſter, veni citò vt polliceris, educ de carcere corporis animam meam vt confiteatur nomini ſancto tuo. Amen, Amen.

Gene.15

6. Sextò annotare collibuit quorſum ſancta eccleſia Romana in hac prima dominica Aduentus, vniuerſale iudicium ob oculos noſtros ponat. Nihil de morte in qua iudicium particulare fit nobis narrat, ſed adamuſsim extremum iudicium in euangelica lectione depinxit? Ni fallor ob id hoc fecit, quia mortem quotidie inſpicimus, dum parentes fratres & amicos mori videmus, corporibuſque eorum ſepulchra probemus. Nil tam vſitatum in hac mortali vita quam mori,& naſci. Hinc veram philoſophiam vocauit Plato,iugem mediationem mortis. Quin & nos ipſi mortem ipſam circunferētes,quotidiè morimur & quaſi aqua delabimur in terra,quæ non reuertetur. Vbi pueritia, quam amiſimus? Vbi iuuentus? Profectò mors omnia conſumpſit. Qui ergo tot inſignia & ſimulacra mortis geſtamus, mortis memoria recenti non indigebamus. Iudicium vniuerſale nunquam vidimus,ſed ſola fide illud profitemur, eam ob rem eius prædicatione vel maximè opus habemus. Alia ratio meo videri non aſpernanda. In morte anima impij ſeorſum punitur, corpus vtpote cadauer in mauſoleo iacet. Itaque manus raptoris nil ſentiunt, oculi impudici hominis, nil doloris patiuntur, lingua & labia maledicentis, blaſphemantiſve minime cruciatur. Fas ergo erit vt corpora iniquorum eadem reſurgant, quorum animæ vbi ea aſſumpſerint pœnas dent perpetim ſimulque animæ & corpora crucientur, nam ſimul mala opera patrarunt. Idque de ſanctis,ſuo modo aſſerendum quis ambigit? Præterea ſapientiſsimè Eccleſia ſponſa Chriſti, adfabrè hodie iudicium vltimum nobis depingit, vt qui dimidiam mortem non timemus, adeò, vt pœniteamus, ſaltem veram

Queſt.

2.Re.14

Nota.

ram & ex omni parte abſolutam mortem timere incipiamus. Nonne propè dimidiam mortem impiorum dicam, quorum fama & nomen in hoc ſeculo apud homines, ipſis decedentibus adhuc viuit? Iulij Cæſaris triumphi quinque, Alexandri trophea, tot laboribus parta, aliorumque tyrannorum facinora, nonne in hominum memoria extant? Pater, quamuis obeat, in filio & poſteris quodãmodo vitam poſsidet. Vnde perpulchrè ſcriptum eſt. Eccleſiaſti. 30. Mortuus eſt pater, & quaſi non eſt mortuus, reliquit enim filium poſt ſe. *Eccle.* 30
Quid plura quandiu mundus non finitur viuunt impij in ſtemmatibus ſuis, in ædificijs, quæ magnis impenſis conſtruxerunt. At in die iudicij igne ardenti, cũcta depopulante, nihil horum remanebit. Mors illa integra omnia, in quibus homines nomen ſuum celebrare conabantur, deuaſtabit. Homo ipſe, qui vt orbi dominaretur factus, tunc interibit, tantum abeſt vt opera externa quæ ipſe fecit permaneant. S. Thom. 3. part. quæſt. 74. arti. 2. &. 3. Nos ergo fratres ignem illum cuncta exurentem iugi meditatione contemplemur, Sancti Petri vaticinium memoriæ commendantes: Cæli ardentes ſoluentur, & elementa ignis calore tabeſcent. Ne plus iuſto ijs temporarijs rebus adhęreamus. Nam quo impenſius aliquid temporale amamus, eo grauatius ab illo deuellimur. Eodem attinet illud Apoſtoli. 1. Corint. 7. Tempus breue eſt, reliquum eſt, vt qui habent vxores tanquam non habentes ſint. Qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes, & qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtuntur. Præterit figura huius mundi. O mirabilem ac cælicam philoſophiam! beatum dixerim qui tam pro virili ſua ſeruauerit. En methodus totius perfectionis, ne â domino iudicemur. *2. Petr. ul tim.*

7. Septimò, quã ſit modis omnibus fugiẽda gehẽnalis pœna, quippe quæ in æternũ peccatores cruciabit, fuſius docet S. Bernard⁹ ſerm. 8. in Pſal. Qui habitat. Explicãs illud Matthæi. 13. ibi erit fletus & ſtridor dẽtium. Fletus quidẽ ob ignẽ qui non extinguetur, ſtridor ob vermem cõſcientiæ qui non morietur, vt Eſaias aſſerit. At contra: Lætabitur iuſtus cum viderit vindictam & manus lauabit in ſanguine peccatoris. Non planè inquinabit, ſed lauabit, nam vnde ille cruẽtus, magis inde nitidior iuſtus apparebit. Vnde ille plus ſordet, inde iſte pulchrius eluceſcet. Atqui, quam ſit timẽdus aduẽtus iudicis latiùs ediſſerit. Ser. 55. ſuper cantica. Exponens illud: Similis eſt dilectus capreæ hinnuloq; ceruorum. Caprea nõ modo curſus pernicitate, ſed acumine viſus eminet. Ad eandem imaginẽ Saluator adeò acutius cuncta *Pſalm.* 57 *S. Bern.*

cordis arcana in iudicio videbit. Vt teſte Iob, nudus ſit infernus coram eo. Cui alludit Apoſtolus: Omnia nuda & aperta ſunt oculis
Pſal. 7. eius, ad quem nobis ſermo. Nota, nuda, ideſt abſque omni ſuco ma-
Sopho. 1. litiæ pateſcent. Nam ſcrutans corda & renes Chriſtus eſt. Quin & tunc ſcrutabitur Hieruſalem in lucernis. Hoc eſt abſcondita orthodoxorum patebunt, & religioſorum cogitatus videbuntur. Proh dolor, quid erit tutum in Babylone, quando iudex qui iuſtitias iudicabit, Hieruſalem in lucernis ſcrutabitur? Eam ob rem ait Sanctus Bernard. inibi prorſus horreo, incidere in manus Dei viuentis. Iudicabo proinde mala mea, iudicabo & bona, ſcrutabor ego vias
Sopho. 1. meas & ſtudia mea, quo is qui ſcrutaturus eſt Hieruſalem in lucernis nihil inſcrutatum in me inueniat. Vtinam & nos ſancti viri veſtigia ſectaremur, ne Chriſtus Ieſus iudicem ageret apud nos, ſed pater beneficus nobis appareret, transferens nos in regnum ſuum cæleſtem.

¶ Finis Declamatio ſecundæ.

DECLAMATIO Tertia.

Dominicæ ſecundæ aduentus.

RES nimirum omni admiratione digna, cariſſimi, hodie ob oculos noſtros poſita eſt. Præcurſor domini Diuus Ioannes diſcipulos ſuos internuntios ad Chriſtum Ieſum ablegat, qui interrogent, an ipſe Meſsias ſit, tot oraculis decantatus, necne. Quem virgineis clauſis viſceribus, ipſe agnouit & toto cordis affectu iubilans in vtero Eliſabeth clauſus adorauit, quo nam pacto nunc ignorare poterat? Nonne hic eſt qui à longe Chriſtum Ieſum venientem intuitus, magna voce clamauit: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi? Planè hic homo miſſus eſt à Deo, non alio, niſi vt teſtimoniū perhiberet de lumine, hoc eſt, de Meſsia Chriſto Ieſu, quiq; optimè miniſterij ſui officio functus eſt. Vnde, ni fallor, ſic in carcere poſitus duos diſcipulos deſtinare, quo Chriſtum interrogent an ipſe Meſsias ſit, myſterio nullatenus vacat. Sanè Ioannes Baptiſta nihil minus fecit quam in re tam nota, & ab eo agnita dubitare, vt ſubinde Euangelium ſacrum indagantes Chriſto Ieſu opitulante aperiemus. In quo potiſsimè S. Matthæ. duo nobis narrat. Primum eſt Ioannis interrogatio vehementer ardua. Secūdum, ſaluatoris noſtri mirabilis reſponſio. Necnon & Sanctus Ioannis mira præconia in fine recenſet. Sancta ergo euangelij lectio ſic habet: Quum Ioannes audiſſet in vinculis opera Chriſti, mittētes duos de diſcipulis ſuis ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

Lucæ. 1. *Ioan. 1.* *Euangelium.*

Obiter tractanda non ſunt verba hæc, Ioannes in vinculis. Quis obſecro vir hic ſanctificatus antequam natus, niſi ille eſt, de quo paranimphus Gabriel, Zachariæ dixit: Hic erit magnus coram dn̄o, vinū & ſiceram

Lucæ. 1.

& ſiceram non bibet,& replebitur Spiritu ſancto adhuc ex vtero matris ſuæ,en egregia encomia huius viri præcellentis, quæ velut imago angelica manu depicta,ſanctitatem & candorem S. Ioan. ſubindicant.Mira res,magnus fuit coram eo qui adeo excelſus eſt vt rega
Pſal.114. lis propheta dicat: Magnus dominus & laudabilis nimis,& magnitudinis eius,ſapientiæque non eſt finis. Nempe vt eius eſſentia infini-
Pſal.146 ta eſt,ita gloria,potentia,& ſapientia,infinita ſit oportet. Et iterum: Magnus dominus Deus noſter & magna virtus eius,& ſapiētiæ eius non eſt numerus. Imo ſic Deus noſter magnus eſt, veluti propheta aſtipulatur, vt omnes quamlibet regalibus fulgeant coronis, ſceptriſque aureis polleant, in conſpectu eius quaſi non ſint. Verum ſi duces & comites ceterique principes dum aſtant coram rege ſuo parui æſtimantur, tametſi, ſuapte natura, omnes homines ſint,quanto magis quæuis creatura ante ſuum opificem, erit quaſi non ſit?
Ioannis Ecce magnitudo ſancti Ioannis eximia, magnus fuit coram illo cu
dignitas. ius maieſtas infinita eſt. Magnus(inquam)ſanctus vir fuit coram Deo, non natura ſed gratia, ac priuilegijs multis, meritiſque opimis. Non ſanè magnus habitus eſt coram rege iniquo Herodes antipa, qui eum vinxit & in ergaſtulum miſit. Non denique magnus fuit, ante Herodiadem procacem & impudicam, cuius aſtu cruentus rex virum ſanctum inſectatus eſt. Profectò non caſtitas magna fuit vnquam coram impudicis,& more porcorum in volutabro luti volutantibus. Neque humilitas aut ſanctitas apud improbos &
Pſal.36. turgidos pretioſa eſſe poteſt.Dicente Dauide,conſiderat, peccator iuſtum & quærit mortificare eum. Perinde dicat, extemplo vt ſceleratus, virum probum inſpexerit, virtutes eius odio habens, nul-
Sapi.2. lum non mouet lapidem,vt eum perimat quam ociſsime.Grauis eſt etiam nobis ad videndum,quia contrarius eſt noſtris. En mala quæ fecit Ioannes, vt in carcerem mitteretur, erat totius virtutis exemplar,& ſanctitatis ſpecimen,caſtitatis ſpeculum & iuſtitiæ vehemēs zelator.Eas ob res,Herodia peſsima ſeuiēte,quippe quæ Philippum maritū ſuum reliquerat,& tyranno regi Herodi adheſerat Ioānes cōprehenditur & vinculis ferreis vinctus in carcere clauditur. Hic iam
S.Chryſ. cum Chryſoſtomo exclamare lubet: Vbi fas? Vbi lex? Vbi homo? Vbi De⁹? Funeſtus rex dominatur,iniqua Herodias libertate vtitur, vterq; voluptatibus dat operā,vir iuſtus prophetarū eximius, gratia
Eccl.49. Dei ſummi ſanctificatus antequā natus, tetro carceri mācipatur. Male tractauerūt eū,qui à vētre matris cōſecratus eſt ꝓpheta. Quod nō
modo

modo de Hieremia dici poteſt,ſed excellentius de ſancto Ioanne lo
cum habet. Sed de his in decollatione eius fuſiùs dicemus, domino
ſuffragante. Nunc ſat ſit cauſam ob quam comprehenſus eſt beatus
Ioannes indicare. Nempè ſuo miniſterio potius veritatē non tacuit,
quo minus coram populo concionem faciens audacter regi diceret:
Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Felix & nimium felix præ- *Marci.6.*
dicator, qui non cōſuit puluiculos ſub omni cubitu, nec rude vulgus *Matt.14*
audit, aut hominibus placere ſtudet, quiq; ſtultè clamant: Loquimi- *Nota.*
ni nobis placentia. Quin, vt dominus præcepit Eſaiæ: Annuntiat po *Eſai.40.*
pulo Dei peccata eorum. Hoc abſq; delectu, non accipiens perſonā
hominum, ſed vulneribus animarum mederi ſtudēs, increpat arguit,
obſecrat, in omni patientia, & doctrina, quemadmodum prędicator
veritatis admonet. Nec ab re dominus electos ſuos pati quam multa
in hac vita permittit. Vult teſte ſancto Auguſtino, tā pios, quam im *S. Augu.*
pios homines erudire. Iuſtos docet bona mundi fallacis eſſe meram *li. de ciui.*
vmbram, & ob id penitus contemnenda. Improbos erudit vt dieni
iudicij maximè timeant, nam ſi viros ſanctos ſic Deus flagellat, dege
neres & rebelles, quibus afficiet tormētis in tetro baratro? Multa fla
gella peccatoris, ſperātes autē in dn̄o miſericordia circūdabit. Hinc *Pſal.31.*
beatus Maximus ait. Illos viros ſanctos examinat, vt nos erudiat, &
eorum cruciatus noſtros vult eſſe profectus. Timeant & vehemēter
paueāt peccatores vbi ſanctos viros tot ærumnas pati viderint, nam
electorum labor præſagium eſt vēturi iudicij. Huc pertinet illud Sal
uatoris noſtri Ieſu crucem ſuam baiulantis. Si in viridi ligno hæc fa
ciūt, in arido quid fiet? Ac ſi diceret, ſi ego expes cuiuſuis peccati, qui
tot egregia opera feci, candidiſsimamq; vitam duxi, ſic flagellis ſau-
ciatus, ſpinis obſitus, patibulum crucis humeris meis fero, delicta to-
tius mundi perſoluens: peccator ipſe mille delictis oneratus, niſi vt
par eſt pœniteat, quibus cruciatibus erit obnoxius? Ecce Ioanes in
vinculis afflictus nobis terrorem diuinæ iuſtitiæ annuntias, necnon
& iudicij extremi diem prædicat: In quo ipſe reſurgens regnabit cū
Chriſto, prophanus hoſtis Herodis immaniſsimis cruciabitur dolori
bus cum Zabulo, in æternum.

Ceterùm in ergaſtulo ſic alligatus Ioannes Baptiſta, audiuit ope *Text.*
ra Chriſti. A quibus hæc audiuit? Sanè à diſcipulis ſuis, vt ſanctus
Ioannes refert. c.3. liuore inuidiæ accenſi ſic aiebant: Magiſter qui
erat tecum trans Iordanem cui teſtimonium perhibuiſti. Ecce hic
baptizat & omnes veniunt ad eum. O peſsima & crudeliſsima bellua
o inuidia

Sapi.2. ò inuidia Satanæ ſoboles & heres! Inuidia diaboli mors introibit in orbem terrarum. Tu es inferni ſcala, baratri horrẽdi latiſsima porta.

Gene.37 Nonne cariſsimi, hæc eſt de qua ingemiſcens Iacob dicebat? Fera peſsima deuorauit filium meum. Sane inuidentia fratrum, Ioſeph iuſtus triginta argenteis venditus in Aegyptum deducitur. Quid plura? Hæc fera peſsima occidit filiũ ſacroſanctæ Mariæ virginis & cruci adegit. Sciebat enim Pilatus (inquit Ioannes) quod per inuidiam tradidiſſent eum. Tam erat conſpicua Iudæorum inuidentia, vt etiã Ethnicum iudicem nequaquam lateret. Vos fratres ab hoc ſerpente vel maxime cauete, nam teſte Iob. Paruulos occidit inuidia. En quam ſit peſtilens quoniam occidit animam. Et ideò capitale vitiũ nuncupatur. S. Greg. lib. 10. Morali. Imo inuidia caritati cõtrariatur potiſsimè. S. Tho. 2. 2. q. 36. art. 3. Eſt quidem triſtitia de bonis alienis. Vt Damaſcenus ait. lib. 2. Paruulos occidere ſolet, nam paruulorum eſt alteri inuidere. Tales erant diſcipuli Ioannis Chriſto Ieſu mirabilia operanti inuidentes, æmulationem quidem habentes ſed non ſecundum ſcientiam. Narrant itaq; egregia Chriſti opera magiſtro ſuo inuidia tacti, dolẽtes quos ſaluatoris lõge lateq; fama peruolabat, populus pene omnis ad eũ veniebat, ſalubria eius dogmata affectu mirabili audiens. Talis quidem eſt noſtræ genius carnis.

Iob. 5.
li. 10. Moral. c. 34.
S. Tho. 2. 2.

Tunc opera Chriſti auſcultãs & gaudenter audiẽs amicus ſponſi, duos diſcipulos miſit. Obſeruãdum quã ſit vtilis verbi Dei prædicatio, potiſsimum ijs qui humili corde eloquia Dei audiunt. Nemo etſi vinculis peccatorum irretitus, varijsque delictorum catenis ſit alligatus ſermonem audire ſpernat. Audiens doctrinam ſancti Ambroſij pater Auguſtinus, gratia ſummi numinis illuminatus eſt, & à pleriſq; Manichæorum erroribus liberatus, necnon & ſtrenuus ſanctæ eccleſiæ doctor effectus. Verbum Chriſti audiens Matthæus teloneatius apoſtolus & euangeliſta præcipuus efficitur. Quid multa? Eccleſiæ perſecutor & infeſtator, vno duntaxat verbo Chriſti, electionis vas admirabile cõflatur ex Saulo. Quam pulchrè intonuit ipſe apoſtolus, quaſi experimento verbi Dei energiam agnoſcens. Viuus eſt ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Viuus planè & ſermo Dei, vitam æternam pollicẽs fidelibus. Efficax vtiq; eſt corda etſi lapidea, tiam adamãtina, praua conſuetudine obdurata emolliens, iuſtorum vero pectora oblectans mirum in modum. Vnde ſtatim Baptiſta intulit, audiens totius populi pium affectum in Chriſtum. Hoc ergo gaudium meum impletum eſt. Illum oportet creſcere,

Nota.
Acto. 9.

creſcere, me autem minui. O verba fidelitate plena, verba omni annotatione digna, altius noſtris pectoribus inſcribēda. Vtinam videntes fratres noſtros accreſcere, eandem ſententiam corde & ore diceremus. Hoc impletum eſt gaudium meū, fratrem meum oportet creſcere, me autem minui. Sed proh nefas, alios proſtrare conamur, eoſq; deijcere pro virili noſtra ſtudemus, vt ipſi ad culmen maioris gloriæ prouehamur, & populi auram capeſſere poſsimus. Equidem obliti Saluatoris noſtri ſententiæ: Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, & omnis qui ſe humiliat exaltabitur. *Ioann.3.* *Lucæ.14*

Sub hæc quanta ſit afflictionis vtilitas, vel ex hoc intelligi poteſt, in vinculis Ioannes diſcipulos ad Chriſtum mittit. Quaſi cum propheta dicēs: Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Ergo tribulatio inſtar ſtimuli, dormientem excitat, vt oret, atque orando opem à Deo accipiat orans, vnde ſequitur: Et exaudiuit me. Vtpote beneficus parens, qui ſuapte natura benignus eſt, & filijs ſuis humiliter precantibus ſuppetias elargiri dignatur. Cogitatione duntaxat Moſes orabat & dominus ad eum: Quid clamas ad me? In ventre ceti Ionas orauit, & exauditus eſt. Daniel in lacu leonum precabatur Deum, & confortatus eſt. Nonne quaſi in vinculis erat qui orabat: Domine educ de carcere animam meam, vt confiteatur nomini tuo? Eodem attinet illud apoſtoli: Deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto. Mittite obſecro diſcipulos ad Chriſtum quauis preſſura vrgente fratres. Nam eatenus tribulatio mittitur, vt tentatione cruciante ad aſylum orationis fugiatis. Quam ſi fide & caritate fultam miſeritis, fieri non poteſt, quin Saluator exaudiat, vos impertiatque ſuam miſericordiam. Atqui, quod Diuus Ioannes diſcipulos ſuos ad Chriſtum mittat, legem antiquam adumbrat, quippe quæ ad euangelium venit. Lex per Moſen data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Nempe illa vmbram habebat futurorum, vt apoſtolus conteſtatur. Eam ob rem in ſancta eccleſia noua facta ſunt omnia. Nouus homo venit in mundum, & noua præcepta dedit mundo, inquit Sanctus Auguſtinus. Hinc dominus præcepit olim. Nouis aduenietibus vetera proijcietis. Faceſſat iam agnorum & taurorū ſacrificia, nam Chriſtiani optimū habemus holocauſtum, quod omnia illa perſignabant. Agnum Dei Chriſtū Ieſum in ſancto altari quotidie patri offerimus, qui quidē tollit peccata mundi, exuberantemq; præſtat gratiam dignè ſumentibus ſe. Imò omniū chariſmatū dona largiēs ſuis conuiuis. Abeat circunciſio, *Pſal.119.* *Oratio-nis uirtus* *Danie.6.* *S. Augu.* *Leui. 26*

Galat. 5. cunciſio, vbi ſacrum Baptiſma Saluator nobis dedit. Equidem ſi circuncidamini nihil Chriſtus profuit vobis. Denique cæremoniæ cunctæ abſcedant, quibus ſynagoga gloriabatur. Videtis obſecro quid myſterij habeat, quod Ioannes mittit legatos ad Chriſtum Ieſum. Finis legis Chriſtus in ſalutem omni credenti. Hoc eſt, perfectio legis Chriſtus, quippe qui legem venit adimplere, eò quòd ipſa neminem

Nota. ad perfectum ducere quiuit. Abſque Chriſto, ſanè beatus Ioannes ſuos diſcipulos minimè potuit perficere, nec veram de Chriſto fidē cordibus eorum inſerere, donec illos delegauit ad magiſtrum veritatis Ieſum. Vt ſtatim ſuo loco differemus. At quid Ioannes in ergaſtulo poſitus & vinculus aſtrictus diſcere enititur, à Chriſto, nunc auſcultemus.

Text. Tu es qui venturus es, an alium expectamus? Sanè tam grauis tāq; ſalubris quæſtio in vniuerſo orbe poſita non eſt, in qua totius mundi ſalus ac libertas, tanquam in cardine verſatur. Quid ſibi vult in hac quæſtione Baptiſta vendicare, niſi vt dominus palam faciat, nedum verbis, ſed miris operibus, an ſit Saluator mundi necne. Inſignis quidem res, & magni momenti negotium hic agitur. Sed quoniam in ſecunda parte declamationis, vberius rem hanc explicabimus, lubens nunc paucis aperiam, quorſum hæc tam noua quæſtio tendat. Equi-

S. *Hyla.* dem vt ſancti Hylarij ſententia vtar, non ſibi ſed diſcipulis conſulere conabatur diuus Ioannes. Qui adeò rudes erant, vt magiſtro ſuo mira de Chriſto prædicanti, haud crederent. Putabant planè, ob inſignem humilitatem Ioannis, quod plus iuſto ſeipſum demitteret quādo excelſa de Saluatore nuntiabat. Quod verò ad literalem ſenſum attinet, animaduertendum eſt, quòd illa dictio, venturus, anceps eſt, ad tempus præſens & futurum, apud Græcos. Perinde dicant, tu veniens, es tam expectatus à prophetis, & magnoperè decantatus? Nec magni refert, ſi vtroque modo exponamus, nam vbique ſignificatur Meſsias. Saluator quidē vtpote ſuapte natura miſericors diſcipulos venientes ad ſe, non reſpuit, quanuis in fide cunctantes. Iuxta vatici-

Eſai. 42. nium Eſaiæ de Meſsia loquentis: Arundinem caſſatam non confringet, & linum fumigans non extinguet. Hoc eſt, infirmos & in fide fragiles homines neutiquam abhorret Meſsias, quoniam pius & beneficus vehementer erit. Quod ſignum præcipuum fore, in Meſsia

Zacha.9 nemo eſt qui ambigat. Vnde Zacharias dixit: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. De qua manſuetudine in ſecunda parte declamationis primæ, abundè diximus. Hac innata ſibi virtute commotus non

tacere

tacere potuit, audita quæſtione, ſed Lucas ait.

Et reſpondens Ieſus ait illis: Euntes renuntiate Ioãni, quæ audiſtis & vidiſtis. Conſiderate fratres theatrum illud cateruamque magnam hominum, quibus tunc redemptor noſter dogmata ſalubria prædicabat. Adeuntibus tamen diſcipulis Ioannis, ad eos vertit orationem & colloquium. Stupent interim auditores, expectantes reſponſum à Chriſto. Rex dictu mirabilis, in ipſa hora inquit S. Lucas, multos curauit, à languoribus ſuis, & plagis & ſpiritibus malis, & cæcis multis donauit viſum. Et, vt ego reor, aliquos mortuos tunc ſuſcitauit. Alioqui non diceret, dinumerans miracula quæ fecit: Mortui reſurgunt, non ait ſurrexerunt, vt recordentur filij viduæ, in porta Naim ſuſcitati, aut puellæ duodecim annos natæ, quam in domo parentum ſuorum de lecto leuauit dicens: Puella tibi dico ſurge. Sed reſurgunt ait, vt mirabilia coram diſcipulis patrata recenſeat. Nec officit quod Lucas hoc tacuerit. Nam beatus Ioannes noſtræ aſſertioni vel maximè fauet dicens: Non ſunt ſcripta omnia ſigna in libro hoc quæ fecit dominus Ieſus. Ecce Saluator latenter eos admonet, vt prophetiæ Eſaiæ ſint memores. Quippe qui ſigna & portenta Meſsiæ retexens ait: Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures ſurdorum patebunt. Tunc ſaliet claudus ſicut ceruus, & aperta erit lingua mutorum. Sanè ſufficiens Chriſti Ieſu teſtimonium hoc fuit, quo ſuapte poteſtate, tot ac tanta miracula edidit. Quæ quidem velut digito, eum Meſsiam regem Iſrael indicabant, niſi homines ſuis ſceleribus, obcæcati forent. Quas ob res velut ſtomachatus ſuis æmulis dixit: Opera quæ ego facio, ipſa teſtimonium perhibent de me. Et rurſus: Si mihi non creditis, operibus credite. Quaſi dicat. Si verbis candidiſsimis, cæleſtique philoſophiæ fidem dare haud vultis, ſaltim vitam cãdidatam, & miracula inaudita inſpicite. Ea planè factorem ſuum inſinuant eſſe verum Deum, verumque Meſsiam. Vbi obſeruandum eſt quod triplex ratio erat in miraculis Chriſti, quę maximè eum Deum eſſe iudicabat. Prima ratio erat, quoniam mira quæ operabatur tranſcendebãt omnem poteſtatem creaturę. Vnde ſcitè, homo ille clamabat: A ſeculo non eſt auditum, vt quis aperiret oculos cæci nati. Secunda ratio, ob modum miracula patrandi, præcipiendo & non orando, dæmonia expellebat, & obſeſſos ſanabat. Hinc oborta eſt illa admiratio. Quis eſt hic, qui etiam in poteſtate dæmonijs imperat & obediunt ei? Et Lucæ. 6. Omnis turba volebat eum tangere quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes. Ecce inſtar fontis,

Tex. *Lucæ.7.* *Ioann. ulti.* *Eſai.35.* *Ioan.5.* *Ioan.9.* *Collatio.*

fontis,aquarum fluenta emittentis,ab eo ſalutis flumina, tum corpora,tum animarum emanabant. Tertia ratio. Nam ipſa doctrina cæleſtis erat,& ipſum Deum eſſe oſtendebat. Quippe quæ niſi diuina eſſet,nullatenus miraculis diuina virtute confirmaretur. Huc pertinet,
Matth.1 quod in Matthæo legimus,quænam doctrina hæc noua. Quia in poteſtate ſpiritus immundis imperat & obediunt ei. Quid plura? Vbi paralıticum curare voluit dixit: Vt ſciatis quoniam filius hominis habet poteſtatem dimittendi peccata,ait paralıtico: Surge & ambu
Eſai. 41. la,& extemplò incolumis ſurrexit. Cum ergo dimittere peccata,peculiare ſit Deo, iuxta illud: Ego ſum qui deleo iniquitates tuas propter me,Chriſtus talem poteſtatem habuit,vt miraculum illud conteſtatur,ergo Chriſtus Deus eſt. S.Thom.3.p.q.43.artic.4. Ceterùm ob duo miracula fiunt. Primò vt doctrina ſancta, quæ omnē captum humanum excellit,miraculis cōfirmetur. Quæ vt ſigillum regalibus literis fidem faciūt. Secundò, vt præſentia Dei appareat,in homine
Galat.3. per gratiam Sancti ſpiritus,dum homo opera Dei facit. Vnde Apoſtolus inquit: Qui tribuit nobis Spiritum ſanctum, operatur virtutes
S.Tho.3. p.q. 43. art.1. in nobis. Ecce quam conueniebat,vt Chriſtus mira opera patraret, vt in eo Deum eſſe per vnionem hypoſtaticam,& eius doctrinam diuinam fore,opera illius indicarent.

Nota. Aduertēdum hic magnoperè eſt(vt ad mores doctrinam accommodantes nonnihil frugis haurire poſſimus) quòd Saluator non ſtatim aſſeruit,quod veriſſimum erat dicens: Ego ſum Meſſias qui venturus eſt,ne forſan eius æmuli dicerent. Tu de te ipſo teſtimoniū per
Ioann.8. hibes,teſtimonium tuum non eſt verum. Quod quidem diſcipuli intra ſe excogitare potuiſſent. Eam obrem mirificis operibus docuit eos,mirabilem ſuam doctrinam lucidiorem eſſe. Sanè teſtimonium quod eſt à rebus,credibilius ac præcellētius eſt,eò quòd eſt à verbis. Vt pulchrè aſtruit S.Chryſoſto. Vnde quidam ſapiens, quamuis eth
Seneca. nicus,ſcitè dixit: Via ad virtutes per verba,nimis lōga eſt: per exempla verò,ſatis compendiaria ac breuis. Atqui opera,quæ tunc fecit, vt Lucas nobis narrauit,à myſterio aliena nō ſunt. Erat quidem lux mundi,& ideò fas erat vt cæcos illuminaret,ego,inquit,ſum lux mūdi,qui ſequitur me non ambulat in tenebris. Hoc eſt, errores quoſuis & peccata,gratia mea illuminatus euadet. Ambulātibus in tenebris
Eſai.9. & in vmbra mortis lux orta eſt eis,de Meſsia prophetatū erat multis retro ſeculis. Hinc diſcipulis Ioannes inquit: Cæci vidēt. Nempe Saluator noſter neminē ſanauit corpore quin ſimul eius illuminaret mē

tem.

tem. Nam ſcriptum eſt Dei perfecta ſunt opera. Hinc ipſe ait: Totũ hominẽ ſanũ feci Sabbato. Probat hoc S. Tho: 3. p. q. 44. arti. 3. Vnde ſole ipſo lucidius apparet, incolumitates quas Chriſtus languidis pręſtabat ſymbola eſſe ſanitatis ſpiritalis, quã ægrotãtium mẽtibus, ſua gratuita dignatiõe affatim largiebatur. Ceterum claudis rectũ greſſum exhibebat. Sunt qui in duas partes, heu claudicant, in quos inuehitur Helias zelo magno accẽſus: Vſquequo claudicatis in duas partes? Hic ſimiles ſunt fideles, qui huic mũdo & Chriſto placere in caſſum conãtur. Scientes quia ſcriptum eſt: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Clamat apoſtolus claudos hoſce taxans. Quæ ſocietas lucis ad tenebras, Chriſti ad Belial? nullum fedus, nullũve cõmercium eſſe poteſt, ſapientiæ Dei cũ ſtultitia mundi. Oportet ergo mundũ, & ea quæ mũdi ſunt à nobis abdicare, vt hæreamus Chriſto Ieſu, qui claudicantes ſua virtute ſanat. Sed proh dolor, nos ſumus Miphiboſeth filius Ionatæ, qui decidentes è manibus nutricis noſtræ Euæ, vtroq; pede claudi facti ſumus. Ignorantia intellectus, & prauitate affectus laborãtes, quaſi claudi vtroq; pede incedimus. Venit autem ſapiẽtiſsimus medicus ex alto, volẽs & potens cunctis infirmitatibus noſtris mederi. Et vt alter rex Dauid, ad menſam ſuam inuitat nos dicens, vnicuiq; noſtro, quod rex ille dixit Miphiboſeth. Tu comedes panem in mẽſa mea. O indulgẽtiſsimam, ò ſtupenda Chriſti Ieſu in nos caritatẽ, quotidie panem cælicum, qui dat vitam mũdi, ſacroſanctum eius corpus in altari edimus. Cuius virtute & mirabili gratia roborati, veſtigia noſtra & greſſus rectos faciamus. Mira res quamuis claudi nati ſumus, gratia ſummi numinis fulti, cũ Dauide acclamare valemus: Qui poſuit pedes meos quaſi ceruorum, & ſuper excelſa ſtatuit me. Felix qui velut ceruus, rupes omnes honoris mũdi & quæſtus, necnon & carnis agili ſaltu trãſiliens, ea quæ excelſa ſunt quæritat, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedẽs, quæ ſurſum ſunt ſapit, non quæ ſuper terram.

Deut. 32. *Ioan 7.* *3. Re. 18.* *2. Reg. 9* *Figura.* *Euchariſtia.*

Quid multa? leproſi mundantur Saluatore Chriſto aduentante, ò lepra horrenda, quæ oẽs filios Adæ Deo creatori inuiſos reddis. Omnes in Adam peccauerũt & egent gloria Dei, ait Apoſtolus. Et gemibundus multis retro diebus idem regius pſaltes aiebat: In peccatis cõcepit me mater mea. En ab vtero matris quam fœdi quamque lepra peccati infecti ſumus. Ieſu bone, & noſtri amantiſsime. Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es? Solus potens, ſolus tuapte natura mũdus, cãdor lucis æternæ,

Pſal. 50. *Sapien. 7*

ſpeculum ſine macula, imago bonitatis illius. Qui ſolus Spiritu ſancto cooperante ex alma virgine matre prodijſti, tu ſolus nos abluere & roſeo ſanguine dealbare poteris. Et ob id inexhauſtas gratias tibi habemus, quod factus quaſi leproſus, ſauciatus in cruce pendens, nos

Apoc. 1. à lepra peccati mundaſti. Qui dilexit nos & lauit nos à peccatis noſtris in ſanguine ſuo, ait dilectus tuus Ioannes. Sequitur, mortui reſurgunt. De qua morte Paulus ait: Qui cùm eſſemus mortui peccatis,

Epheſ. 2. viuificauit nos in filio ſuo. En Helias, qui vt ſuſcitaret puerum, menſus eſt cum illo. Filius Dei noſtram induens humanitatem, ſeſe ſic incuruauit, vt exinaniret ſemetipſum formam ſerui accipiens. Plus dicam inter iniquos tanquam eis ſimilis habitus eſt, patibulum crucis aſcendens, quo nos expuncta ac deuicta morte, in æthereis aulis viuamus.

Text. Deniq; quintum ſignũ ſui aduentus ſubnectens ait: Pauperes euangelizãtur. Hoc prædictis nõ minus eſt, vt teſtatur diuus Hieronym9. Vbi pauperes euangelizatos intelligamus oportet, vel pauperes, ſpi-

Nota. ritu, vel certè opibus pauperes, diuites autẽ in fide. Probat ſe Meſsiã fore, eo quod nulla inter nobiles & ignobiles, inter diuites & egenos in prędicatione diſtãtia ſit. Hęc planè magiſtri rigorẽ, hæc precepto ris veritatẽ cõprobant, quãdo omnis qui apud Deum ſaluari pteſt æqualis eſt. Quin & Saluator volumen petẽs in ſynagoga, ſedẽs legit illud Eſaię: Spiritus dñi ſuper me, eo quod vnxit me, euãgelizare pauperibus miſit me, & ſubinde intulit: Hodie completa eſt prophetia hæc. Admirari nequeo fratres quàm dilucidè rex noſter ſe mundo innotuit. Quid lucidius manifeſtiuſve, in re tam ſeria dici potuit? Pauperibus euangelizare miſit me cæleſtis pater. Ait eis pertinet, bo

Theophi. num hoc nuntiũ audire, arcanaq; Dei addiſcere ac deguſtare. Theophilatus hoc loco Apoſtolos intelligit, quippe qui pauperes piſcatores erant, quibus hoc munus euangelizandi creditum eſt, quamuis audientes Euangelium Chriſti, expertes non ſint theſauri huius cæleſtis. Eam ob rem nato domino, non ab angelo dictum eſt, regi Herodi, aut principibus ſacerdotum, non Cæſari Romanorum Mo-

Luce. 1. narchæ: Euangelizo vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator qui eſt Chriſtus dominus. Cur ita? Nempe quia vt in ſuo cantico deipara Maria cecinit, Saluator noſter, depoſuit potentes, & exaltauit humiles. Cui alludit illud

Iacobi. 4 ſancti Iacobi: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

S. Augu. Hinc benemeritò S. Auguſtinus exclamat. Magnum miraculum fra

tres

treſ carisſimi, erigis te Deus fugit à te, humilias te Deus venit ad te. quare hoc? Quia excelſus dominus & humilia reſpicit & alta à longe cognoſcit. Aduertẽdum, quod non miraculum, ſed magnũ hoc opus Dei appellauit, humilitatem vehementer cõmendans. Hæc eximia virtus eſt, eò q magnum gratiæ obſtaculum tollit, ideſt ſuperbiã penitus deſtruit. Vt S. Thom. aſſerit. 2.2.q.161.art.5. Itaq; magna virtus eſt, quoniam expellit ſuperbiam à nobis, cui maximè reſiſtit Deus. *S. Thom.*

Ecce quomodo pauperes euangelizantur. Notandum, quod Græci dicunt euangelizo te, perinde dicant: Bonum nũtium affero tibi, vel bonum nuntium tibi annuntiatur. Similiter tu euangelizaris, tibi affertur bonum nuntium. Ergo pauperes euãgelizantur, id eſt, pauperes bonum accipiunt nũtium. Vt nuper dictũ eſt de paſtoribus pannoſis, ad quos angelus Chriſti Ieſu natale nuntiauit. Necnon & apoſtoli piſcatores aſciti ſunt, vt euangelium acciperent, & vbiq; terrarum illud prædicarent. In ſeculo hoc annuntiatio incipit à magnatibus, & ſubinde deſcẽdit ad populum. At regni cælorum prædicatio præpoſterè ſe habet, â pauperibus qui non affecti ſunt diuitijs, auſpicari oportebat, vt deinde veniret ad diuites & principes. Qui niſi obſurdeſcãt, tam excellentis nuntij participes erunt. *Nota.*

Et beatus qui non fuerit ſcãdalizatus in me. Hoc verbo retũdit tã populi, quam diſcipulorũ Ioãnis arrogãtiam, & diffidẽtiam: ſciebat ſanè Chriſtus morte ſuã, offendiculum fore, etiã diſcipulis ſuis. Quiq; eo relicto fugerũt. Redargutionẽ eorũ latẽter induxit, dubitationẽ illorum conſciẽtiæ relinquẽs, ne erubeſcãt coram populo. Eſt pius parens Chriſtus Ieſus honoris noſtri maximè cupidus. Vtinam hodie, fratres, non quidam fideles ſcãdalum patiantur in morte Chriſti, humilitatem & patiẽtiam eius minimè imitãtes. Qui inimicis ob Chriſti amorem non parcit, ſed vindictam ſumere ſtudet, nõne ſcãdalizatur in Chriſto? Felix qui infracto animo aduerſa ſuſtinet, orans pro perſequẽtibus ſe, bene mereri ſtudens de omnibus. Miſer qui cũ Iudæis ſcãdalum patitur in nece humili Saluatoris. Prædicamus Chriſtũ crucifixũ, Iudæis quidem ſcandalũ gẽtibus autem ſtultitia. Hæc ſunt quæ dñs præcepit diſcipulis duobus nũtiare Ioanni, vt eos acriori ſuaſione erudiat, viſis tot miraculis. Beatus etiam nuncupãdus eſt, qui tot hæreſes pullulãtes, queadmodum noſtra tẽpeſtate videmus, fidẽ Chriſti mordicus tenuerit operibus ſanctis vacãs. Illi adulterantes verbũ Dei ad carnis ſuæ libertatẽ, nõ ad pietatem detorquẽt. Cæci quidẽ ſunt & duces cęcorũ ſe eſſe iactitãt. Obnixè oremus Chriſtũ *Text.* *2. Petr. 2.* *Iude. uni.*

 Ieſum,

Ieſum,vt eorũ miſertus,vti Saulo quõdam,è celo eis lumen infundat, commeritam pœnitentiam agant vnicæ ſpõſæ Romanæ adhęrẽtes.

Text. Illis autẽ abeũtibus cœpit dicere ad turbas de Ioãne: Quid exijſtis in deſertũ videre? A rũdinem vẽto agitatam? Satis actũ erat quãtum ad diſcipulos Ioannis,ne amplius dubitarẽt,Chriſtum Ieſum verum eſſe Meſsiam. Sed oportebat corda populi ſedare,ne minus bene de Ioãne ſentiret,audita interrogatione illa. Eam ob rem apoſtrophẽ faciens,ad turbam ſe vertit,elogia Baptiſtę enarrãs,diſcipulis diſcedentibus hoc fecit, ne videatur homini adulari, vt optimè Chryſoſt.notat. *S.Chryſ.* Nec duriuſculè loquitur populo, velut Iudæis alibi loquebatur. Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Non ſic populus ex malitia, ſed ex ignorãtia malè de Ioãne præſumebat. Quare de medio ſuſpitionem de illo tollere nititur,ne in carcere vinctum aliter ſenſiſſe putent,quam quod in Iordane prædicauit de Meſsia, quem digito de-

Ioan.1. monſtrans dixit: Ecce agnus Dei,ecce qui tollit peccata mundi. Inchoat laudes Ioannis à concurſu populorum, qui relictis laribus proprijs & ciuitatibus ad eum confluebant, vt in Iordane dogmata eius audirent & ab eo baptizarẽtur. Ne ergo velut deluſos ſe exiſtimẽt,& aliquid fragilitatis,aut inconſtantiæ in viro ſancto ponãt,illos interrogat: Num exiſtis in deſertum videre,quem nunc vos pœnitet vidiſſe? Non equidem arundo vento agitata erat, quæ leui aura afflãte, hac & illac flectitur. Quin (vt Gabriel patri ei⁹ vaticinatus eſt) Spi-

Lucæ.1. ritu ſancto repletus fuit ex vtero matris ſuæ. Nempe vas aureum,ornatum, omni lapide pretioſo, ſolidum & non cauum Baptiſta fuit. Solidatum fuit in ſanctificatione, & Spiritusſancti gratia plenũ hoc pretioſum vas. Itaque quod apoſtolis poſt Chriſti Ieſu reſurrectionem, & in cælos aſcenſionem ſuſceperunt, Spiritũ ſancto veniente quo repleti ſunt, hoc puerulus Ioannes intra viſcera matris ſuæ accepit. O priuilegium magnum, nulli prophetarũ vnquam exhibitum. Ieremias ſactificatus fuit antequam natus,ſacra ſcriptura dicente: An-

Iere.1. tè quàm exires de vulua ſanctificaui te. At de repletione Spiritus ſancti,nulla ibi fit mentio. Quid dicam, fratres, de hoc ſacerrimo viro? Verùm præuenit eum amicus eius Chriſtus in benedictionibus dulcedinis, ante cunabula gigantem magnificum illum effecit, vbi inſonante Deiparæ virginis ſalutatione in vtero gliſcens ac iubilans, Saluatorem, quem oris ſui verbis ſalutare nequiuit, prophetico gaudio recognouit. Vidiſtis firmitatẽ pręcellentẽ Baptiſtę,qui velut vas auri ſolidũ fuit,idẽ ſentiẽs de Chriſto Meſsia in eremo,& in carcere.

Sed

Sed qualiter ornatum fuit hoc admirabile vas quouis lapide pretioſo,hoc eſt omni virtute decoratum in tertia dominica diſſeremus,do mino opitulante.Nunc ſat ſit intellexiſſe, arundinem vento agitatam nullatenus fuiſſe.Arundinem verò ſignificare inſtabilitatem re gum,nos docet hiſtoria.Abias contra Ieroboam impium dixit: Per cutiet Deus domum Ieroboam, ſicut moueri ſolet arundo in aqua. 3.Re.14
Laudat igitur Chriſtus amicum à perſona conſtanti,quod eſt attingere ſcopum.Nec abſimile eſt illud Salomonis: Labium veritatis fir mum eſt, in perpetuum. Qui autem teſtis eſt repentinus concinat linguam mendacem.Sanè precipuum veritatis præconium firmitas eſt. Qui verò circunferuntur omni vento doctrinæ puſillanimes, & in voraginem errorum dilabuntur.Nos velut arundo ſumus qui quo uis vento tentati omnis tacti,in diuerſa mutamur, nodis obſiti,medula vacui,nulla validioris naturæ radice fundati. Vnde ſi leuis aſpiraue rit proſperitas,vago motu proximos verberamus,in potentes ad ſuffragandum,ſicut baculus Aegypti, faciles ad nocendum. In huiuſmodi calamo offerimus vinum myrrhatum domino. Et hac arundine ſuperbiæ,caput eius percutimus impiè.Hanc arundinē, quæ nos ſumus, Chriſtus in manu ſua tenuit caſſatam, & firmam fecit rore ſuæ gratiæ. Ideò Petro dixit: Ego oraui pro te ne deficiat fides tua. Et hæc de prima laude Ioannis. Prou.12. Ephes.4 Eſai.56.

Sed quid exiſtis videre? Hominem mollibus veſtitum? Qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt. Secunda commendatio corporalis vitæ auſteritas eſt de qua rectè laudatur Ioannes. Is ſanè eremum ſcalentem habitans, camelinis pilis indutus, locuſtis victitans, hoſtis delitiarum erat, tam veſte, quam loco, & cibo. Sic pandit ſe non inconſtantiæ præconem,nec ambitionis cupidum.Quandoquidem, qui aliter viuunt hi magnantibus adulari ſolent, quo voluptatem magnificè alant, & honoris blandimenta pro virili capeſſent. Iure ergo dominus laudat in Ioāne veſtimentorum vilitatem, tanquā veritatis præcone. Et è regione oſtendit neutiquam decere, verbum pœnitētiæ, in carne, mundiali voluptate nuntiare. Verùm à mūdi amatore,mūdi contēptū prædicari,nedū ridicula res eſt,ſed admodū turpis.Huc pertinet quod gentiū doctor quaſi prędicatores omneis ſui officij admonēs dixit: Caſtigo corpus meū & in ſeruitutē redigo,ne cū alijs prędicauerim ipſe reprob⁹ efficiar.O ſatis adnotanda,ſtupēdaq; ſentētia,cūctis orthodoxis valde frugifera,maximè cō cionatoribus! Nō quaſi aerē verberās loquor,paulò ſuperiùs dixerat. Luca.22 1.Cor.9. Nota.

Qui verbis tantummodo pœnitentiam peccatoribus ſuadere conatur, is aerem frangit, non corda audientium, ventum verberat, non præcordia delinquentium ſtimulat vt reſipiſcant. Qui verò ore & opere euangelium prædicat, is corpus caſtigat, carnis effrænes motus pœnitentiæ fræno compeſcit, in ſeruitutem ſpiritus ſenſus omnes ſubiugans. Quid plura? In eremo mellis dulcedinem, hirſuta veſte amictus, Ioannes adinuenit. Quo diſcamus in auſterrima pœnitentia ſuauitatē cœlicā eſſe ſitam, qua deguſtata ſubinde deſipit omnis caro, & quæ carnis ſunt euaneſcunt. Sanè inter voluptatem prauam

Nota. & honeſtam hoc intereſt, quod illa indies amareſcit atq; marceſcit, eò quòd plus habeat aloes quā mellis. Hæc ſpiritalis dulcedo indies magis ac magis dulceſcit, & ipſa exercitatione omni mellita dulcedi

Deut. 31 ne ſuauior fit. Ecce oleum de petra, & mel de ſaxo duriſsimo ſemper

Prædicator. ſcaturit, longè feliciùs, quàm tempore Moſi & Aaron. Enimuero, ſi prædicator ſeculi negocia fugiat, & hominum cōſortia reſpuat, ſi ſolitudinem monaſterij, & cordis ſui vehementer diligat, carnem ſuam ieiunijs & orationibus, necnon veſtimēto rudi caſtigare nitatur, talis ſancti Ioannis veſtigia Pauliq́ue exemplum imitatur. Vos fratres iam attendite obſecro, en laudat Chriſtus Ioannem quod non byſsi-

S. Grego. nis aut præ ſciſsis vtebatur veſtibus, ne quis cogitet, vt S. Gregorius aſſerit, quod in luxu atq; ſtudio pretioſarū veſtium peccatum deſit. Alioqui non ſic laudaſſet Saluator Ioānem de aſperitate veſtimenti,

1. Petr. 5 neque tam ſeriò ſe princeps Apoſtolorum Petrus, à pretioſarum veſtiū appetitu compeſceret dicens: Non in veſte pretioſa, aut margaritis, aut tortis crinibus. Exēplo vobis ſit diues ille miſer, qui induebatur quotidie byſſo & purpura, & tādem in baratrū deſcēdens flāmis

Lucæ. 16 horrēdis cruciabatur, guttā aquę poſtulās. Neq; auſim ſentētiam pręcipitare in hac re, cum libido, non vſus in culpa ſit vt quàm benè ſanctus Auguſtinus, lib. 4. de doctrina Chriſtiana refert. Idq; fuſiùs tra-

Ethi. 7. ctat S. Tho. 2. 2. quęſt. 169. ar. 1. & 2. Miror ethnicum Philoſophum ta

Plin. lib. xantem eos qui veſtimenta nimium longa habent, ita vt terram &

11. ca. 23. puluerem moueāt, quod ad molliciem pertinet. Apoſtolū audiamus cariſsimi dicētē: Habētes alimēta & quibus tegamur ijs cōtēti ſumus.

1. Thim. vltim. Vtinā orthodoxi omnes dogma hoc mordicùs tenerēt, & ſeruarent, pro ſua virili.

Quid exiſtis videre prophetam? Amen dico vobis & pluſquā prophetā. Tertiò maiora encomia de Ioāne dn̄s depromit, nedum prophetā, ſed ꝓphetarū principē illū apellās. Quid obſecro honoratius,

aut magnificentius de Baptiſta dici potuit? Arundo vento agitata nequaquam fuit, ſed ſemper ſibi conſtans. Non mollia geſtabat indumenta, ſed hirſuta ex camelorum pilis contexta. Neque aſſentatoris officio functus, ſed Herodem regem non veritus eſt, quò minus ſcelera eius pudēda taxaret. Alioqui non in ergaſtulo vinculis alligatus, ſed in regia præcipuus eſſet. Nunc verò altius tonat elogium mirificum depromens, pluſquam Prophetam eſſe ſubindicans. Quid ita? equidem ſancti Doctores pleraque hic dicunt. S. Gregorius, Ioannes pluſquam Propheta fuit, inquit, eò quòd Chriſtum Ieſum, non, vt alij Prophetæ, futurum, ſed quod plus excellentiæ habet præſentem demōſtrabit. Beatus Hieronymus ait: Vates quoſque ſuperauit, nam dominum ſuum baptizabit. Diuus Chryſoſtomus, ait: Eatenus prophetas priſtinos Ioannes excelluit quatenus angelus, id eſt, nuntius propinquus Chriſto fuit. Vnde ſtatim Saluator addidit: Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce mitto angelum meum, ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Ac ſi dicat. Pater meus per Malachiā de hoc ſancto Vate loquutus eſt, multis retro ſeculis. Vbi animaduertendum eſt ad literā hæc dixiſſe de Ioanne, alioqui, Saluator teſtimonium non adduxiſſet. Nec officit quicquam, quod de Helia itidem dicatur, quique ante diem extremi iudicij veniet. Extat veriſſima illa ſentētia ſancti Auguſtini, quod aliquādo ſacra ſcriptura, duplicem literalem ſenſum patitur. Quamuis vnus principalior ſit. Huc pertinet illud: Os non comminuetis ex eo. Quod ad literam ſic geſtum eſt de agno, qui typum gerebat Chriſti Ieſu pendentis in cruce: cuius nec vnū os fractum eſt. Vnde quia literalis ſenſus eſt, quē autor intendit, autor ſcripturæ ſacræ Deus eſt, quippe qui ſimul omnia videt & ſuo intellectu cuncta comprehendit, nihil obſtat ſi etiam ſecundum literalem ſenſum in vna litera ſcripturæ, plures ſint ſenſus. S. Aug. lib. 12. confeſ. Et S. Thom. 1. part. quæſt. 1. art. 10. ad hæc meritò Ioannes angelus vocatur, tum ob virginalem puritatem, nam angelis eſt cognata virginitas (teſte Diuo Hieronymo) tunc propter cādidam illius vitam. Equidem venit non manducans, nec bibens, vt teſtis eſt Chriſtus, quamuis parciſsimis vtebatur pabulis. Tum deniq; angelus vocatur, quoniam nuntius fuit alumnus Meſsię, quem adeſſe indicauit. Imò parauit viam ante Ieſum, prædicans baptiſmum pœnitentiæ. Et conuertens quam multos, verbo ſuo, & ſtupēda vita. Hinc Saluator dixit: Inter natos mulierum non ſurrexit maior Ioanne Baptiſta. Lucas apertius ſcripſit ne digladiari fas ſit, inter quoſdā

S. Hiero.
S. Chryſ.
Nota.
Ioan. 19.
S. Tho.

contẽtioſos,qui magis ſuo ſenſui fauẽt,quã deuotioni S.Ioãnis Bapti
Luca. 7. ſtæ. Ait ergo S.Lucas. Dico enim maior inter natos mulierum propheta,ſurrexit Ioanne Baptiſta nemo.Non Moſes,non Helias, non Dauid Rex,aut Hieremias maiores fuere Ioanne.Coæquales ſibi habere potuit:maiorem vero prophetam Ioãne Chriſtus fuiſſe negat. Parauit itaque viam ante faciem Chriſti,in deſerto prædicando, vt pectora arentia Iudæorum,& Spiritu ſancto vacua,aratro verbi Dei excoleret,proſcinderet,atque fœcundaret, quò fructus dignos pœnitentiæ proferrent.Et de lectione Euangelica hactenus.

SECVNDA PARS Declamationis.

TV es qui vẽturus es,an alium expectamus?In explanatione ſancti Euangelij fuſiùs vidimus,quomodo beatus Ioan.nihil minus fecit,quam dubitare, an Chriſtus redemptor noſter, eſſet Meſsias in lege promiſſus. Enimuerò qui inter anguſtias materni vteri iubilans eum agnouit,& gaudio mirabili atque prophetico Saluatorem recognouit adorauitq;,tantum abeſt vt poſtquam in Iordane eum baptizauit,vocemq; paternam audierit:Hic eſt filius meus dilectus, nunc in carcere dubitarit. Vnde ſole lucidius apparet, quod vehementer incredulitati diſcipulorum condolens, & volẽs eorum animabus mederi,illos ad Chriſtum regem noſtrum ablegauit. A quo edocti in-
Nota. cunctanter verum eſſe Meſsiam agnoſcerent. Ceterùm quia hæc eſt ſacræ noſtræ fidei prora,hæc etiam puppis,vt Chriſtum Ieſum tanquam Meſsiam vnicè diligamus,eiq; toto corde credamus:imò hæc eſt vita æterna vt cognoſcamus patrem cæleſtem,& quem miſsit Ieſum Chriſtum,ideò nonnulla Prophetarum oracula de Meſsia adducemus, quibus inſpectis fides noſtra oblectetur, vt deinde quibus teſtimonijs nos Chriſtianos eſſe profiteamur tractem⁹.Faxit Chriſtus Ieſus vt impleamus,ei ſiſi qui ſolus potẽs eſt,quæ rimari inſtituimus. Ieſu optime noſtrique amantiſsime, tu es qui venturus es? Sanè tu
Acto. 10. ille & non alius es,cui omnes Prophetæ teſtimonium perhibent, remiſsionem peccatorum accipere in nomine tuo. Quin ab exordio mundi Moſe autore,te venturum mundus expectat. Primo parente dilapſo, & verſutia Satanæ profligato,te venturum ſpopondiſti.Inimicitias ponã inter te,& mulierem, inter ſamẽ tuum & ſemen illius;

iſpum cōteret caput tuū. Hębraicè ſic habetur. Et ſeptuaginta, αὐτὸς, *Gene.3.*
tranſtulerunt, nil de Grāmatices regula curātes, etſi ſemē generis ſit
neutrius. Quum ergo ſemē ſanctum Virginis almæ filius, tu ſolus dia
boli caput cōterere poteras, quippe ſolus dominus, ſolus Deus omni
potens es. Sanè tanta erat poteſtas dæmonis contra homines, vt te-
ſte Iob, non eſſet ſuper terram qui Leuiathan comparari potuiſſet. *Iob.41.*
Eam ob rem nemo iuſtorum, cælorum aditū inueniebat. Non Abel
iuſtus, non Noe, aut Abraham, neq; Dauid vir ſecundum cor Dei.
Non eſt poteſtas quæ comparetur ei. En Pharao cruentus, populum
domini iniqua ac laborioſa ſeruitute opprimens. Cui miſſus eſt Mo-
ſes, vt ab eius tyrannide populum captiuum liberet. Ad eundem mo
dum tu domine miſſus à patre, veniſti ex alto viſitare miſeros Adæ
filios, omni ſolatio orbatos, ingēti mœſtitudine affectos. Nec ſolum
dignatus es captiuos inuiſere, ſed vincula noſtra accipiens compre-
henſus es in horto, eo quod in amœniſsima paradiſo captiuitas no-
ſtra cœpit, verſuto ſerpēte id operāte. Quid plura? tam fuit ingēs tua
erga nos mira dilectio, ineffabilisq; caritas, vt nō ſanguine alieno ſed
proprio, morteq; tua ſancta, mortem noſtram ſuperares. Mirabile di
ctu, ſubdolè hoſtis noſter in ligno triumphauit, paratamq; victoriam
obtinuit, & tu rex regum & dominantium dominus, in ſacro crucis
ligno Zabulum ſuperaſti. Iuxta illud: Benedictum lignum per quod *S.Tho.3.*
fit iuſtitia. Non potentia tantum inimicum noſtrum triumphaſti do *p.q.46.*
mine, eiuſque caput fregiſti, ſed iuſtitia illum viciſti, tot labores, & *art.4.*
angores, tot flagella, clauos & lanceam infracto animo, ardentiſſi-
maque caritate obire. Volens viciſti domine malignum: ſpontaneè
moriens, nam teſte Diuo Auguſtino: Non moritur amaritudo niſi in *S. Augu.*
dulcedine, non moritur frigus niſi calore, non eſt mortua mors niſi
in vita. Quis eſt vita? Chriſtus Deus noſter qui de ſe loquens Mar-
thæ dixit: Ego ſum reſurrectio & vita. Hanc præcellentem victó- *Ioann.11.*
riā viſu prophetico intuens regius pſaltes ait: Tu confregiſti capita
draconis in aquis. Nonne aquarum fluctibus in mari rubro tyran-
nus rex Aegypti & exercitus eius ſubmerſi ſunt populo Dei libe-
rato? Ad eandem imaginem Satanas cuius typum rex ille gerebat,
in ſacri baptiſmatis vndis, mirabiliter victus occubuit. Dicente apo
ſtolo: Quot baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Id eſt veteri homine *Galat.3.*
expoliato, quē ex Adamo terreno hereditaſtis, mirabilē Chriſti Ieſu
innocētiam, candidaq; eius merita induiſtis. Mirabile dictu! in lauā-
cro illo ſacro qui erāmus natura filij iræ, adoptionem filiorum Dei

vendi-

vendicamus, conculcato Satana. Confregiſti capita draconis, bone Ieſu, quando ex vtero intemeratæ tuæ matris prodiens, vagiens ac
Sapi. 7. flēs lacrymatus es, iuxta illud: Primam vocem emiſi plorans ſimilē filijs hominum. Iterum vidēs Mariam Magdalenam, & ſororē eius Martham, necem fratris ſui plorātes, miſericordia motus habenas lacrymis dediſti. Rurſus inter inſignia honoris inter tot lætantes choros, aſinæ inſidens, Hebræis dulciſona concinentibus cantica, ciuitatem videns, affatim fleuiſti, riſiſti autem nunquam, vt pulchrè ſanctus Baſilius teſtatur. Quorſum, bone Ieſu tot lacrymarum fluentá,
Eſai. 19. niſi vt capita draconis conteras? Huc quidem pertinet illud Eſaiæ Prophetæ: Iugum oneris eius, & virgam humeris eius, & ſceptrum exactoris ſuperaſti, ſicut in die Madian. En quibus calamitatibus eramus obnoxij antequam venires ad nos, Saluator noſter. Iugo ferreo nos premebat Satanas, virga ſeu iaculo nos vulnerabat, & tyrannico
Iudi. 19. potentatu nos infeſtabat, diù noctuq́; . Atqui inſtar Gedeonis ducis
Nota. fortiſsimi, qui lagenis fractis & tubis crepātibus Madianitas deuicit, tu domine flagellis diutiſsimè fauciatus, ſpinis coronatus, clauis cruci affixus lagena corporis tui fracta, tubáq; inſonante: Pater ignoſce illis quia neſciunt quid faciunt; te orante Madian occubuit. Nec alio
Ioan. 12. attinet quod ore tuo ſacro dixiſti: Nunc princeps mundi huius eijcie
Ioan. 16. tur foras. Et iterum: Princeps mundi huius iam iudicatus eſt. Quod profectò geſtum ſcimus, vbi in crucis patibulo lubens, pro nobis immeritis oppetiſti mortem. O propenſam ſummi numinis in nos caritatem! ò mirabilem dilectionis vim! Quid retribuemus domino, chariſsimi, pro tam innumeris donis, quæ nobis ipſe retribuit? Nedum noſtra, ſed nos ipſos dare, dicareq́; ſummo ſtudio, ſummoq́; conatu contendamus, cum apoſtolo acclamantes: Gratias Deo, qui dedit
1. Cor. 15 nobis victoriam per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Quam victoriam præbuit? Sanè de iniqua Iezabel carne noſtra, de fallaci mūdo, & de ſerpente lethali, trophea obtinuit; eaque vt eſt magnificus rex, orthodoxis ſuis impertiuit. Ecce quam pulchrè confeſtim, poſt protoplaſtorum piaculum Meſsias fuit promiſſus, & totius mundi medicamen apparuit, ne homines deſponderent animum. Sed pollicitatione illa roborati, & Chriſto redemptori fidentes, gemitibus, lacrymis & orationibus, illius aduentum deprecarentur.

Eſt & alia pollicitatio non vulgaris, quam Deus optimus viro ſan-
Gene. 23. cto Abrahæ olim fecit, de Meſsia venturo. Hic planè primus fuit qui promiſsionem benedictionis accepit. Nam cū eximia fretus fide

iuſsis Dei obtemperare haud dubitarit, domino præcipiēte, vt Iſaac vnigenam filium ſuum, quem è Sarra habuerat, & eius nomine promiſſa ſibi fuerat poſteritas: decreuit in monte eum factori ſuo immolare. At dominus, vtpote pater miſericordiarum, & Deus totius consolationis, qui potius affectum penſat quàm opus, ait illi: Per memet ipſum iuraui, quia feciſti hanc rem, & non pepercisti filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multiplicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cæli, & velut arenā quæ eſt in littore maris. Poſsidebit ſemen tuū portas inimicorum ſuorū, & benedicētur in ſemine tuo oēs gentes terræ, quia obediſti voci meæ. Quis precor non admiratione rapiatur, niſi amens ſit, ſi tota ſui intellectus indagine, ſchema hoc ſtupendum inſpiciat? Volūtate duntaxat Abraham, vnigenitum Deo dicauit, à quo in ſenectute ſua illum recepit, & non voluntate tātum, ſed opere ſimul æternus ac cæleſtis pater, ſe daturum filium ſuū qui totius mundi delicta perſoluat, vltrò promittit. Sub hæc inimicorum ſuorum infeſtātium triūphum pollicetur, & tādem benedictionem omnium gentium ex ſemine eius naſcituram aſſerit. De quo ſemine doctor gentium ad Galatas ſcribens ait: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ. Non inquit, in ſeminibus quaſi in multis, ſed in ſemine tuo, quod eſt Chriſtus. Quādoquidem Iſaac typum habebat Chri Ieſu, ille præter naturæ ordinem quidē natus fuit: Eò quòd mater illius, tum ſterilis tum etiam ſenectute cōfecta, adeò vt muliebria ei deficerent. Vnde niſi ope ſummi Dei freta nullatenus concipere quibat. Imò vt ſacra teſtatur ſciptura, ipſa diffidens, angeli nuntium fauſtum, irriſit. Quod planè admirabilem Chriſti cōceptionem, Spiritu ſancto operante, & eius natiuitatem ex virgine Maria futuram præſagiebat. Ceterùm Iſaac mira ac prompta obediētia, quid aliud quam Saluatoris obeditionem, ac mortē crucis præſignabat? Dicente Apoſtolo: Factus obediēs vſq; ad mortem, mortem autem crucis. Nec ſilentio ipſe id prætherijt ſed ait: Vt cognoſcat mundus quia diligo patrem, ſicut mandatum dedit mihi pater, ſic facio. O mirabilem prophetiæ adimpletionem Iſaac euadit vita donatus, & aries cornibus inter vepres hærens ſacrificium Deo gratum offertur. Quid aries paratus ad immolandum niſi corpus Chriſti ſacroſanctum inſinuabat? Sacrificium & oblationem noluiſti, aures autē perfeciſti mihi, ait filius ad patrem cæleſtem. Vbi apoſtolus. Corpus autem adaptaſti mihi iuxta quod pati, & mori poterat. Vepres & ſentes mūdi huius calamitoſi afflictiones, fames, ſitis, laſsitudo, dolor, angor & plęraq;

Gene.22. *Galat.3.* *Philip.2.* *Ioan.14.* *Pſal.39.* *Nota.*

raq; id genus noſtræ naturæ incōmoda ſunt. Cornua ſentibus hærētia, conſtantiam, patientiam, longanimitatem & tolerantiam, ceteraſque præclaras virtutes, quibus aduerſa quæque excipiebat, adumbrabant. Ignis quo aries combuſtus eſt, quid niſi ſummam eius erga nos caritatem indicabat? Hac amoris nimia flāma in ligno crucis adu ſtus obijt. Mira ſatis, & miranda res, aries occiſus fuit, & Iſaac vixit. Quo inuolucro agnoſcamus arcanum magnum, nam corpus Chriſti mortuum eſt, diuina eius natura nihil tamē patiebatur. Quod ſi Iudæi cæcutientes & adhuc velatam faciem, inſtar Moyſi habentes, in Iſaac referant hanc promiſsionem: In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ, videant obſecro quàm nihil benedictionis contigerit gentibus per Iſaac. At per Chriſtum Ieſum qui ex ſemine Abrahæ prodijt, apoſtolorum officio, vbique terrarum, gentes, muta idola ſpōte abierunt, quæ ſummo ſtudio pariq́ue religione colebant, diabolo ſuggerente. Imò Chriſti Ieſu crucem amplexantes, & ſacrum euangelium pectori ſuo ſcribētes, maiorum ſuorum inania dogmata horrentes, ſuperbiam, auaritiam, ceteraque vitia, quæ in eis regnabant ſpreuerunt. An non fuit hæc ſumma benedictio Dei ſuper gentes? Verùm maiorem nec expectare nec recipere vnquàm poterāt. Ieſus haud dubio benedictionis Dei fuit cunctis gentibus, cui ſi fide & caritate homines inſiti fuerint, participes erunt benedictionis ſummi Dei heredeſque non illius Paleſtinæ terræ, lacte & melle manantis, quippe quam carnales Iſraelitæ poſſederunt, ſed cæleſtis patria, vbi angelorum caterua, ſanctorumq; omnium cuneus ac veri Iſraelitæ, cum Chriſto Ieſu regnant.

Gene. 42 Nec abſimile oraculum, Iacob ſuis filijs benedictionem impertiens, ore ſuo deprōpſit: Non auferetur ſceptrum de tribu Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt. Ipſe erit expe-

Nota. ctatio gentium. Obſeruandum, quod non Iudæorum tātùm, ſed gentium expectationem Chriſtum vocauit. Nam, vt nuper diximus, in ipſo benedictio omnium gentium ſita erat. Adhæc proprio nomine Meſsiam appellat, nam ipſe mittendus erat à patre, vt genus huma-

Gene. 49 num redimeret. Et tempus præſtitutum inſinuās, ait: Non auferetur ſceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat qui mittendus eſt. Quod procul dubiò geſtum legimus, nam Herodes Idumeus regnabat & Hebræi Romanę dictioni obediebant, cui tributum nolentes perſoluebant. Extant quam multa prophetarum vaticinia, quæ te domine Ieſu verum Meſsiam oſtendunt. Supplex nunc ob-

ſecro

ſecro palam facias, an ſponſus ille ſis, quem maximoperè videre ſpon ſa in canticis affectabat dicens: Veniat dilectus meus in hortū ſuum, & comedat fructus pomorum ſuorum. Nempe dilectus meus es dn̄e per quem viuo, ſum, & ſapio. Ideo dignus eſt morte, qui tibi recuſat viuere, & qui tibi nō ſapit deſipit. Vt pulchrè ſanctus Bernardus nar rat, ſermo. 20. in cantica. Verum ſcriptum eſt: Deum time & manda ta eius ſerua, hoc eſt omnis homo. Ergo ſi hoc eſt omnis homo, abſ que hoc nihil homo. Dilectus meus es, qui me tot beneficijs affeciſti, ſed quod me plus vrget, plus accendit, illud eſt, quod in hunc mundum veniſti, & calicem amarum bibiſti in cruce obiens. Hæc paſſio tua, noſtram deuotionem auget, blandius allicit, iuſtius exigit, arctius aſtringit, afficit vehementius. Ieſu ſancte, Ieſu bone dilexiſti me pluſquam te, qui mori dignatus es pro me. Equidem dilexiſti me dulciter, ſapienter, & fortiter, dulcedo amoris tui effecit, vt carnem meam indueres, ſapiētia operata eſt, vbi culpam non aſſumſiſti. Fortitudo amoris illuxit quādo pro me immeritò mori dignatus es. Veniat ergo dilectus meus qui me erudiat verbo, & opere doceat, eū vni cè amare dulciter, ſapienter, & fortiter. Veniſti, ò Saluator mundi in hortum tuum, Eccleſiam tuam ſanctam, in qua vt hortulanus, diuerſa virtutum ſemina, & omnigena arborum plantaria manu tua regia po ſuiſti, vt de horto regis magni Aſſueri, memoriæ proditum eſt. Fructus pomorum tuorum comediſti, ſponſæ dilectæ precationi ſatisfaciens, vbi carnis noſtræ trabem induere dignatus es. Siquidem pomifera ligna inter arbores paradiſi voluptatis plantaſti, ad imaginem & ſimilitudinem tuam primos parentes creans. Quippe qui fidei caritatis, & ſpei ſanctæ fructus nimios proferrent, tibi obſequia, gratiarumque actiones indefeſsè perſoluerent. At peccato cuncta depopulāte aruerunt & ærumnis plurimis obnoxij extorres facti ſunt. Veniat & concito gradu, veniat dilectus & frater meus Chriſtus, & horum pomorū fructus edat, eſuriat, ſitiat & itineris labore defatigatus ſupra fontem ſedeat: flagella, vepres, & clauos ſuſtineat, ſitiens in cruce acetum felle miſtum bibat, & ſic edendo totius mundi debita perſoluat. Vt enim ſua egeſtate diuites facti ſumus, qui antea inopes eramus, veluti Apoſtolus docet, ſic eſuriendo & ſitiendo ipſe, noſtram eſuriem & ſitim ſatiauit, ſedauitq́;. Vel ſi mauultis, fratres, ſponſa dilectum ſuum aut fratrem venire exoptat, vt veniēs fructus pomorum ſuorum edat, gentesque vt olea ſter erant, ſua gratia irrigando oliuas frugiferas efficiat. Sponſi ea vox eſt: Meus cibus & meus

Canti.5. *Eccle.12.* *Nota.* *Heſter.1* *Nota.* *S. Tho.*

meus potus eſt, vt faciam volũtatem patris mei qui in cælis eſt. Quæ nam iſthæc voluntas ſit, pandit optimè Apoſtolus. Voluntas Dei, inquit, ſanctificatio veſtra. Et iterum: Deus vult omnes homines ſaluos fieri & ad agnitionem veritatis peruenire. Id autem non volunta te abſoluta vult. Alioqui ſemper fieret, ſed voluntate quam theologi vocant antecedente. Quæ diſtinctio non ex parte voluntatis diui-
S. Tho. næ accipitur, ſed ex parte volitorum. S. Thom. 1. par. q. 19. artic. 6. vel (vt B. Auguſtinus ait) Deus vult omnes homines ſaluos fieri, quia nul lus ſaluus fit niſi Deo volente. Cibum ſuum vocat Saluator, vt quàm plurimos ad ſe conuertat, ſuoſq; diſcipulos, & amicos reddat. Quorũ bona opera, candidas cogitationes, & verba ſancta, tanquam fructus ſuauiſsimus ſponſus edit. Mirabile dictu, ad ficum folia tantùm habentem currens, & eſuriens venit, cui maledixit, & confeſtim, ad ra-
Marci. 11 dicem vſque aruit. Quæ res maximum diſcipulis attulit ſtuporem. Ad hæc dilectus quotidie in hortum ſuum deſcendit & fructum comedit, cum mentes noſtras inuiſere dignatur, & iuſtorum operum delectatione ſatiatur. Eas ob res, ſæpeſæpius vos fratres ſuppliciter orantes cum ſponſa dicite: Deſcẽdat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructus pomorum ſuorum. Nempè opera noſtra, & ſua ſunt, quia ſine illo poſſumus facere. Mitto nunc breuitatis cauſa voces omnium prophetarum, quibus inſtanter Meſsiam aduentare cu
Exo. 3. piebant. Moſes apud ardentem rubum aiebat: Obſecro domine, mitte quem miſſurus es. Regius pſaltes itidem: Emitte manum tuam de alto. Quaſi diceret: Legem quidem ſanctam habemus, nihilominus manus deeſt, quæ eam ſua gratia liniat, & opere illã perficiat. Eſaias non tacebat: Emitte agnum domine dominatorẽ terræ de petra de-
Eſai. 16. ſerti ad montem filiæ Sion. Si ergo tu domine ſponſus es, & frater noſter, in quem gentes ſperant, ſi agnus totius terræ dominator & rex, teipſum oſtende, & quamprimum ſub humanitate diuinitatem latentem reſera.

Nota. Adortus tot clamoribus, tot & precationibus Saluator excitatus egregijs operibus ſe pandit verũ eſſe Meſsiam, tam diu deſideratum. Vnde reſpondit & quidem rectè, renuntiate Ioanni, quæ audiſtis & vidiſtis. Auditus ad doctrinam, viſus ad opera refertur. En fratres norma, quam obſeruare nos oportet, vt omnes ſciãt an Chriſtiani ſimus. Chriſtus Ieſus nedum verbis, ſed mirificis operibus aſtruxit ſe fore Chriſtum, erudiens nos, tum verbis tum operibus ſanctis, fidem noſtram cõfirmare. Quãdoquidem ſat non eſt, fidem integram habere,

niſi mandata pro captu ſuo quis opere adimpleat. Fruſtra Deus opti
mus digito ſuo mandata ſcripſiſſet, ſi ea tantum in tabulis lapideis ex
arata extarent. Hinc Moſe populum alloquente, atq; dicente: Hæc *Exo. 24.*
ſunt quæ mandauit ad vos dominus. Subinde vnanimes, vnoq; ore
dixerunt: Omnia quæcunque præcepit nobis faciemus. En obedire
per omnia mandatis ſpontè pollicentur. Et iterum Moſes exhortās
populum inquit: Facies ſicut promiſiſti domino. Sub hæc irriſor eſt *Deut. 23.*
ſeruus qui credit regem ſuū dominari vniuerſo regno ſuo, rebellis ta-
men ſit regis mandato. Is ſanè tanquā demens & inobediēs vulgares
non dabit pœnas. Huic ſimilis eſt fidelis quæ in Chriſtum credens,
temerè mandata eius tranſgreditur. Quid pluribus immoror fratres?
Nihil eſt quod magis nobis inculcet Saluator, quam quod fidem no-
ſtram operibus ſanctis aſtruamus. Hinc profectò in monte dogmata
ſalubria apoſtolis exhibens inquit: Sic luceat lux veſtra coram homi *Matth. 5*
nibus, vt videant opera veſtra, & glorificent patrem veſtrum qui in
cælis eſt. Quid obſecro lucidiùs, de operibus bonis, contra infelices
Lutheranos dici potuit? Ii ore reprobo, fidem quam ſanè non habēt,
magnificantes, bona opera paruipendunt, adulterātes Dei verbum,
in ſuam ipſorum perniciem ſacram ſcripturam retorquent. Talis qui
dem eſt carnis noſtræ genius ad malum propenſus, vt ſuo quæſtui
ſuæq; voluptati operam dare contēdat. In quos inuehitur apoſtolus:
Si ſecundum carnem vixeritis moriemini, ſi autem ſpiritu facta car- *Rom. 8.*
nis mortificaueritis viuetis. Oportet ergo cariſsimi vt lux veſtra co-
ram hominibus fulgeat, & opera veſtra bona conſpicua ſint homi-
nibus. Confeſsio peccatorum veſtrorū coram ſacerdote clam facta,
ſacramentalis communio, ſaltim feſtiuis diebus, orationes, ieiunia &
eleemoſinæ, teſtes ſint veſtræ ſacræ fidei. Nā qui dixit: Iuſtificati ex
fide, ſine operibus legis, ideſt, antiquę cęremonijs & vmbraticis ſacri
ficijs vacātis, ipſemet mētem ſuam aperuit ad Galat. 5. Fides quæ per *Ad Gala.*
dilectionem operatur. Hæc ſententia, cunctis locis Pauli de fide lo- *5.*
quētis accōmodari debet. Equidem ſine fide impoſsibile eſt placere
Deo. Quoniam Apoſtolo teſte, fides ſubſtantia eſt ſperandarum re- *Hebr. 10*
rum argumentū non apparentiū. Subſtantia autem rationem habet
primi, vt perbellè. S. Tho. 2. 2. q. 4. art. 7. eā obrē ordine generationis
fides prima eſt quā perficit caritas, quę per dilectionē operatur. Huc
pertinet illud Iacobi: Oſtēde mihi fidē tuā ex operib⁹: alioqui fides *Iacobi. 2.*
ſine operibus mortua eſt. Nōne Gedæō & cunei cuius, lagenas igne
plenas portabāt manibus & ſic Madianitas vincētes victoriam obti

nuerunt? Ita & nos fratres, lucernas ardentes in manibus habentes, opera ſancta patrantes, Satanam, mundum, & carnem animæ noſtrę hoſtes ſuperauimus. Animaduertēdum eſt, quod ſpōſa quæ eſt Eccleſia Romana, aut quælibet anima fidelis, non flores aut folia ſponſo Chriſto vehementer dilecto offert, ſed fructus qui opera bona præſi-
Canti.7. gnant. Omnia poma vetera & noua ſeruaui tibi dilecte mi. Cum beato Ioanne iam finem dare volo, quiq; vt erat dilectus Ieſu, ideo fidelibus operari ſuadebat: Non diligamus Deum verbo neque lingua,
1.Ioan.3. ſed opere & veritate. Non vt populus ille improbus labijs tātum honoremus Deum, nam hypocritarum hoc eſt, quos odio Deus habet. Opere diligamus, cui totum, quod habemus & ſumus, debemus. Nec veritas abſit in operibus bonis, nihil gloriæ nobis vendicātes, ſed cuncta in Dei laudem dirigentes cum Pſalmographo cantemus: Non nobis domine non nobis ſed nomini tuo da gloriam. Serui inutiles ſumus & quæ debuimus facere fecimus. Obmuteſcant poſthac neochriſtiani, fidei plus iuſto meritum dantes, fidei opera reſpuentes. Et
Eſai. 59. erubeſcentes fateantur oportet ſuam cæcitatem, dicātq; illud Eſaiæ: Palpauimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſq; oculis attrectauimus. Impegimus meridie quaſi in tenebris, & in caliginoſis, quaſi mortui. Nos felices Chriſtiani, Saluatoris noſtri ſacra dogmata habentes, ſatagamus oportet per bona opera certam facere noſtram vocationē.
Summa. Summa, fas erit fratres exemplo Ioannis Baptiſtæ, opera Chriſti egregia audiamus, etiam delictorum noſtrorum catenis aſtricti. Tam eſt efficax ſermo Dei vt ſua virtute ſoluti ouantes cum propheta concinnamus: Dirupiſti domine vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Diſcipulos ad Chriſtum oblegantes, cum deſiderijs ardentiſsimis, tum etiam orationibus aſsiduis illū ſupplices precemur, vt partes magiſtri gerat erga nos, à quo edocti in eum tanquā verum Meſsiam credamus, credentes autem illum, vt par eſt, candido diligamus pectore. Tandem regem noſtum, vt exēplar viuidum vbiq; in corde verſemus. Ille verbis & operibus ſeſe Meſsiam & verū Chriſtum eſſe pandit, nos item perfectos Chriſtianos ad eandem imaginem ſubindicemus, fide noſtra operante per dilectionem, dicēte do-
Apoc.22 mino: Ecce venio citò, & merces mea mecū eſt, dare vnicuiq; iuſta opera ſua. Quippe quæ ſi ſancta fuerint ſuos operatores non deſerēt, donec eos in cælum euectos deducant ad æternam gloriam. Pręſtante domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum Patre & Spiritu ſancto regnat in ſecula. Amen.

ANNOTATIONES appendices.

PRimò magnoperè obſeruãdum eſt, quam ſit verum dogma illud apoſtoli, nequis ignoret vitam hanc calamitoſam, laboribus fore plenam: Omnes qui pie viuere volunt in Chriſto Ieſu, perſecutiones patientur. 2. Thim. 3. Non quoſdam dicit, ſed in vniuerſum loquitur, ne aliquis obdormiat, ſecuritatem falſo ſibi promittens: dicente domino: Si me perſecuti ſunt & vos perſequentur. Non eſt ſeruus maior domino ſuo. Nempe verba hæc emphaſim habent & pectoribus noſtris ſunt figenda. De ijs fuſiùs loquitur S. Baſilius lib. Moral. regula. 62. Qui verò beatum Ioannem, adeò ſanctum, imò ab vtero matris ſanctificatum, in vinculis eſſe audit non ſcandeſcat, nec ſtupeſcat, nam quiſquis piè ac ſanctè vitam ducere cupit, is neceſſum eſt, vt varias patiatur perſecutiones. Cùm à Satana, tum à mundo, tum denique à carne ſubdola. *Annot. 1.* *Ioan. 15.* *S. Baſil.*

Secundò paſtores ſanctæ Eccleſiæ, vbi Ioãnis curam vident in medendis diſcipulorum ſuorum animabus, quiq; in Chriſtũ Ieſum minimè credebant, donec interrogatione facta tot miracula viderũt, huic vel maximè diſcant, ouibus ſuis mederi, certo certius ſcientes, pro illis ſtrictam rationem, breui admodum reddendam. Necnon & illud Ezechielis ob oculos ſemper habeant: Ipſe peribit, animam autem eius de manu tua requiram. Tremebundi ſcubias agant, ne, quod dominus auertat, vocem illã audire eis contingat: Væh paſtoribus qui ſeipſos paſcunt, Ezechie. 34. Sed contrà, vocem illam fauſtiſsimam, & mellita dulcedine ſuauiorem, omnium animarum bonus paſtor Chriſtus emittat: Euge ſerue bone & fidelis, quia ſuper pauca fuiſti fidelis, intra in gaudium domini tui. Mira res, quam paruipendat Ioannes libertatem, & vincula, & quod pluris faciẽdum eſt uitæ propriæ periculum ſpernat, modo diſcipulos ſuos fide & caritate Chriſti incolumes ac roboratos relinquat. Sanctorum omnium planè vox illa eſt, ſuperabũdo gaudio in tribulationibus meis. Heu nos triſtamurr, ingemiſcimus, cauſamur, imò aduerſitate imminẽte vt puſillanimes ſuccumbimus. Ea propter orandum vbiq; eſt: Domine ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos à malo. 2. *Ezech. 34*

Tertio Saluator nõ verbis tãtùm, ſed operib9, ſe Meſsiã fore aſtruxit, quo nos erudiat, mãda torũ eius obediẽtia nomẽ excelſum Chriſtianitatis, quo inſigniti ſumus, aſſerere. Nã qui fidẽ exigit dixit: Qui 3.

crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. Is ipſe addidit: Ite baptizā
tes eos in nomine patris & filij & Spiritus Sācti, docētes eos ſeruare
Ioann. quæ præcepi vobis. Et iterū: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego
præcipio vobis. En amicitia & neceſsitudo, ſita eſt non in fide tantum,
ſed in operibus, vt peruicatia hæreticorum pereat. Miror autem
fideles quoſdam qui integram fidem habētes, opera praua operantur.
Ii ſimiles ſunt effrateis qui non valētes exprimere Seboleth,
id eſt ſpica, quadraginta duo millia vna die ex tribu Efraim occiſa
Nota. ſunt. Iudi.12. Spica quidem fructus ſalubres præſignat, quos qui non
fecerint cum diabolo in gehēnam mittentur perpetim cruciandi.

4. Quartò, quo honore Chriſtus ſuos electos proſequatur, adhuc in
hoc mortali corpore viuentes, palam eſt, vbi tot encomia ore ſuo be
Sancti honorandi ſunt. nedicto protulit de Ioanne, conſtātiam mirabilem eius accerrimam
pœnitentiam, & dignitatem, ſtylo ſubtili explicans. Nos hoc exemplo
exortans, quanti facere nos oporteat Dei electos. Huc attinet illud
Dauid hæreticos omnes proſternens: Nimis autem mihi honorati
ſunt amici tui Deus. Pſal.138. Verùm ſanctos orare & precari noſtra
maximè refert, vt apud Deum intercedere dignētur pro nobis.
Verùm ſi adhuc peregrini, & extorres in hac vita, ſua caritate commoti
pro populo Dei orabant, vt de Moſe in monte, & de Hieremia
legimus, quanto magis poſt coronas acceptas, poſtq; triumphos &
victorias adeptas pro nobis orationibus inſtabunt? S. Tho.2.2.q83.
artic.11. de hoc latius.

5. Quintò adnotādum, quomodo Deus optimus electos ſuos in hac
vita aduerſa pati velit. Hinc crebrè illæ prophetarum querelæ: Quare
via impiorum proſperatur? Iere.12. Item: vſquequo clamabo & nō
exaudies conculcante impio iuſtiorem ſe? Abac.1. Rurſus Dauid: Zelaui
ſuper iniquos pacem peccatorum videns. Pſalm.7. Nempe hic
opus, hic labor non vulgaris eſt. Nam ſingulari diuinæ ſapiētiæ con
ſilio id contigit, vt pij vel aduerſis purgentur, vel plus meriti habeāt,
& impij magis ac magis obcæcati pœnis maioribus cū Satana crucientur.
Quodquidem ſancti viri perſuaſum ſibi habent, ſpiritu
Dei afflati. Rudes verò non æquè intelligunt. Vnde
Tobi.3. ſanctus vir Tobias clamat: Domine in
tribulatione peccata di
mittis.

¶ Finis Declamatio tertiæ.

DOMINICAE Tertiæ.

Declamatio Quarta.

MAGNA quidem ſunt elogia fratres, quæ de ſacerdote magno Simone filio Oniæ, in ſacra *Eccl. 50.* ſcriptura legimus. Quippe qui quaſi ignis efful-gens, & quaſi thus ardens in igne erat. Inſuper ſicut vas auri ornatum omni lapide pretioſo, eccleſiaſtico teſtante, in mundo apparuit. Quæ omnia accumulatius, in beato Ioãne Baptiſta adinueniemus, ſi penitiùs illius ſanctimoniã, & omnium virtutum inſigne contemplari velimus. Quandoquidem, ſicut ſtella matutina in medio nebulæ, longe lateq; effulſit, quando adhuc in tentorio vteri ſuæ matris Chriſtum regem agnouit, ac pro virili ſua redemptorem mũdi gliscens, aduentaſſe proclamauit, vt latius in Declamatione viſitationis Deiparæ virginis oſtendimus. Sub hæc in medio nebulæ ſtella hæc fulſit, in eremo ſcalenti, tot annis, vbi inediæ ſtupendæ, orationi & contemplationi ardentiſsimè vacauit. Mira res, puerulus tenerrimus parentum delitias & diuitias contemnens, hominum conſortia abhorrens, deſertum petijt, cum Dauid declamans. Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine. Fulſit præ *Pſalm. 54* terea vt ſidus reſulgentiſsimum in ripa Iordanis, ſolem iuſtitiæ Chriſtum Ieſum, digito ſuo oſtendens. Quippe quem, ſcitè agnum Dei appellauit: Quaſi luna plena in diebus ſuis luxit baptizando, & pœnitentiam populo Hebræorum ſuadendo. Pœnitentiam agite, ait, & *Matt. 3.* appropinquabit regnum cœlorum. Denique, vt ſol refulſit in templo Dei, miro ſanctitatis radio ſic fulgens, vt populus expectaret, verum eſſe Meſsiam, vt ſanctus Lucas teſtis eſt. O vas admirabile, opus excelſi ſolidum; decoratum omni lapide pretioſo, fide, caritate, & ſpe roboratum. Ita vt Phariſæi literarum callentiſsimi, mitterent ſa-

cerdotes & Leuitas ad eum, vt interrogarent, an eſſet Meſsias. Sicut nunc Euangelica patefecit hiſtoria.

Euangelium. *Ioann.1.* *Marc.11.* *Matthæ.* *Lucæ.3.* Miſerũt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & Leuitas ad Ioannẽ vt interrogent eum: Tu quis es? Duo potiſsimè fratres in hoc Euangelio ſeſe conſideranda offerunt. Primum ſubdola & omni dolo plena Phariſæorum interrogatió. Secundum quod magni momẽti eſt, ſtupenda Ioannis humilitas adfabrè nunc deſcribitur, qua eximia virtute roboratus, gloriosè triumphauit infeſtiſsimos hoſtes, & tentatores. Ob id ſacrum Euangelium domino aſpirante rimantes, in ſecunda parte declamationis de victoria mirabili quam Ioannes hodie obtinuit, nonnulla dicemus. Præcedẽti dominica ex ore Saluatoris noſtri audiuimus, quam fuerit beatus Ioãnes laudibus euehendus. Quẽ planè veritatis magiſter Chriſtus arundinem vento agitatam non eſſe aſſeruit, nedum Prophetam, ſed pluſquam Prophetam, illum appellauit. Imò angelum à Malachia prophetatum fore aſtruxit. Hũc Iudæi videntes, tum vita candida, tum ardenti doctrina, tũ deniq; baptizandi miniſterio fulgentem, ac remiſsionem peccatorum per pœnitentiam pollicentem, magno conſilio, delectum agẽtes miniſtros mittunt, vt interrogent eſſet Chriſtus necne. Ecce quid Iudæos adegit hoc tẽtare. Nempe cõuerſatio eius inaudita, auſteritas ſingularis, flammea doctrina, & ſerioſiſsima pœnitẽtiæ annuntiatrix, cõmouerunt illos vt legatos mitterent ad Ioannem. Ad hæc fortiſsima erat ſuſpitio in populo, ne fortè ipſe Meſsias eſſet. Aduertendum hic eſt, quam ſit inſignis hæc legatio vbi mittẽtes apprimè ſunt eruditi, nam teſte Origene, quos Ioannes Iudæos vocat phariſæi erant. Sub hæc qui miſsi fuere ſacerdotes & leuitæ, legiſperiti erant, nõ ex quauis villa aut pago, ſed ab Hieroſolymis veniẽtes, vbi profectò, tẽplum & ſacrificia, necnon magna ſciẽtiarum peritia vigebat. Itaq; religio phariſæorum, ſapiẽtia ſacerdotum & Leuitarum interrogantium, ciuitatis ſanctæ maieſtas, legationẽ hãc mirũ in modũ nobilitabãt, & plus põderis habebãt Ioãnem præcipitãdi, ni Spiritu ſancto eſſet plenus, cuius virtute & opera victor euaſit, vt ſacra recenſet hiſtoria. *Origen.*

Ceterùm, admirari nequeo, quorſum Iudęi literis ſanctis cãdidati, Ioannem Chriſtũ fore exiſtimarent, de vulgo rudi & imperito, non æquè miror, prophetarũ oracula, minimè callebat. At ſcribæ, ſacerdotes, & phariſæi ſacrã ſcripturam perſcrutãtes quotidie, quonã pacto hoc, quod interrogãt, ignorabãt? Sanè Ioannẽ non eſſe Meſsiã ex tribu, ex matre, ex ciuitate, ex nomine, ex miraculis ſatis noſſe poterant.

rât. Equidem Chriſtus ex tibu Iuda erat naſciturus. Vnde Iacob benedicens filijs ſuis ait: Non auferetur ſceptrum de tribu Iuda, neque dux de femore eius donec veniat qui mittendus eſt. Et rurſus: Iuda te laudabunt fratres tui. Huc pertinet illud pſalmi: Iurauit dominus Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eum, de fructu ventris tui, ponam ſuper ſedem tuam. Ex matre ſterili & annoſa Ioânes filius erat. Chriſtus verò oriundus erat ex virgine ſancta. Eſaia clamante: Ecce virgo concipiet, & pariet filium. Ex ciuitate, quandoquidem Ioannes in montanis Iudæ ortus eſt, Chriſtum vero in ciuitate Bethleem ſecundum Micheæ vaticinium. Ex nomine, quoniam Baptiſta Ioannes vocabatur, Meſsiæ autem celebrius nomen eſt, Emanuel, hoc eſt nobiſcum Deus, vti Matthæus interpretatur. Imò ipſe erat, magni conſilij angelus, Deus fortis, princeps pacis. Ex ſignis & portêtis, Ioannes Meſsias non admodum agnoſci poterat. Dicente beato Ioanne euangeliſta. Ioannes nullum ſignum fecit. At contra, Meſſias miracula ſtupenda erat facturus, vt Eſaias vaticinatus eſt. Quam prophetiam Saluator opere impleuit, diſcipulis Ioannis reſpôdens, cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundantur, &c. Cum ergo res ita ſe habeat, quorſum nuntios ſciſcitaturos ablegant phariſæi ad Ioannem, ſit ipſe Chriſtus tantoperè deſideratus an non? Profectò verſuti Iudæi non hoc interrogant vt ignari, ſciebant nimirum prophetias, quas adduximus, & alias id genus, ſed ſubdolè interrogant vt præcipitare eum poſsint,, & tanquam blaſphemum lapidare valeant, quaſi nomen & officium Meſsiæ falsò vſurpantem. Suadet mihi hoc, primo quod ſacrificia & oblationes paulatim labefactabâtur, eò quod omnis Iudæa & maritima, confluebant ad Ioannem, vt cæleſtem eius doctrinam audirent, baptizareturque ab ipſo. Vt in Euangelio legimus. Ecce quæſtus Sacerdotum penè deficiebat. quem vel maximè ipſi affectabant. Præterea, Ioânes genimina viperarum eos vocabat, duriuſcule illis loquens, quod ſanè illi ægrè ferebant, vtpote ſuperbi. Vera eſt ſapientis illa ſententia, & controuerſiam non patitur. Argue inſipientem, & adijciet vt odiat te. Vehementer oderant Ioânem ob hanc cauſam, ideò modis omnibus eum inſectabantur, vt occiderent. Deniq; populo applaudere, in omnibus cupiebant, cuius laudem & gloriam venari ſtudebant. Qui ſanè (vt Lucas nobis retulit) expectabant quod Ioannes eſſet Meſsias. O mundum fallacem, & omni dolo plenum, talis eſt genius tuus, taliſque peculiaris conditio. Exaltas tuos, vt deprimas, magnificas, vt

Gene. 49. *Pſal.* 131. *Eſai.* 7. *Eſai.* 9. *Ioan.* 10. *Eſai.* 35. *Nota.* *Prou.* 9. *Luce.* 3.

Heſt. 16 ſtatim in gehēnam illos proijcias. Quod videre eſt in Amam Regis Aſſueri Principe, quem omnes adorabant, iuſſui eius cuncti parebāt. Nihilominus in cruce aſlixus, miſerè perijt. Antiochus tyrānus, Herodes cruentus, qui Baptiſtam decollauit, percuſſus ab angelo ver-

Act. 12. mibus deuoratus, angore ingenti afflictus obijt. O vos cariſsimi nolite diligere mundum neq; ea quæ in mundo ſunt. Totus in maligno poſitus decipere vos nititur, nullum non mouens lapidem, quo vos in baratrum mittat. Is eſt, qui Ioannem exaltare vult, vt confeſtim interficere queat. Quandoquidem, verſuti infeſtatores, haud ignorabant periculum capitis quod contigit, Iudæ Galileo & theodæ

Acto. 5. Meſsiæ nomen vſurpantibus. Ipſi & omnes qui eos ſequebātur, quā ocyſsimè interfecti ſunt. Idque contigiſſet Ioanni, ſubinde, vt rapinam arbitratus, Chriſti nomen ſibi vendicaret. Proh nefas! verum Chriſtum Ieſum, cui omnes Prophetæ teſtimonium perhibuerunt, quiq; ſignis & portentis, ſe verum Meſsiam probauit, coram Pilato

Nota. abnegarunt, dicentes: Non habemus regem niſi Cæſarem. Imò eum cruci affigentes interfecerunt, tantum abeſt vt Ioannem tanquam Meſsiam haberent & honorarent. Et quo tendebat eorum machina & fictio, nolebant talem Meſsiam qui malefacta eorum obiurgaret, & ſauciatis conſcientijs illorum mederetur, ſed perimere contendebant Ioannem ſanctum & iuſtum. Ipſe autem afflatus diuino numine, agnoſcens corda ſauciata ipſorum, non tam ad verba quam ad

Text. iniquam intentionem reſpondit: Non ſum ego Chriſtus. Sic confeſſus eſt & non negauit. Nempe tardis reſponſio humilitati Ioānis minimè conueniebat, niſi cælica luce illuminatus, corda eorum praua penetraret. Nam ſi quis prætor noctu excubias agens, ſuper ciuita-

Collatio a ſimili. tem ſuam euigilans, quempiam interrogaret: Quis es tu? Ille vero dicat: Non ſum rex, aut princeps, ſuperciliosa videretur reſponſio. Eodem pacto niſi agnita nequitia, Phariſæorum & Sacerdotum, humilis Baptiſta hoc modo, neutiquam reſponderet ſciſcitantibus. Cete-

S. Chryſ. rum ſcientiæ Chryſoſtomi temerè contradicere non audeo. Fieri poteſt, vt Iudæi contemnentes Chriſtum quem filium fabri vocabant, quiq; vitā communem, veſtitum & victum accipiebat, iuxta illud: In terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt, quod quidem

S. Thom. 3. par. effectui incarnationis expediebat. S. Tho. 3. p. q. 40. artic. 1. Eam ob rē Ioannē hoc honore proſequi volebant, tum quia nobilis & ex proſapia ſacerdotali natus, tum etiam ob eius auſteram, & propemodum cælicam vitā. Sed, vt erant ipſi ſuperbi & improbi, tam humilē Chri-

ſtum.

ſtũ, & omni ex parte perfectũ virũ, nequaquã dominari ſuſtinebãt. Quod verò Euãgeliſta inquit. Confeſſus eſt & nõ negauit, Ioannem indicat veritatẽ dixiſſe, & eã nõ negaſſe. Vel ſic: Cõfeſſus eſt, qđ nõ eſſet Chriſtus, & poſtea nõ negauit ſe vocẽ dñi fore. Nẽpe, ſi ſe Chriſtũ diceret veritatẽ negaret, & nõ mẽbrum Chriſti, ſed tanquã Antichriſtus nequã haberetur. Vidiſtis, vt reor, diaboli aſtutiã, ſuorumq; filiorum horrẽdam cautelam, nunc audite illorũ pertinacẽ furorem. *Nota.*

Quid ergo? Helias es tu? Et dixit nõ ſum. Hic liquidò comprehenditur, quod interrogatio, an eſſet Chriſtus fuit. Nam ſtatim aliter interrogare cœperunt. Deprehẽſos nunc ſe agnoſcunt, quare non rurſus de Meſsia percontantes alio ſe vertunt, & an ſit Helias ſcire volunt. Iamdiu legerant in Malachia Deum promittentem ac dicentem: Ecce ego mittam vobis Heliam, antequam veniat dies domini magnus, & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Id eſt vnam & eadem patrum & filiorum fidem in cordibus omniũ reſtituet. En cęcitas Iudęorum ſperãtiũ Meſsiam, qui iam venit, duos aduentus in vnũ conflãt, prępoſterè intelligentes ſcripturas. Nẽpe vt nos redimeret, mãſuetus & pius venit, dicente Zacharia: Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Hic manſuetudinem ſuam palàm faciẽs Saluator dixit: Nõ venit filius hominis, vt iudicet mundũ, ſed vt ſaluetur mũdus per ipſum. Horribilis verò dies dñi de quo loquutus eſt Malachias dies extremus eſt, quando veniet in maieſtate ſua & omnes angeli cum eo, vt fuſius in ſecunda declamatione oſtendimus. Sanè ſi hũc duplicem aduẽtum Chriſti, Iudęi intelligerẽt ſubinde ad Chriſtũ currerẽt, credẽtes. Quærũt ergo de Helia qui curru igneo euectus raptusq; fuit, Eliſeo aſpectãte, quiq; aduentũ Chriſti ad iudicãdum præuenturus eſt, in ſcitia ſua decepti, & à toto cælo errãtes. Ioãnes ſcopum, & eorũ finem cõſiderãs, optimè reſpondit: Nõ ſum Helias. Nec obſtat quicquã Chriſtum dixiſſe de Ioãne, ſi vultis eũ recipere, ipſe eſt Helias. Gabriel angelus hãc quęſtionem vno verbo ſoluit dicẽs: Ipſe Veniet in ſpiritu & virtute Heliæ. Nẽpe ſpiritu Dei roboratus Helias ſeudoprophetas Baal occidit & zelo accenſus regẽ Achab reprehendens, nihil veritas eſt. Nihilo ſecius Iezabel fragili muliere ſæuiente, Helias fugit, & in deſertum comuolauit, vt ſacra teſtatur hiſtoria. Ecce mortem timuit vt homo, qui virtute ſummi numinis fretus tot egregia opera patrauit. Atqui Ioãnes, ſpiritu ſancto plenus, in virtute & ſpiritu Heliæ venit, regem Herodem, & iniquam Herodiam taxans. Verumtamem, perſecutione

Text. Malac. 4. Zacha. 9. Matt. 25. 4. Re. 2. Matt. 11. 3. Re. 17.

imminente non trepidat, non deſerta petit, ſed infracto animo, imò gaudenter ſuſtinet vincula, & carcerem, & quod plus eſt, colla ſubmittit gladio. Non adhuc quieſcunt tentatores infeſtiſsimi, ſed vltra procedentes inſtant.

Text. Propheta es tu? Tertiò iam interrogant, nec deficiunt inquirentes. Vtinam & nos ſic in bono opere ſtabiles eſſemus, vt iniqui in malo perſeuerantes eſſe ſolent, ſed heu, quã vera eſt ſentẽtia illa Chriſti.

Lucæ.16. Ieſu: Prudẽtiores ſunt filij huius ſeculi filijs lucis, in generatione ſua. Sanè erubeſcẽs hæc loquor, videns quotidie auarum pro quæſtu exi-

Nota. guo Maria transfretare, climata inacceſſa inuiſere, & prætextu cuiuſuis honoris, itineris longiſsimi intercapedine, varia regna perluſtrare. Nos verò diuitias cæleſtes, regnumq; æternum nihilipendentes, ſtertimus, torpemus & ferè pedem mouere volumus. Tenaces ergo Sacerdotes ac Leuitæ, poſt tot reſponſa à Ioanne data non deſiſtunt. Quò minus eum quæſtionibus propemodũ innumeris adoriantur. Nũ propheta es tu, aiunt? Græcè non ſine articulo habetur, To prophitis. Ille Propheta: Stupor me cõplectitur, cæcitatẽ horũ vidẽs. Quãdoquidem legẽtes vatũ oracula, nõ intelligebãt. Nec mirũ, quoniã cæcauit eos malitia eorũ, praua volũtas obnubilare ſolet intellectũ. Huc attinet quod de ijs Saluator aſſerit: Sinite illos cæci ſunt, & duces cæcorum, Sanè Meſsias non alius ad hoc Propheta eſt, de quo

Deut. 18. Moſes: Prophetã ſuſcitabit vobis dñs. Textus ſic habet, prophetã ſuſcitabo eis, de medio fratrũ ſuorum ſimilẽ tui. Et ponã verba mea in ore eius. Loqueturq; ad eos in nomine meo, quæ præcepero illi. Qui autẽ verba eius audire noluerit, ego vltor exiſtã. Planè Chriſtus ſimilis fuit Moſi, nam vterq; legifer. Ille legẽ operũ fert, Chriſtus legem

Ioann. 1. gratiæ dedit. Lex per Moſem data eſt, gratia & veritas per Ieſum Chriſtũ facta eſt, ait Ioãnes. Moſes præfuit ſynagogæ, Chriſtus caput eſt ſanctæ eccleſiæ, dux doctor, ac rex. Adhæc quicquid docuit patris cæleſtis fuit. Mea doctrina non eſt mea, ſed eius qui miſit me, ait filius. Hunc prophetam ſe eſſe rectè Baptiſta negat, vt negauit ſe fore Chriſtum, paulo ſuperius. Eò quòd nõ alter Chriſtus promiſſus, & alter ille propheta erat, de quo Moſes vaticinatus eſt. Quod autẽ Zacharias pater eius ſpiritu Dei afflatus dixit: Tu puer propheta al-

Leui. 2. tiſsimi vocaberis, & dominus inter elogia Iuannis aſſeruit, Amen dico vobis prophetam & pluſquam prophetam, imò inter natos mulierum nõ ſurrexit maior propheta, ſtatim Saluator intulit, nihil officit ſententiæ Ioãnis. Saluator quidẽ alijs prophetis illum exæquauit,

Baptiſta verò de illo magno propheta Chriſto venturo reſpondit. Quãdoquidẽ prophetia ad cognitionẽ pertinet,iuxta illud: Qui hodie propheta dicitur,olim vocabatur vidẽs. V bi S.Iſidorus.lib.Etymo.Ob id olim vocabantur prophetæ,ſeu videntes,quoniã videbãt quæ in myſterio abſcondita erãt. Ideò ethnici eos appellabãt vates, à vi mentis. Primitus prophetia conſiſtit in cognitione,ſecũdariò in eloquutione.Et in hoc miniſterio Ioãnes ſingulari priuilegio ditatus primas habuit,adhuc in aluo ſuæ matris agnoſcẽs Saluatorẽ, gaudio prophetico illũ iam iã aduẽtaſſe proclamauit.Mirabile dictu,omnes fili Adæ exules,à lacrymis vitã hãc, mille ærũnis refertam auſpicamur.Baptiſta autẽ cõtrà, in vtero exiſtens miro iubilo exultauit. 1.Reg. 9

Ceterùm cariſsimi altiùs rem indagantes,tota animi attentione inſpicite quam ſit verum, quòd angelus nuntiauit Zachariæ: Replebitur ſpiritu ſancto adhuc ex vtero matris ſuę,vinum & ſiceram non bibet.Sanè quia anima eius benedicta gratia ſummi numinis erat plena,mũdialis honoris,haut capax erat.Sed quid magnum laudatur in Ioãne,vino & ſicera nõ vtẽte? Primò eum Nazareũ hoc indicat,& Nazareorũ legẽ quo ad vixit ſeruauit. Secundò,vinũ in ſacra ſcriptura magnum honorẽ ſiue laudẽ præſignare ſolet. V nde ſcriptum eſt: O Lamuel,noli vinum dare regibus, ne fortè inebrientur,& obliuiſcantur iudiciorum. Obſeruandum quod non ſemel,ſed iterato hoc ſapiens commendat: Noli vinum dare regibus, noli vinum dare regibus. Perinde dicat: V t vinum bibentem inebriare poteſt, ſi plus nimio bibat, ſic nimius honos, nimiaque Laus, nocet regibus,& magnatibus.Hoc ſanè mero inebriatus rex Balthaſar, Herodes,& plerique alij,velut inebriati perierũt.Date ſiceram merentibus,& vinum ijs qui amaro ſunt animo.Quid ita? V t bibant & obliuiſcantur egeſtatis ſuæ,& doloris ſui non recordẽtur amplius. Afflictis & angore conturbatis, honor & laus largienda eſt, ne fortè animum deſpondeant, & prorſus ſuccumbant.Nazareus noſter Deo optimo ſacratus Ioannes, hodie vinum & ſiceram bibere noluit, eò quòd Nazareus erat. Sanè vinum ſatis fortè honor Meſsiæ eſt, quod nimirum vel deguſtare renuit dicens:Non ſum ego Chriſtus. Rurſus dant ei Hebræi ſiceram, Heliæ præſtantiſsimi vatis dignitatem offerentes, horret itidem illam reſpondens, non ſum. O nos beatos fratres ſi præcurſoris veſtigia poſthac ſequamur, vinum, aut ſiceram nec delibantes. Gloriam mũdi magnam ſiue paruã, toto niſu fugientes,laudes hominum nullatenus aucupari volentes. Nonne omnis caro fœnum fragile

Nota. *Luc.* 1. *Prou.*31. *Nota.* *Eſai.*40.

gile eſt,& omnis gloria eius quaſi flos fœni? Floris inſtar profectò,ca
riſsimi,regalis corona, ſceptra principum indies areſcũt, dilabuntur
ac labefactantur. Nazarei ſumus baptiſmatis vnda Chriſto Ieſu ſa-
crati,cãdidam agamus vitam oportet, mũdi honores ſpernẽtes,cum
apoſtolo clamantes: Abſit mihi gloriari,niſi in cruce domini noſtri
Ieſu Chriſti. En vbi gloria noſtra,honor & gaudium ſitum ſit. Nẽpe
Thren.4 in cruce,& probro Chriſti Ieſu. Nec abs re de huiuſcemodi fidelib⁹
ſcriptũ eſt:Cãdidiores niue Nazarei eius. Cuius eius? Sanè Chriſti Sal
uatoris noſtri, cui nos totos deuouimus obtulimusq́; ſacri baptiſmi
Honor laticeablutos. O vinũ lethale, mũdi honor, o ſydera veneno plena ac
mundi. peſtilentiſsima, tu primos parentes ſic inebriaſti, vt verborum Dei
obliti infeliciter occumberent. Tu fallax & inanis gloria Luciferum
& complices eius, in gehẽnam ignis detractos præcipitaſti, & nunc
Ioannem vincere vehementer laboraſti. Non autem, ope ſummi
Dei adiuuãte, illum tuæ ditioni tyranicè ſubiugare quiuiſti. Oremus
Pſal.35. fratres, & inſtanter oremus, regalis prophetæ verbis vtentes: Do-
mine Deus, non veniat mihi pes ſuperbiæ, nec me conculcet vn-
quam. Non precor pientiſsime, ac potentiſsime Deus meus, ſinas
me in hanc abyſſum, profundamque voraginem ruere. Nunc ſan-
ctum euangelium proſequamur.

Text. Dixerunt ergo ei, quis es, vt reſpõſum demus ijs, qui nos miſerunt?
Quid dicis de te ipſo? Satis ſupraq́; Ioannes legatis ſatisfecerat, ne-
gando ſe non eſſe Chriſtum, neque Heliam, nec prophetam. Nihi-
lominus ipſi adhuc vrgent inſtantius. Siccine quieſcere nequit liuor
iniquorum, donec vel capiat, vel capiatur ſuo laqueo. Verum quò
benignius eis reſpondebat Ioannes, eò grauatius ſemper ipſi illum
adoriebantur varijs quæſtionibus, extorquere cupientes ab eo, vt
aliquid de ſe ſublimiùs prædicaret. Aduertendum hic eſt, plus labo-
raſſe in hoc agone, quam in carcere vinculis ferreis aſtrictum. Nem-
pe viri ſancti & athletæ ſtrenui Chriſti, nihil minùs trepidant quàm
3.Re.19. corporis mortem, animæ autem necem maximè horrent. Imò eni-
xè orans cum Helia: Tolle quæſo domine animam meam, non me-
lior ſum quam patres mei. Rurſus cum Dauide clamant: Domine
Pſal.141 educ de carcere animam meam, vt confiteatur nomini tuo. Potiſsi-
mè poſt quã Chriſtus Ieſus venit in mũdum, vt mortem moriẽdo de
ſtrueret, etiam antequã patibulum crucis aſcenderet, vt nos proueher-
ret in cælum. Simeon iuſtus igneo amoris affectu Saluatorem preca
Luce.2. batur: Nunc dimittis ſeruũ tuum dñe, ſecũdum verbum tuũ in pace.

Ioannes verò non Ieſum puerum, ſed virum triginta annos natum vidit, ſuiſque manibus baptizauit in Iordane; quanto ergo maiori, ac feruētiori affectu cupiebat mori, vt priſcis patribus in limbo nūtiaret agnum Dei Chriſtum aduentaſſe, quem hominibus iam nuntiarat? Atqui legatis hiſce interrogātibus, an Chriſtus eſſet, nitebantur ſummoperè eū ſeparare à Chriſto. Quæ res vt erat ardua maximum angorem, magnam & anxietatem attulit dilecto ſpōſi. Dolebat ſanè, & ſupra modum dolebat, videns Iudæos cæcucientes, & verum Chriſtum ſpernentes, aliumque tanto ſtudio quæritare. Vnde diſcipulis non ſine lacrymis dixit: Illum oportet creſcere me autem minui. Perinde dicat: Tanto amore Ieſu Nazareno ſum alligatus, vt votis ardentiſſimis cupiam deiectionem meam, vt ipſe magis ac magis ſit agnitus, à cunctis dilectus, & honoratus, itaque fratres, quodammodo conflictum hunc, durius apellarem martyrium, eo quod ab Herode iniquo paſſus fuit. Proh dolor! quā præpoſterè nos ipſi agimus, mortem corporis, quæ iam tranſitus ad perēnem vitam facta eſt, toto niſu fugimus, eamque vehementer horremus, ſeparari autem à Chriſto, paruipendimus quotidie delinquentes, mandata eius ſancta, pro nihilo ducentes, imò ſcelera ſceleribus paſſim accumulantes, iuxta illud: Sanguis ſanguinem tetigit. Sed quam humiliter, quamque modeſtè præcurſor domini reſpondeat videamus. *Nota.* *Oſeæ .4*

Ego ait, vox clamantis in deſerto, parate viam domini, ſicut dixit Eſaias propheta. Ecce vbi confeſſus fuit ſe non eſſe Chriſtum, nunc non negat ſuum miniſterium. Cōfeſſus eſt & non negauit. Prius euellere radicitus conabatur è cordibus eorum fallacē opinionem quam habebāt, ſubinde veritatem figere nititur illorum pectoribus. Primò ſentes erradicandæ ſunt de agro, & deinde optimum ſeminādum triticum, alioqui, incaſſum ac fruſtrà eſſet ſeminare. Ad eundem modū vos cariſsimi delicta ante acta per ſacram exhomologeſim euellite, vt verbum Dei è cælo allatum altas radices mittere poſſet. Iuxta illud: Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas. Et iterū: Quieſcite peruerſe agere & diſcite benefacere. Non quod ſatis ſit à peccato ceſſare, vt neochriſtiani illi dicunt, contritione opus habemus, confeſsione & ſatisfactione indigemus, quæquidem partes ſunt integrantes pœnitentiam noſtram. Magiſter 4. diſt. 14. ſed cauſa ſubeſt, non exigua quare principio hoc non dixit Ioannes, ſed negando ter reſpondit. Verùm talis eſt ſanctorum genius, talis eſt & conſuetudo, vt ſi quid dignitatis habent pro virili abſcondant, fallacem mūdum, *Text.* *Collatio.* *Iere.4.*

homi-

hominumq; laudes, nihili pendentes. Haud dubitantes ſicuti iam diximus, omnem carnem fœnum viliſsimum eſſe, omnem & gloriam eius, fœni floribus fore perſimilem. Huc pertinet quod Paulus quatuordecim annos tacuit, mirabilem illum raptum, quem paſſus fuit, quãdo audiuit arcana Dei, quæ non licet homini loqui. Oblata vero occaſione, ſpiritu Dei tactus recenſuit myſterium, ſcribẽs Corinthis, vt eius doctrinã cælitus datã agnoſcerẽt. Ad eundem modum beatus Ioannes miniſterium ſuum non reuelauit, niſi velut coactus, internuntijs interrogãtibus. Heu quam ſunt longè ab hac perfectione, hypocritæ, qui fuco, & mendacio præ ſe ferre indicant ſanctitatem & virtutem, quam nullatenus habent. In quos inuehitur apoſtolus. Speciem pietatis habentes, pietatem autẽ abnegantes. Et iterum: Qui lactis eſt particeps, expers eſt ſermonis iuſtitiæ. Lac puerorum eſt honor, ſiue humana laus, quam tantoperè ſuperbi ſuggere contendunt. Omnia opera ſua non ob aliam cauſam facientes, quã vt videantur ab hominibus, ab eiſq; laudem extorqueãt. Quo nihil inanius, nihilq; ſtultius eſſe poteſt vnquã. Notandum, qua periphraſi verborum vſus eſt, vocẽ clamãtis in deſerto ſe vocans. Non ſeſe iactat de illuſtri proſapia, quamuis heres ſacerdotis ſancti Zachariæ eſſet. Quo exemplo ſuperbiã eorum taxat, qui de nobili genealogia fruſtra efferũtur. Nobilitas Chriſtiana in ſanguine regis noſtri Chriſti Ieſu, in fide & caritate & ſpe ſita eſt. Non in ſtematibus parentũ, aut tropheis, triumphis ve illorum. Honorantes me honorificabo, qui contemnunt me erunt ignobiles, ait dominus. Mancipium diaboli ſe fateatur oportet, quiſquis peccato obnoxius eſt, quamlibet imperator, rex, vel vulgaris ſit. Sed de hoc latius tractauimus in præſentatione, & annuntiatione Deiparæ virginis Mariæ. Ceterum vocem ſe apellauit, non quamcunque, ſed illius qui clamat in deſerto. Phraſis Hebraica eſt, & alludit ad illud: Filius iniquitatis, non apponat nocere ei. Hoc eſt filius iniquus. Sic vox clamantis, id eſt vox clamans in deſerto. Quomodo vox & verbum res ſunt admodum affines, & ſe mutuo reſpiciunt, vt de Cherubin ſuper arcam domini poſitis legimus, adeò vt nec verbum planè ſit operatoriũ ſine voce, nec vox ſine verbo, vt in quarta dominica aduentus differemus. Quod autem vox hæc cælica perſonat, dirigite viam domini. Sicut dixit Eſaias propheta, alij euangeliſtæ aiunt, parate viam domini, quod idem eſt. Hic palam, Ioannes docet ſe non ſolum vocem eſſe, quæ in auribus ſiſtere ſolet, ſed præcurſorem, qui humanas mentes ingreditur, corda præparans

vt aula

Marginal notes: 2.Cor.11. — 1.Tim.3 — Hebr.5 — 1.Reg.2. — Pſal.88. — Eſai.40. — Marci.1. — Lucæ.3. — Matt. 3.

vt aula regalis Chriſti ſint. Sic oportebat vt lucifer ante ſolis ortum, vox ante verbum præiret.

Et qui miſsi fuerant erant ex Phariſæis. Phariſæi quidem religionis & ſanctimoniæ ſymbolis, alijs ſanctiores habebantur, & vitæ auſteritate eminebãt. Necnon & in ſacra ſcriptura verſabantur. Vnde dñs dixit: Super cathedram Moyſi, ſederunt ſcribæ & phariſæi. Moſes in tẽplo non fuit vnquam, ſed quia eius legẽ docebãt, dicit eos ſediſſe ſuper cathedrã Moyſi. Oſtendit euãgeliſta verbis ijs, quãtæ autoritatis ſit legatio hæc, vbi viri literis candidati & religioſi, ſacerdotes & Leuitas miſerunt ad Ioannem. Phariſæi quidem, immortalitatem animarũ, vitam æternã, necnon & reſurrectionẽ credebãt. Saducei autem non ita. Nihilominus, eorum ambitio praua, auaritia peſsima, inuidia dira, iã fecerat ſui iuris. Hos non ſemel ſed ſæpe Saluator noſter nonnihil duriuſculè reprehẽdit, hypocritas illos appellans. Text.

Quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus neq; Helias nec propheta? Videte ſtultos vt lunã mutari, verũ bonorum oſores, qui paulo antè honorẽ detulerãt Ioanni, in calũniam vertuntur. Quid ergo præripis tibi hunc honorem non vocatus à Deo, baptizans populum in remiſsionem peccatorum? Vbi Cyrilus, in terrorem hoc dixerunt, qui antea ſciſcitabantur eum, inuidẽtes gloriæ Chriſti, nũc in iram verſi deterrent illum. Perinde dicant: Qua fultus poteſtate id præſumis, quod nullus prophetarum, cũ ex ore tuo aſſeras, quod vnus eorum non ſis. Temeritatis & audaciæ eum arguere contendunt, myſteriũ abſconditum neſciẽtes. Eam ob rem aperit ſecretum, illis infrugiferum nobis orthodoxis ſatis vtile, & accommodum. Eccle.27 S.Cyril.

Ego baptizo vos in aqua, medius autem veſtrũ ſtetit quẽ vos neſcitis. Baptiſma ſuũ, typum dedit baptiſmi Chriſti, ſic in figura olim mundata eſt lepra Naaman lauantis ſe in Iordane, Eliſeo præcipiente. Longè melior figura erat baptiſmus Ioannis, eò quòd in nomine venturi Meſsiæ baptizabat. Præſtat etiam baptiſmo illo, de quo Paulus: Omnes baptizati ſunt in nube & in mari. Nempe aqua maris Hebræos tranſeuntes non tetigit, quod de neceſsitate baptiſmi eſſe, nemo eſt adeò rudis qui ambigat. Huc attinet illud Pauli: Accedamus cum vero corde, in plenitudine fidei, aſperſi corda à conſcientia mala, abluti corpus aqua munda. Trina autem immerſione opus non eſt, niſi ex quadam pia conſuetudine. S. Thom. 3. part. quæſt. 65. artic. 8. Lubens mitto nunc de baptiſmo flaminis, qui fit per affectum contritionis, & de baptiſmo ſanguinis, qui alijs excellentior eſt. Text. Nota. Hebr.10

iuxta

Ioan. 15. Iuxta illud: Maiorem hac dilectionem nemo habet, vt animã ſuam ponat quis, pro amicis ſuis Sanctus Thom. vbi ſupra. arti. 12. In præſentiarum ſat ſit ſcire, baptiſma Ioãnnis vmbraticum fore, & non verum baptiſma. Alioqui baptizati ab illo non iterum à Paulo bapti-

Acto. 19. zarẽtur, ſicut in Actis apoſtolorum memoriæ proditum eſt. Cap. 19. Sacramentũ baptiſmi iterari nequit, eò quòd characterem imprimit, & quia eſt quædam regeneratio ſpiritualis. Character militaris

S. Augu. non repetitur, vt optimè probat S. Augu. contra epiſtolam Parmeniani. Adhæc baptiſmus principaliter datur cõtra originale; & quia peccatum originale nõ iteratur, ita nec baptiſmus. Medius veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Meſsias verus Chriſtus Ieſus inter vos ambulat, qui verum baptiſmum vobis dabit. Et hũc ob humilitatem ſuam magnam neſciſtis, vtpote ſuperbi, & turgidi, quiq; nõ niſi quæ mundi ſunt excelſa cupitis.

Text. Ipſe eſt qui poſt me venturus eſt, qui ante me factus eſt, Cuius non ſum dignus corrigiam calciamenti ſoluere. Aduertẽdum, quòd alij tres euangeliſtæ addiderunt: Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto. Ioannes oſtendit hic baptiſmi ſui imperfectionem & ſuperabundãtem gratiã baptiſmatis Chriſti. Poſt me venturus eſt, ait, baptizando, prædicãdo, & à langoribus ſuis plurimos ſanãdo. Ante me factus eſt, quia præcellẽtior me, & dignior ab omnibus haberi oportet. Ego præcurſor, ipſe rex, ego creatura, ipſe totius mundi creator eſt. Et ob id non ſum dignus, vt ſoluam corrigiam calciamenti eius. Quod alij euangeliſtæ dixerunt: Non ſum dignus portare calciamenta eius, idem eſt. Nec magna vis facienda eſt in verbis, vbi conſtat de intentione loquentis, vt ſapientes aiunt. Vtraq; ſententia eò tendit, vt humilitatem Baptiſtæ intelligamus, & maieſtatem Chriſti Ieſu non ignoremus. O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quàm incomprehenſibilia ſunt iudicia eius. Nabuchdonoſor rex Babylo-

Danie. 4 nis ſuper aſtra aſcẽdere volens, è regno eijcitur & cum beſtijs ſeptennio herbas carpit. Ioannes verò ſe indignum dicens, vt minimum obſequium præſtet Saluatori, eum baptizauit, & verticem eius tetigit, imò quia ſe ad pedes Chriſti dimittebat, pedum obſequio puellæ ſaltatricis, martyrij palmam meruit obtinere. Cur ita? Quoniam Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. Nec explodenda eſt

S. Grego. beati Gregorij ſententia quãuis à literali ſenſu remota. Venit ad nos

Pſal. 59. diuinitas calciata, quando verbum caro factũ eſt. Iuxta illud: In Idumeam extendam calciamẽtum. Atqui cum vnio illa hypoſtatica, ſit ineffa-

ineffabilis, quippe quæ ſeu corrigia vtrãq; naturã humanã & diuinã connectit,& perpetim permanebit,nunquam diſſoluẽda eã ob rem Ioanes ſe indignum dicit. Quis verbis valeat explicare, quod affatu impoſsibile eſt? Hinc ſanctus Auguſtinus,quis poterit ſua intelligẽtia attingere ſuper naturale, & antehac inauditum miraculum Dei, vbi Deus homo factus eſt,& homo Deus? Sed hæc ad ſpiritalem ſenſum ſpectant. *S. Augu.*

Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem,vbi erat Ioãnes baptizans. Poſtquam Euãgeliſta narrabit teſtimonia egregia,quę Ioãnes protulit de Chriſto, ſe indignum profitens,vt minimum obſequium illi exhibeat, nec corrigiam calciamenti ſoluat, nunc locum indicat vbi hæc omnia geſta ſunt. Non in Bethania Lazari de qua legimus Chriſtum Ieſum in domo Simonis leproſi mãducaſſe, ſed in ea quæ trãs Iordanẽ ſita eſt. Nã ibidem Baptiſta baptizabat,ſuum miniſterium exercẽs. Et quoniã in lege ſancitũ erat,quod propinquus vxorem fratris ſui acciperet,quando abſq; liberis decederet alioqui accederet mulier coram omnibus, tolleretque calciamenta nolentis eam ducere, & in faciem eius ſpueret, eſſetque ſibi in opprobrium ſempiternum. Ideo Moſe ſine liberis mortuo quia lex ſterilis erat,& neminem ad perfectum duxit. Succeſsit Chriſtus verus ſponſus vt per gratiam ſuſcitaret ſemen ex ſynagoga. Quod Ioannes adamuſsim intelligẽs ſpiritu Dei illuminatus,indignũ ſe indicat,vt ſoluat calciamẽta ſponſi Chriſti, ſponſo vero detrahens honorem iure ei debitũ. Vnde ſe amicũ ſponſi alibi vocauit,ſpõſum eccleſiæ indicans eſſe Chriſtũ. Hoc myſterij Ioãnes occultius, per calcemẽtorum ſolutionẽ voluit ſignificare. Eodem tendit quod in rubo loquente domino Moſi, deliberate populi ſui, iuſsit illi calciamenta deponere. Nam ſponſus ſynagogæ Deus erat. *Text.* *Matt.16.* *Nota.* *Rom. 3.*

SECVNDA PARS Declamationis.

NVper cariſsimi audiſtis,quomodo Ioannes vehemẽti tentatione tactus, fortiter in agone laborans,ſuffragante domino legatos tentatores proſtrauit. Nempe vt diabolus ſemel in cælo tentauit dicens: Aſcedam in cælum & ero ſimilis altiſsimo,& ſicut per ſerpẽtem tentata eſt Eua in Paradiſo, vt ſeſe compararet Deo, ita hic in deſerto Ioãnes tentatur,vt ſimilem ſe faciat Deo, Meſsiæ honorem *Eſai.14.* *Gene.3.*

& dignitatem affectans. Ipſe vero elegit ſolide ſubſiſtere in ſe ne hu-
S. Grego. mana opinione raperetur ſuper ſe. Sicuti S. Gregorius notat. Vbi mi
ram conſtantiam tanti viri admirari nos oportet, eò quòd tot arieti-
bus concuſſus, tot telis acutiſsimis circũuallatus, tot denique machi-
nis diaboli cruēti obſitus, à veritate abduci non potuit. Quam pul-
chre Saluator poſt partam hanc victoriã, dum eſſet in vinculis, eum
tot encomijs euexit, vt præterita dominica explanauimus. Vbi vos
omni librata ratione expendite, an non iure optimo iam datus eſt
locus Ioanni in cælo, ex quo ſuperbus Lucifer deiectus, ac præci-
pitatus fuit? Sanè qui in ſumma tentatione forti animo pugnabit ac
gloriosè vicit, par eſt vt eo ſit euectus, vnde Lucifer ob inſignē arro
Nota. gantiã ſuam ſuccubuit. Mira res fratres, & ſatis miranda, Ioannes ſan
ctificatus antequam natus, qui vt iam meminimus, vas auri ſolidum
erat & omni lapide pretioſo ornatum, is qui omnia reliquit, parētum
conſortium, pueriles delitias, diuitias omnes quæ hæreditario iure ſi-
bi debebantur, qui eremum & vaſtam ſolitudinem impenſe dilexit,
hominum contubernia horrens, & belluarum nemora inhabitans,
nec in deſerto tutus fuit, quominus, mundus illum infeſtaret, honorē
illi offerens fallacem. Pro nefas in ſolitudine Baptiſta auſterrimam
vitam agens, à tentatione liber non eſt, & nos in meditulio degētes,
inter turbas commorantes, immunes ab omni perturbatione eſſe vo
lumus? Nuſquam vera & perfecta tranquillitas, quandiu in hoc mor-
tali corpuſculo habitamus, nuſquam omnibus numeris abſoluta pax
Iob.7. adinuenitur. Dicente Iob: Militia eſt vita hominis ſuper terram. Ob
ſeruandum, quod ſi deſit diabolus, ſi mundus abſit, vita ipſa militia
eſt, & quemadmodum ſeptuaginta tranſtulerunt. Vita tentatio eſt.
O nos infelices Adæ filios, qui poſt parentum noſtrorum lapſum,
bellum inteſtinum habemus, diſsidia varia nobiſcum portamus, nam
Galat.5. caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus aduerſus carnem. Quod
quidem apoſtolus quamuis ad tertium cælum vſque raptus, vltimis
ſuſpirijs ingemiſcebat. En Rebeca in aluo geminos adhuc portat, qui
in duelo iugi verſantur. Caro Eſau homo ferus eſt, Iacob lenis & pa-
cificus domi perſeuerans, tranquillus ſpiritus. Veruntamen ſæuiat
dæmon, vlulet mūdus, ſcandeſcat caro, trepidare autem quoquo mo
do, animum deſpondere neutiquam oportet. Non in multitudine
exercitus, ſed de cælo victoria. Vicit Saluator mūdi Satanam in cru
ce moriens, domino clamante: Nunc princeps mundi huius eijcie-
Ioann.12 tur foras. Vicit ac penitùs proſtrauit mundū, nam vox huius trium

phi

phi ea eſt, tyrones ſuos confortans dux robuſtiſsimus: Nolite timere, ego vici mundum. Vicit tādem carnis noſtræ tyrannidem, eam pro nobis immeritis cruci affigēs, quo & nos hoc ipſum faciam⁹ quotidie crucē noſtram, pro captu noſtro baiulantes. Virtute Chriſti Ieſu fratres Ioannes terribilem hanc tētationem expugnabit & eadem gratia freti nos palmam victoriæ captare poterimus. Ita vt toto pectore clamare poſsimus cū apoſtolo: Omnia poſsū in eo qui me confortat.

Veruntamen, ne in hoc bello ſuccūbamus, operæpretium erit, vt vnuſquiſq; noſtrum ſe interroget, nō ſemel ſed ſepæ ſæpius, tu quis es? Sanè ſapiētiſſimè reſpōdebimus. Ego vermis ſum & nō homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Vermis homo eſt humi reptans, imò eſca vermium, nec habet vnde ſibi blādiatur, aut efferatur. Huc conuenit illud: Homo putredo & filius hominis vermis. Quin, vt teſtatur Dauid: Homo vanitati ſimilis factus eſt, & dies eius ſicut vmbra prætereūt. Et rurſus: Vniuerſa vanitas omnis homo viuens. Cū ergo homo vermis ſit, mūdo fallaci honorem offerenti, ſtatim reſpōdeat, nō ſum ego Chriſtus. Saluatoris mei gloriā, mihi arrogare nolo, fideliter ei ſeruiam, ſpōſam dñi mei tāgere non audeo, ne in æternum pudefiam, & peream. Omnia ſubiecit meis pedibus, cuncta mihi cōtulit quæ fecit, vtpote magnificus rex. Verūtamē gloriā ſuam, & honorē, nequaquā in manus meas poſuit, ipſo cōteſtante, ac dicēte: Gloriam meā alteri non dabo. Et in euāgelio, cū feceritis omnia, quę pręcepta ſunt vobis dicite: ſerui inutiles ſumus. En quā humiles nos eſſe cupit Saluator, adeò vt ſeruos nos infrugiferos profiteamur. Nec aliò ſpectat illud apoſtoli: regi ſeculorū immortali & inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria, in ſecula ſeculorū. Qui ergo ſunt Chriſti, honorē eius nō appetūt ſibi, ſed probra & ignominiā vehemēter deſiderāt pati ob illius amorē. Imò, vt mēbra Chriſti, capiti ſuo oēm gloriā & honorem deferre conantur, internè, & externè. Sanè qui dixerit, egò ſum Chriſtus, rapinam arbitratur, & antichriſtus eſt.

Moral'ter.

Pſal. 21.

Pſal. 101.

Pſal. 38.

Nota.

Gene. 39

Eſai. 48.

Nota.

Adhæc, dicat fidelis quod ſequitur: Nō ſum Helias, honorem tanti vatis temerè vſurpare nolens. Helias amore Dei flagrabat, ita vt diceret: Zelo zelatus ſum pro domo Dei. Is planè aſcendit ſicut ignis, & verba eius ſicut facula ardebant. Videre eſt quoſdā æmulationem habentes, ſed non ſecundum ſcientiam, ceu apoſtolus inquit, nec regibus, nec prælatis, neque religioſis parcentes, quominus regulam viuendi omnibus conſcribere audeant. Aliorum piacula horrent, & omni ſolertia inquirunt, ſeuerèque reprehendunt. Peculiaria ſcelera

3. Re. 19.

non ita,ſed tuentur,totoque niſu defenſare conantur.Quę omnia fu-
co zeli, cooperire, vehementer laborant. O ſtultiam ſtupendam,o cęcitatem modis omnibus execrandam! Alios virtute & ſanctitate candidatos efficere fruſtrà ſtudēt,& ſe ipſos peccatis irretitos volunt. Hoccine eſt Helię veſtigia ſequi?Abſit,quicunque zelo Dei flagrat, cum propheta quotidie clamat, tot delictis plenum mundum hunc

Pſalm.68 cernens:Zelus domus tuæ comedit me. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me. En zelus verus qualis fuit Heliæ,& in quibuſuis iuſtis,inſtar ignis eſt. Qui quidem,habentem illum prius vrit,

Zelus uerus. purgat,ac inflammat,ſubinde proximos illuminat & incendit.Alioqui zelus non eſt, ſed paſsio, & ira execrabilis. O Ieſu bone quam paucos ſancta eccleſia tua habet vt Heliam, quam verò ſunt multi qui ęmulationem habentes, non ſecūdum verum zelum æmulantur. Imò feſtucam in aliorum oculis linceo oculo proſpectantes, magnam trabem in oculo ſuo haud vident.

Nota. Tandem Ioannes dixit,non ſum propheta,peccator quiſque contra reſpondet, propheta ſum. Nempe qui ſibi plurimos annos promittit,qui ſibi mortē quietam & pacatam depingit, is prophetæ miniſteriū temere vſurpat.O quot homines decepit,hic ſeudopropheta qui longam vitam inaniter expectantes, repentè mortui ſunt.Diues

Lucæ.12. ille,fratres, vobis exemplo ſit, qui aiebat: Anima mea habes multa bona indies congregata, comede,epulare,bibe,requieſce. Mirabile dictu! angore magno anxius, deſtruere horrea excogitabat, maioraque conſtruere inſtituerat,ad recondendos fructus, in annos plurimos,reconditoſq; cogitabat.At vox de cælo intonuit:Stulte hac nocte repetent animam tuam à te.Quæ congregaſti cuius erunt? Vnde

S.Baſil. perpulchrè ſanctus Baſilius inquit:Bene ſtultus,qui ſibi in annos plurimos vitam promittebat:cum breues dies hominis ſint, & numerus menſium eius apud Deum maneat. Stultus quidem rectè appellatur, qui tēporalia tantum amans, æterna bona poſthabet. Quin (& teſte Iacobo.) vita hominis nō aliud eſt,quam vapor ad modicū parens. Sanè qui propheta nō eſt,de craſtino nil curat, iuxta cōſilium Chriſti,ſed oēm ſolicitudinem iactat in Deū, cui cura eſt de omnibus nobis. Prophetam hic appello, eum qui falſò ſibi vſq; ad ſenectam temporarijs rebus frui inſtituit,quibus velut in trāſitu,oportuit vti,quemadmodum admonet apoſtolus. Reliquum eſt,vt qui habent vxores tanquam non habentes ſint. Et qui flent tanquam non flentes,& qui

1.Cor 4. gaudēt tanquam non gaudentes,qui emunt tāquam non poſsidētes,

& qui

& qui vtuntur hoc mundo tanquam non vtantur. Tempus enim breue eſt, paulo antè dixerat. Profectò magna pars philoſophiæ Chriſtianæ hæc eſt, quæ nos, tum omnia contemnere facit, tum etiam facilius morti aduenięti præparat, vt contęplatione rerum æternarum, diſcamus terrenarum cõtemptũ. Age nũc homo peccator, ne tardes conuerti ad dominũ: nec differas de die in diẽ. Subitò veniet repentina calamitas, & in die vindictæ diſperdet te. Ecce cõminatio terribi *Eccl.5.* lis, ideo iram ſummi Dei timeamus, confeſtim. Ne obſecro poſthac fratres, in pernitiem animæ noſtrę prophetare velimus. Vita noſtra ſtadium, aut curſus eſt ad mortem, iſq; admodum breuis. Imò qui in *Collatio.* ſtadio currunt, vident quantũ ſpatium à tergo reliquerint, quãtum ſuper ſit ad metam. Et olim qui iubileum expectabant, ſciebant ex legis præſcripto quantum frui licebat rebus emptis. At nemo mortalium eſt qui certò norit ſe poſtridie victurum. Itaque currimus, ſed *Nota.* mortem in pedibus habentes, imò toto corpore eam nobiſcum circumferimus, velimus nolimus.

Quas ob res cũ Ioãne baptiſta vltro fateamur, nec Chriſti gloriam vllatenus quærere, nec temere Heliæ zelum habere, nec prophetas eſſe fruſtra plurimus vitę annos nobis ipſis promittentes, vt impij temerè, & magno ſuo malo facere cõſueuerũt. Quid ergo ſum⁹? Equidẽ vox clamãs in deſerto. Etenim creaturæ oẽs cæleſtes, ſiue terreſtres, voces ſunt creatoris ſui, tũ potẽtiã, tum ſapiẽtiam, tum denique bonitatẽ eius clamantes. Nõne cæli enarrant gloriã Dei? Peccator homo ſolus inter electos Dei, ceu mutus eſt, in cuius ore maſſam plumbeã diabolus ponit, quemadmodum, quondam Zacharias vidit. Vel vt *Zacha.5.* coruus inter Philomenas & auiculas bene cantantes, arboribuſq; vi rentibus inſidentes, ſic impius coruinã vocem male ſonãtem emittit dicẽs: Cras, cras, & tamen nũquam illud cras venit, in quo reſipiſcat, *Collatio.* & fructus dignos pœnitẽtię faciat, quia ipſe non vult. Colũbinam vocem mirum in modum Deus optimus cupit audire, coruinã verò abhorret. Vnde in canticis clamat: Veni ſpõſa mea colũba mea, oſtẽde *Canti.5.* mihi faciem tuã, ſonet vox tua in auribus. Nam vox tua dulcis & facies decora eſt. Talis erat vox Ioãnis baptiſtæ, melos ſuaue dans, vbi opere, & ore, pœnitentiam omnibus prædicabat. Sed iam tempus adeſt, vt explicemus quibus armis inſuperabilibus, infeſtatores ſubdolos potenter vicerit, fortis hic Chriſti Ieſu athleta.

Quandoquidem armatura Dei roboratus, diaboli cuneos, ſpiritalibus armis cõmunitus triũphauit. Arma militiæ noſtræ nõ carnalia

ſed ſpiritualia ſunt, quibuſuis ferreis, aut æreis armis potētiora: veluti
1. Ioan. 5. apoſtolus ait. Quin vt in canonica Ioannis legimus. Hæc eſt victoria quæ vincit mūdum fides noſtra. Fides hæc nō alia eſt, quàm illa quæ per caritatē operatur. Cui adeſt ſpes firma, quam B. Petrus viuā, & incōtaminatam, ac immarceſsibilem iure vocitat. Huius fidei ſcuto quāuis noſtrapte natura fragiles ſumus, omnia tela ignea nequiſsimi extinguere valemus. Variæ quidē tētationes, quas Satanas, mundus & caro excitāt aduerſus nos, quid aliud quā iacula ſunt, eaq; ignea, concupiſcētiæ nequam igne accēſa? Veruntamen ſagittæ paruulorū efficiūtur, modo hoc ſcutū vbiq; manibus portemus. Vidimus monſtra de genere gigāteo, quibus comparati quaſi locuſtæ videbamur.
Num. 13. Hoc exploratores inermes populo Dei narrabāt, atqui Ioſue & Ca-
& 14. leph milites robuſtiſsimi, populū roborātes aiebāt: Nolite timere neq; rebelles ſitis cōtra dn̄m, quia ſicut panē, ita poſſumus eos deuorare. Sanè gigātes ſunt, & fortiſsimi hoſtes noſtri, ſed ope diuina adiuti, illos deuorare valebimus, ſi armati incedamus, hiſce armis, quibus Baptiſta roboratus, ſacerdotes & Leuitas verbo tenus proſtrauit. Adhæc, vas hoc auri, omni lapide pretioſo ornatum, quāuis cunctis virtutibus emicuit, vna tamen potiſsimè effulſit, quam ſummoperè nos oportet imitari. Ea eſt humilitas ingens, qua ſeſe adeo deiecit, vt
Humilitas. nec dignū ſe agnoſceret, qui corrigiam calceamēti Saluatoris ſolueret. Ecce propemodū omnis lapis pretioſus, quo decoratus fuit ſacerrimus hic vir. O mira, vehemēter & mirāda humilitas Ioannis! ſanctificatus præcurſor, tāgere verticem Chriſti non audet, nec corrigiam calciamētorum ſoluere præſumit. Vos fratres diſcite quo timore ac-
Eucharistia. cedere ad altare oportet, vt ſacroſanctam Euchariſtiam accipiatis, labijs & lingua tangētes, eum qui ad dexteram patris ſedens, ab angelis diu noctuq; laudatur? O nos beatos ſacerdotes, ſi, vt par eſt, quotidie ſacra myſteria celebrātes manus noſtræ cōtrectauerint verbū vitæ,
Figura. Chriſtum Ieſum. Planè ſi olim tangētes carnes animaliū Deo obla-
Exo. 30. tas, ſanctificabantur, quāto magis qui corpus Chriſti benedictum dignè pectore ſuo exceperit, ſanctitatem & omnigenā virtutem, imò omniū chariſmatū dona recipiet? Quādoquidem humilitate vel ma
S. Hiero. ad Celantiam. ximè opus habemus, de qua S. Hieronymus, ad Celantiam: Nihil habeas humilitate præſtātius, nihil amabilius. Hæc præcipua eſt cōſeruatrix, & quaſi quidam omnium virtutum cuſtos. Propter quod ſcriptura dicit: Quāto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiā. Verba ſunt omni adnotatione digna, vos illa cordibus

bus veſtris infigite. Quid plura cariſsimi? S. Baſilius, humilitatem vocat, veram imitationē Chriſti. At ſiquis inſolētius ſe gerat, is diabolo ſimilem ſe facit. Et rurſus de vita monaſtica ait: Humilitas omniū virtutum theſaurus eſt tutiſsimus. Hāc inſignē virtutē toto corde appetentes, viciſsim, vt Apoſtolus ſuadet, nos deijciamus. In humilitate ſuperiores inuicē arbitrātes, agnoſcētes in proximo aliquid boni eſſe, quod nos nō habemus, vel aliquid mali nobis adeſſe, quod in alio non eſt. Vt ſanctus Doctor diſertè tractat. 2.2.q.161.artic.3. *S. Baſil.* *Philip.2* S. *Thom.*

Summa. Vidiſtis fratres Phariſæorum lethalē inuidiam, & ſubdolam malitiam cōtra beatum Ioānem. Legatos ab Hieroſolymis ad eum mittunt, non vulgares, ſed ſacerdotes & Leuitas. Qui interrogātes eum, eſſet Chriſtus an nō, cōfeſſus eſt nequaquā ſe eſſe Meſsiam. Rurſus rogant ſit Helias nec ne, aſſerit non eſſe Heliā, quāuis in ſpiritu & virtute Heliæ ipſe venerit. Deniq; prophetam ſe non fore teſtatur, quem Moſes prophetarat venturum, non alium intelligens niſi Chriſtum. Inſtant adhuc palam faciat, quis ſit, quo reſpōſum dare valeāt illis, qui eos miſerūt. At vir ſanctus, velut coactus vocē clamātis in deſerto ſe appellauit, vt dirigat viam dñi aduētantis. Sic confeſſus eſt & nō negauit. Confeſſus eſt, non ſum ego Chriſtus, & nō negauit ſe vocem ac præcurſorē Chriſti. Admonēs nos, Chriſti honorem zelare, non nobis quicquam gloriæ eius arrogare. Alioqui vt Satanas, & parētes primi arrogātes peribimus, gloria Dei ſponſa eſt, vnicè ab illo dilecta, ita vt fas nō ſit vel eam tāgere. Quod vir ſanctus Ioſeph, olim in Aegypto præſagiebat, nolens tangere ſpōſam dñi ſui. Ceterùm quorſum audeat baptizare in Iordane Ioānes legati rogāt, cum nec Chriſtus neq; Elias, nec Propheta ſit. Ille verò aqua dūtaxat baptizare profitetur, nam Saluator Chriſtus Ieſus, quē non agnouerūt, eos baptizabit in Spiritu ſancto, & lauacro vitæ. Quamobrē in actis Apoſtolorum legimus, quod Paulus baptizabat illos, qui baptiſmo Ioannis abluti erant. Deniq; vt fortis athleta dñi, honorem mūdi fallacem ſpernēs, Chriſtū miris præconijs exaltat, ſeſe demittēs tātoperè, vt nec dignus ſit corrigiam calciamenti, tanti, tamq; potentiſsimi regis ſoluere. Nos ergo fratres fidem firmam, caritatemq; flāmigerā beati Ioānis ſedula meditatione conſiderātes, mūdialem honorem, qui inſtar fœni floris eſt, ſpōtè abdicemus, toto affectu Chriſtum Ieſum magnificantes, totiſq; medullis cordis diligamus. Diligentes & ſpiritu ferentes ſeruiamus. Cui ſit gloria & imperium, cum Patre, & Spiritu ſancto, per ſecula. Amen. *Summa.* *Gene.29.*

ANNOTATIONES appendices.

Annot.1. PRimò notandum, quàm ingens argumentum Hebræi aduerſus ſuum errorem habeant, adhuc expectantes ſuum Meſsiam in lege promiſſum. Sanè vel maximè fides noſtra ſancta hac legatione roboratur, eò quòd phariſæi alioqui doctiſsimi, ſacerdotes & Leuitas, apprimè eruditos miſſerunt ad Ioannem, ſciſcitaturos, an eſſet
Gene.49 Chriſtus. Nempe vt erant in ſcripturis verſati, tum ex prophetia Iacob, tum ex Daniele, qui hebdomadas ſeptuaginta numerauit, vt cõſumeretur peccatum, & adderetur iuſtitia ſempiterna ſuper populũ,
Danie.9 palam agnoſcebant Meſsiam veniſſe. Veruntamen egregios viros intuentes, Chriſtum & Ioannem, legatos mittere decreuerunt, vt de Meſsia interrogent. Et quoniam auſteritate vitæ in qua Iudæi maximè ſanctitatem locabant, plus Ioannes fulgoris habebat, non ad Ieſum verum Meſsiam, ſed ad Ioannem internuntios ſuos miſerunt. Quippe qui, cum mira de Chriſto præconia protulerit, ob eorum ſuperbiam non crediderunt, imò verum Meſsiam cruci addigerũt, cæcutientes. Vnde cauſatur, & quidem rectè dominus: Ego veni in nomine patris mei, & non ſuſcepiſtis me, alius veniet in nomine ſuo, & illum ſuſcipietis.

2. Secũdò, Ioãnes noluit alienos titulos vſurpare, ſed humilitate magna, ſeruũ regis regũ Chriſti Ieſu, ſe profiteri, minimè erubeſcit. Certo certius ſciẽs quod ſeruire Chriſto Ieſu, regnare eſt. Vbi docet principes & prælatos, non alienis titulis gaudere. Quin potius peculiares
Pſal.48. paruipẽdere, ne forſan cõtra illos ſcriptũ ſit: Vocauerũt nomina ſua in terris ſuis. Et iterũ: Perijt memoria eorũ cũ ſonitu. Hoc eſt, morte inſtante. Quam ob rem ob oculos habeãt oportet: Omnis qui ſe exaltat humiliabitur, qui verò ſe humiliat exaltabitur. Idque, in beato Ioanne humilitate inſignito geſtum, non ambigimus.

3. Tertiò, videre eſt, quàm mundus fallax æſtimet, venereturq; eos tãtum qui externè nitẽt, proſapia illuſtri, auſteritate vitæ, hominũ fauore, etiã ſi re ipſa, nõ adeo ſint digni. Sic ad honores accerſentur, nõ qui virtute, ſed qui nobilitate, potẽtia, aut diuitijs pollẽt, quãuis ſtupidi ſint, pauper autẽ, vbiq; iacet cõtẽptibilis. O mirãdam cæcitatẽ, ò demẽtiam execrãdam, quæ interna ſunt nõ proſpiciũt impij, in quibus potiſsimè probitas & virtus ſedẽ habet. Væ qui ædificatis Syõ in ſanguinibus, velut iratus ait dñs. Abac.2. Non abſimiles erãt Phariſæi

riſæi abijcientes Chriſtum dñm, eo quod communem vitam tam in veſtitu, quam in victu, ſequebatur. Ioannem verò camelorum pilis veſtitū, cuius eſca mel & locuſtæ maluiſſent pro Meſsia. In quo vel maximè decipiebantur, oportuit, Chriſtum per omnia fratribus aſſimilari. Nec decebat eum, vt auſterā vitam duceret, qui omnibus omnia factus eſt, vt omnes lucrifaceret. S. Thom. 3. p. q. 40. arti. 1. 1. *Cor.* 9.

Quartò mirum eſt, quam excandeſcāt, cum per oblatam gloriam nihil extorquere à Ioanne potuiſſent. Ob id iam non blandicijs alliciunt, ſed aggrediuntur minis, vt ſaltim minando eum exterreant, & ab officio abducant. Ideò de baptiſmo interrogant, quare ſine autoritate baptizare audet, ſciebāt ſanè, præclara teſtimonia de baptiſmo Meſsiæ. Nam Ezechiel ſcripſit: Effundam ſuper vos aquā mundam, & mundabimini ab omnibus iniquitatibus veſtris. Cap. 36. Nec ignorabant, in exordio mundi ſpiritum ſuper aquas fouentem, vt eas viuificaret Gen. 1. Item in Eſaia pollicitus eſt Deus hoc ipſum: Abluet dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Hieruſalem, in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris. Cap. 4. Vbi ſanctus Hieronymus: Quod leue eſt lauatur, quod graue exuritur. Alludit ad illud: Ipſe baptizabit vos Spiritu ſancto & igni, vt Ioannes dixit. Matth. 3. 4. S. *Hiero.*

Quintò notandum, quomodo Iudæi cæci, imaginem habeant hæreticorum omnium. Ii tot ſigna Meſsiæ habentes Chriſtum Ieſum contēnunt, nouum cōſtituere conantes, tanquam filij eorū qui Deos in deſerto adorauerūt, vero Deo ſpreto. Eam ob rē ad Ioānem accedunt, qui vox erat non verbum Dei, ſeruus non rex, præco ſicuti ipſe profitetur, nō Meſsias in lege promiſſus. Tales ſunt Lutherani, & reliqua fex neochriſtianorū, qui doctina ſancta, & vera abiecta, Chriſto Saluatore neglecto, aliam doctrinā lethalem, aliumq; Chriſtum ſibi impudentiſsimè, auſi ſunt comminiſci. Cōtra quos dñs ait: Populus enim ad iracundiam prouocans eſt. Eſai. 30. Et alibi, domus exaſperans eſt. Haud abſimiles orthodoxi ſunt, qui interdum ſuis delitijs vacantes, re vera Chriſtum, & eius dogmata ſancta contemnunt. De quibus apoſtolus: Confitētur ſe noſce Deum, factis autē negant. 5. *Eſai.* 30.

Sextò quamquā, fide caritate, & ſpe, alijsq; virtutibus, vtpote armis inſuperabilibus, gigas ſtrenuus Ioānes in hoc acerrimo agone pugnarit, & hoſtiles incurſus inimicorum ſuperauit, vna eſt potiſsimè virtus, qua omni gēma vernāti cādidior effulſit. Nempe humilitate ſuperbos infeſtatores debellans, os eorū obtrudēs erubeſcētes abierūt. Eſt ſanè humilitas, tā ex omni parte pulchra, atq; grata Deo, vt 6.

Canti.1. ſponſa in canticis dicat: Cum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Vbi ſanctus Bernardus, perbelle inquit, humilitas narnus eſt amore candens, deuotione vigens, opinione redolẽs: quin & ipſa virtus magna eſt, eaque rara, ſuper cantica. ſermo. 43. Satius ergo nobis erit, cum Ioanne humiliari, vt prouehamur in æthera, quàm cum dæmone exaltari, vt deijciamur in tartarum flammis perpetuo puniẽdi. Ceterùm, ſiquis roget, quid ſit humilitas? reſpondet ſanctus doctor: Eſt proprie directiua, & moderatiua motus appetitus. Itaq; , veſtis pannoſa, aliaq; id genus externa, ſymbola tantum

S. Th.q. ſunt humilitatis, quippe quæ non penitus contẽnenda S. Thom. 2. 2. *161.ar.2.* quæſt. 161. arti. 2.

7. Septimò, non abs re baptiſta dixit de Chriſto loquens. Fortior me eſt. Matth. 3. Non ſanctior, cum vtrunq; verum ſit. Profectò accommodauit ſe opinioni Hebræorum, qui plus nimio externis dabãt rebus. Et quoniam Saluator auſteram vitam nõ elegit, eò quòd non decebat, vt iam tetigimus, de potẽtia Ieſu tractans, ſanctitatis eius non meminit. Et hoc ipſum eſt dicere ante me factus eſt, potior, excellentior, & longè maiori honore dignus. Fuit ſanè Chriſtus potens opere & ſermone, vſque adeò fortis, in patrandis miraculis, in verbis vitæ. Quo ibimus, quoniam verba vitę æternæ habes? Dicebat ſanctus Petrus: Fortis erat in ſuſtinendis iniurijs. Ieſus autem tacebat, ita vt miraretur præſes. Fortis deniq; in diligendis inimicis, ita vt cum lacrymis obiens in cruce, pro ſuis crucifixoribus orauerit, exaudituſq; eſt, pro ſua reuerentia, veluti S. Paulus conteſtatur.

Quam violentus & improbus ſit hic mundus, norunt qui ſerio conantur piè viuere in Chriſto Ieſu. Noſq; id intelligimus altius conſiderantes, quam hoſtiliter ſacerdotes & Leuitæ, cum Ioanne pugnarunt. Quid obſecro non fecerunt vt funditus, eius caritatẽ erga Chriſtum extinguerent? At ipſe, ope Dei roboratus, ceu cum Paulo clamans: Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti? Technas & anfractus eorum fruſtrauit, ac prorſus deluſit, magis ac magis, ſeſe dimittens. Extat mirabile documentum, ne forſitan dormiamus & aliquando

Eccle. 2. nos tuos fore exiſtimemus. Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Iis armis, iuſtitia, & timore Dei, brauium arripuit Ioannes, & ijſdem nos orthodoxi triũphalem regni cæleſtis coronã vendicabimus.

DO-

DOMINICAE Quartæ.

Declamatio Quinta.

REGALIS propheta, fratres cariſsimi, ante annos mille, & eo amplius, ſacra noſtræ religionis Chriſtianæ myſteria proſpiciens, vtpote, cui Deus optimus ſua gratuita dignatione, incerta & occulta ſapientibus huius ſeculi, reuelauit, veluti coram habens futura, ſic clamauit: Vox domini ſuper aquas Deus maieſtatis intonuit, dominus ſuper aquas multas. Vox domini in virtute, vox domini in magnificentia. Vox domini confringentis cedros, & confringet dominus cedros Libani: & commouebit dominus deſertum Cades. Vox domini reuelabit cōdenſa, ac præparabit ceruos. Et in templo eius omnes dicent gloriā. Quænam vox domini hæc tam dulcis, tamq́; ſonora niſi ea eſt, de qua ſacerrimus vates Eſaias ſcripſit: Vox clamantis in deſerto parate viam domini? Quandoquidem, Ioannes de ſe ipſo prophetiam illam explanauit, ceu præterita dominica latius vidimus. Hæc vox mirabilis ſuper aquas intonuit, veniens in omnem regionem Iordanis, prædicās baptiſmum pœnitentiæ. Dominus ſuper aquas multas, nam aquæ populi ſunt & gentes, aquarum in morem decurrentes, & in mare amarum mortis intrantes. Vox domini in virtute. O quanta virtus, quantaq; efficacia erat in verbis Baptiſtæ, opere & verbo Chriſtū Ieſum veniſſe nuntiabat, non quaſi aerem verberans, ſed corpus ſuum caſtigabat, tum cilicio redimitus, tum etiā inedia ſtupēda. Adeo vt Saluator abſtinētiam illius valde cōmendans dicit: Venit Ioānes non mā ducans neq; bibēs. Idq́; dictum eſſe per hyperbolem, nemo non ſcit, nam vulgaris in ſacra ſcriptura eſt, edebat ſanè Ioannes mel Syluestre, & locuſtas. Tamen ita parcè, vt quodammodo eſſet non comedere.

Pſalm.28 *Eſai.40.* *Apoc.7.*

dere.Cũ ergo verbo, & exẽplo prædicaret mirũ in modũ ſuadebat, *Pœnitentia.* & ad pœnitentiã quã multos alliciebat. Vox dñi in virtute.Nam pœnitentiæ virtutem docebat, quæ in cõtritione & ſatisfactione potiſsimè poſita eſt.Noſtra verò pœnitentia,quæ ſacramẽtalis appellatur, confeſsionem omnium peccatorum & abſolutionem à cõfeſſore factam amplectitur. *S. Augu.* Sequitur vox domini in magnificẽtia.Sanctus Auguſtinus: Hoc eſt magnifica faciens. Quid obſecro magnificẽtiùs, quam filijs iræ peracta pœnitẽtia æthera regna largiri? Hoc magnificentiſsimũ opus Dei,Ioannes pro ſua virili prædicabat dicens: *Matt. 3.* Pœnitentiam agite & appropinquabit regnum cælorum.Vox hæc cælica confringebat cedros,vbi phariſæis & ſaduceis ad Iordanẽ venientibus,vt baptizarentur dicebat:Genimina viperarũ, quis docuit vos fugere à ventura ira?Ecce vehementer eos deterrẽs, minis hiſce illos *Lucæ. 3.* redarguebat.Quid plura?vox hæc domini pręparabat ceruos,vt iam deſides,& otioſi gliſcentes, conuolarent ad pœnitentiam obeũdam. Ita vt milites & publicani acclamarent:Quid faciemus?Deniq; vox hęc cæleſtis reuelauit condẽſa,& opaca,digito ſuo agnum Dei Chriſtum Ieſum oſtendens,quo nil occultius fuit in mundo.Deus abſcõditus & homo manifeſtus ait Diuus Auguſt.Eam ob rem in templo Dei,hoc eſt in eccleſia Romana,omnes dicũt gloriam.Non iam idola lignea,aurea,ſeu lapidea colentes, ſed Chriſtum Ieſum totius orbis conditorem,& dominatorem,vt ius eſt,toto corde adorantes.En cariſsimi tota euangelij hodierni ſumma.In quo ſanctus Lucas, primò de tempore,in quo beatus Ioannes cœpit prædicare & baptizare,narrat.Subinde,de fructu eius prædicationis diſſerit. Nunc de largitate ſummi Dei confiſi euangelium indagare incipiamus.

Euangelium. *Lucæ. 3.* Anno quintodecimo imperij Tyberij Cęſaris,procurante Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilęę Herode: Philippo autem fratre eius tetrarcha Itureæ:& Traconitidis regionis: & Eliſania Abilinæ tetrarcha:ſub principibus ſacerdotum, Anna & Caypha, factum eſt verbum domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.

Mira res! q̃ ſerioſè,q̃ & luculenter ſanctus Lucas retexere enitatur tempus prædicationis Ioãnis Baptiſtæ. Idq́;,vt lucidius ſubindicet,auſpicatus eſt,ab vtriuſq; principatus, videlicet ciuilis & eccleſiaſtici proceribus, è quibus authoritatem deſumit.Primo ab imperatore Romano,qui tunc temporis dominabatur Iudææ. Enimuerò vt Ioſephus eſt autor, Tyberius ſucceſſor fuit Octauiani Auguſti, ſub quo natus eſt Chriſtus,totius mundi ſalus,anno eius imperij.42.Mor

tuus

tuus idem fuit anno ſuæ ditionis.57. Vnde ſucceſſoris Tyberij annus fuit.15. Quando Chriſtus & Ioannes, annũ trigeſimũ agebant. Quod quidem à myſterio alienum non eſt. Noluit in re tā graui Saluator mundi legem abrogare, & euãgelium prædicare ante perfectam ac virilem ætatem, ne forte, infantiæ ſuſpecta cõditio, aliqua ex parte derogaret veritati. Siquidem lex illa vetus paruulorũ erat, noſtra autem virorum ac robuſtorum, eò quòd lex amoris & gratiæ, ex ore Chriſti Ieſu perfecta eſt, dicente apoſtolo: Cum eſſem paruulus loquebar, vt paruulus, ſentiebam, vt paruulus. Id eſt, quãdiu in Iudaiſmo verſatus ſum, pueri partes gerebam, cæremonijs & ſacrificijs vmbraticis obnoxius. Nunc verò Chriſti apoſtolus effectus factus ſum vir, & ſubinde euacuaui ea, quæ ſunt paruuli. Imò lex pedagogorũ elementa continebat, euangelium verò perfectam doctrinam Dei habet, vt maximè viros decet. Adhæc beati Ioannis ætas hic oſtenditur perfecta, quiq; vt Gabriel ſacerrimæ virgini nuntiauit, ſextum menſem natus fuerat, quãdo angelorum rex Chriſtus cõceptus eſt, Spiritu ſancto cooperante. Nempe iuuenilis ætas, non æquè ad prædicationẽ conducit. Hinc Paulus ad diſcipulum ſuum ſcribẽs: Vide nemo contemnat adoleſcẽtiam tuam. Vnde liquet, illam ſuapte natura contemptibilem fore.

1. Cor. 13

Gal. 4.

1. Tim. 2

Text. Procurante Pontio Pilato Iudæam, hoc eſt præſidente Pilato in Iudæa, quem miſit Tyberius Cæſar, ſublato Archelao & in exilium miſſo ad Vienam Galliæ ciuitatẽ, Iudæa tributaria facta eſt, & iuncta diſpenſationi Siriæ. Nec amplius per principem, ſed per procuratorem, ceu præſidem gubernata. Hinc Pilatus miſſus fuit à Tyberio, ad gubernandam Iudæam. Quod autem tres filios Herodis Aſcalonitæ, qui infantes occidit, hic refert Lucas, qui in tribus tetrarchijs regnabant, eò tendit, vt diuiſum regum Iſrael intelligamus, & propè interitum. Nam omne regnum in ſeipſum diuiſum deſolabitur, & domus ſupra domum cadet, vt Saluator noſter teſtatur. Atqui tetrarchia, nomen eſt principatus, vnde tetrarcha nomen principis eſt, ſicut rex, quanuis regali titulo non gaudeat. Plinio libr.5. cap.18. Nec mirum ſi aliquando appellãtur reges. Tetrarchia dicitur quarta pars principatus. Nam Romani vt regnum Iudæorum minus validum eſſet, in quatuor tetrarchias illud diuiſerunt, rebellionem timentes Hebræorum.

Text. Sub principibus ſacerdotum Anna & Caypha. Annas ſedem tenebat quando Ioãnes prædicare cœpit. Cayphas autẽ ſacerdotium

ſummum

ſummum gubernabat, quando Saluator noſter paſſus eſt. Itaq; annuatim, ac viciſsim ſacerdotio fungebantur, quod emerant ab imperatore. Quamuis ſacerdotium ex lege vni dabatur, nihilominus ambitione, & auaritia dominante, venale ac diuiſum eſt. Quod præſagium inſigne erat imminentis exitij. Vtinam in ſancta eccleſia Romana, nihil horum hodie inuētum ſit. Nempe Saluatorem noſtrum nuſquam legimus flagellum feciſſe, eoque, optimo zelo, accēſo vendentes columbas in domo domini foras miſiſſe, niſi in templo Salomonis. Ecce quam ingens ſcelus ſit, quod agnus manſuetus Chriſtus, ceu iratus è domo Dei auferre voluit. O mores Chriſtianos, vtinam Anas & Cayphas vſque nunc, heredes non habeant, poſteroſque non reliquerint. Sub ijs principibus, quos melius dixerim idolos, aut abominationes in tēplo dñi. Danie. 9. Vel Simones, qui oblata pecunia Spiritus ſancti dona emere auſi ſunt, dum miniſterium ſacrum, ſanctumq; ſacerdotium venale fecerunt. Sub ijs, inquam, factum eſt verbū dñi ſuper Ioannem. Obſeruandum, vt Origenes ait, quod in prophetico ſermone ſolis Hebræis prædicato, tātum Iudçorū regnū deſcribitur, dicēte Eſaia, viſio Eſaiæ in diebus Oziæ, Ioathā, & Achā regū Iuda. At in euāgelio, quod lōgè lateq; erat prædicādū vniuerſo orbi, imperiū deſcribitur Tyberij Cęſaris, quippe qui totius orbis dñs videbatur. O ineffabilē ſummi Dei caritatē, quoniā euāgeliū cūctis nationibus in ſalutē nuntiādum erat, ob id gētium & Hebræorum regna recēſentur à beato Luca. Quid plura? Regnū Romanorū venien te Chriſto deſcribitur, quod in pedibus ferreis ſtatuę, quam vidit Nabuchdonoſor figurabatur. Nam iā caput aureū, pectus argēteum, vēter æneus trāſierant, atq; perierāt Romanorū imperio remanēte. Tamen lapis paruus abſq; manibus præſciſſus è mōte, Chriſto Ieſu nato ex virgine alma Maria, ſtatuā deleuit, creuitq; in mōtem magnū, ita vt in omnem terram exiret prædicatio apoſtolorū, & Romæ vbi tot idola colebātur, beati Petri fides maneat. Sub hæc, gētium vnus princeps adnumeratur. Iudæorum verò duo ſacerdotes, nam vnitas fidei potiſsimè in populo gentili erat futura.

Exo. 28. *Deut.* 7. *Acto.* 8. *Origeñ.* *Danie.* 2 *Nota.*

Text. Hoc ergo tēpore, factū eſt verbū dñi ſuper Ioannē in deſerto. Cōpēdio vſus eſt Lucas, & vno verbo multa indicat. Super quē verbū Dei factū fuerit, ſui iudicio nō eget. Verbū Dei mādatum eius eſt, vt Chryſoſtomo placet, quia nō à ſe venit ſed à Deo ipſum mouēte. Sūt multi, qui nō aſciti, ſed vltro ſe miniſterio prædicationis ingerūt, prætextu honoris, quæſtusve, quæ peſtis latè vagari ſolet. Contra quos

S. Chryſ.

velut

velut iratus dñs ait:Ipſi currebãt,& ego non mittebã eos. Et iterũ:Ec ce ego ad prophetas,q furabãtur verba mea,& dicũt: Hæc dicit dñs, qui ſomniãtes mẽdaciũ,ſeduxerũt populũ meũ. Ecce graphicè depi *Hæretici* ctos noſtræ tẽpeſtatis hæreticos. Fures ſunt,& verba Dei rapiẽtes an tichriſtũ prædicãt. Somniãtes mẽdacium ſeducũt populũ Chriſti Ie ſu,eoſq; ad infernum pertrahũt,perdulces ſermones & ſalutationes, veluti apoſtolus cõteſtatur. At S. Hieremias,etſi à dño aſcitus,clama *Iere.23.* bat.a.a.a.dñe neſcio loqui. Ad quẽ Deus optimus: Noli dicere quia *Iere.1.* puer ſum,ego ero tecũ. Felix prædicator,qui à dño mittitur, fieri nõ poteſt quin exuberãtem fructũ faciat. Nam quomodo prædicabũt niſi mittãtur? Talis fuit S. Ioãnes, miſſus fuit à Deo,vt teſtimonium *Rom.10.* perhiberet de lumine Chriſto Ieſu. Ceterum à Deo miſſi ſunt,qui le gitima eccleſiæ cõſtitutione,verbũ Dei populo prædicãt, ad candi-dã vitã,& honeſtos mores alliciũt audiẽtes. In quibus autem nihil ho rũ inuenitur nullatenus fides habẽda eſt. Si autem roget quis, vbi iuſ-ſio iſthæc facta eſt Ioãni? Euãgeliſta aperit vbi, in deſerto quidem vi gintiquinq; annis eremũ ſcalẽtem habitãs,cõuerſatio eius non in ter ra ſed in cælis erat. Ibidẽ vſq; ad ſui oſtẽſionẽ occultus mãſit, homini bus incognitus,angelicis ſpiritibus notus. Idq; Deo optimo authore actum eſt,vt nulla ſuſpicio hominibus innaſceretur, quod affinitatis grata vel cõuerſationis cauſa,de Chriſto Ieſu magna teſtaretur. Vn-de ipſe Hebræis dicebat:Ego neſciebam illũ, ſed qui miſit me bapti-zare,ipſe mihi dixit. Super quem videris ſpiritũ deſcẽdentem & ma- *Ioann. 1.* nẽtem ſuper eũ,hic eſt qui baptizat in Spiritu ſancto. Quã ob rem ad tantum diuinarum gratiarum eleuatus eſt apicem,vt pluſquam pro-phetis ſibi gratia infunderetur. Nec abs re,cum ſuum deſiderium à principio vitæ ſuæ vſq; ad finẽ diuinis aſpectibus obtulit. Felix cariſ-ſimi qui ſolitudinem amat,mundi cõſortia fugiẽs, vt ſoli Deo vacet, is cum ſponſa decantare poterit iure optimo: Dilectus meus mihi & *Canti.1.* ego illi,inter vbera mea commorabitur. O quoties verba hæc omni melita dulcedine fœcũda, Ioãnes in illa vaſta ſolitudine,tum corde, tum etiã ore repetebat: Dilectus meus Ieſus qui me in vtero matris meæ ſanctificauit,& oleo ſuæ gratiæ vnxit, præcurſoremque ſuum inſtituit, is mihi amabilis & vehementer deſiderabilis. Inter vbera mea commorabitur,in corde meo ſedem ei dabo, toto pectore eum diligam,qui tantoperè dilexit me, & tot chariſmatum donis ditauit. Iis nimirum,fratres,qui teſte Iob,ædificãt ſibi ſolitudines,iis,inquã, cæleſtis rex Chriſtus loquitur,eiſq; arcana ſuã reuelat. Hoc ſpũ afflatus

tus deſertum vnum reliquit,& in aliud deſertum ſe recepit.

Text. Venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptiſmum pœnitentiæ,in remiſsionem peccatorũ. In hac regione Iordanis ſacrũ
Matt.4. euangelium habuit initium,nam dogma ſalubre Ioannis,& Chriſti
Eſai.9. Ieſu hic cœpit,iuxta Eſaiæ vaticinium,quod nõ tacuit ſanctus Matthæus: Vt impleretur, ait, quod dictum eſt per prophetam Eſaiam: Terra Zabulon,& terra Neptalim, via maris trans Iordanem Galileæ gẽtium. Populus qui ambulabat in tenebris vidit lucem magnã. Siquidem aptus locus hic erat,ad miniſterium eius, vt qui de peccatis ſuis doleret ſtatim baptizatus in Iordane,abiret ablutus. Notandum quare baptiſmus pœnitentiæ appellatur baptiſmus Ioannis,ſanè ille tãtum baptizabat in aqua,vt in tertia dominica diximus. At ſi ergo in illo baptiſmo remiſsio peccatorum non dabatur,quorſum baptiſmus pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum vocatur? Profectò ſancti doctores varij ſunt in hoc loco. Sanctus Gregorius de ba-
S.Grego. ptiſmo Chriſti Ieſu hoc exponit. Prædicabat vtiq; Ioãnes Baptiſma verum,quod Saluator erat daturus mundo. Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto,aiebat,de Chriſto Ieſu loquens. Atqui alij non de baptiſmo Chriſti ſed de baptiſmo Ioannis, id intelligunt. Itaq; ibi qualitas baptiſmi ſignificatur, eò quòd baptiſmus Ioannis erat baptiſ-
Nota. mus pœnitentiæ. Hoc eſt,quodam initium pœnitẽtiæ, vt magna ſit diſparilitas,inter baptiſmum Chriſti & Ioãnis. Nempe in baptiſmo Chriſti abſque pœnitentiali ſatisfactione prauia delicta omnia merito Chriſti deleantur & hæc maxima dignitas, & excellentia baptiſmi eſt. Quod autem ſubditur,in remiſsionem peccatorum,non ad baptiſmum refertur,ſed ad pœnitentiam. Perinde dicat,prædicans baptiſmum pœnitentiæ, propter quam remiſsionem peccatorum datur. Pœnitentia autem quæ vocatur virtus non à Ioanne cœpit, ſed à primo parente exordium habet. Et hic ſenſus plus arridet, & literæ germanior apparet. Potuiſſemus quodammodo baptiſmum Ioãnis, vocare baptiſmum in remiſsionem, nõ effectiuè ſed inchoatiuè, ſiue
S.Tho.4 diſpoſitiuè. Diſponebat nanq; ad pœnitentiam obeundam. S.Tho.
d.2.q.2. 3.par.q.38.art.4.valde conueniebat, vt Ioannes prædicaret Chriſtũ baptizando. Primò quia Chriſtus venturus erat ad baptiſmũ,vt conſecraret aquas. Secundo,vt turbis ad baptiſmum conuolantibus,prædicaret Chriſtum Ieſum adeſſe. Tertio, vt aſſuefaceret homines ad Chriſti baptiſmum. Hęc & alia pleraq; commoda,ex hoc baptiſmo Ioannis dimanarunt. Vnde perſpicuum eſt,niſi quis ſtupeat,illum

eſſe

eſſe à Deo,& inſtinctu familiari Spiritus ſancti, Ioannes ſic baptizabat. Quod phariſęi confiteri noluerunt, Chriſto Ieſu eos interrogante ſed erubeſcentes tacuerũt, nec proprio gladio ſe interimerent, veritatẽ profitendo. Erant quidem baptizandi baptiſmo Chriſti, quotquot baptiſmũ Ioanuis ſuſceperunt, eò q̄ ex aqua & Spiritu ſancto renati non erant, ſed aqua tantùm diluti, dicente domino: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt videre regnum Dei. Hæc ſententia ſancti doctoris eſt. 3. part. q. 38. art. 6. Quãuis magiſter. 4. d. 2. Aliter ſentiat, ſed hæc ad ſcolas, maximè attinet. *Matt.* 3.

Prædicãs baptiſmũ pœnitentiæ. Verba eius ea ſunt, vt Matthæus narrat: Pœnitentiam agite appropinquabit regnum cælorum. Ecce ſacrum euãgelium rectè à pœnitẽtia facienda exorditur. Lex nãque peccatum indicabat, non delebat nec poterat, imò occaſionem præſtabat, vt fortiùs libido accreſceret. Teſte apoſtolo, euãgelium, ideſt bonum nuntium infirmitatem oſtendit, peccata palam facit, & medelam præbet ſimul. Eò quòd Chriſtus factus eſt nobis à Deo ſapientia iuſtitia ſanctificatio & redemptio. Res dictu mirabilis, Saluator noſter factus eſt nobis iuſtitia, & nos iuſtitia Dei efficimur in illo. O nos beatos fratres, ſi vt ius eſt, mandata Dei ſeruemus, eumq́; fide, & ſpe, ac caritate veneremur. Nempe regnum cælorum appropinquabit, & regnabimus cum Chriſto perpetim. En præ foribus eſt Dei regnũ cælorũ, adeſt quẽ pater promiſit. Verũtamẽ intra vos eſſe nõ poterit, niſi anteactã malã vitã defleatis, bonãq́; poſthac age revelitis. Agite vos cariſsimi obſecro pœnitẽtiã, alioqui nec Chriſti aduẽtus, nec baptiſma, crux aut ſanguis Chriſti aliquid proderit, niſi quis volũtate, ac ſponte ſua pœniteat. Nemo ſibi bladiatur, aut felicitatẽ ſibi promittat in delicto perſeuerãs, nec cõfidat in verbis mendacij dicens: Templum dñi, templum dñi, templum domini eſt. Sic Iudæi olim cæcucientes dicebant: Fruſtra ſperantes veniam, ob id quod in templo, tot ſacrificia & holocauſta offerebant, nihilominus ſponte peccabãt, & in peccatis perſeuerabant. Cæterum corroborat ſuam prædicationem teſtimonio Eſaiæ, beatus Ioannes dicens. *Text.* *Matt.* 3. *Roma.* 5. 1. *Cor.* 1. *Iere.* 7.

Vox clamantis in deſerto, parate viam dñi, rectas facite ſemitas eius Ioannes rectè apellatur vox, eò quòd non ſcripturæ ſuã prophetiam cõmendabat, ſeu alij prophetæ, ſed miſſus erat, vt viua voce tãtum prædicaret. Clamat itaq́; hæc vox ſolum magnitudine affectus quod præcipuum eſt in concionatore, ſed publica declamatione, nil priuatim docẽs. At contrà, hæretici latebras quærentes ſua dogmata *Text.*

venenata explicāt, dicēte dño: Qui malè agit odit lucē, ne arguātur opera eius. Vnde ſuā doctrinam laudans Saluator, præſidi funeſto
Ioan.19. dixit: Ego palā loquutus ſum mūdo. Ego ſemper docui in tēplo, & in ſynagoga, & in occulto loquutus ſum nihil. Quid me interrogas? Ecce euangelij primatus, iubare ipſo lucidius eſt verbū Chriſti Ieſu, eā ob rem lucem amat, omne tenebroſum vehementer horret. In deſerto clamat, quia derelictę, ac deſtitutę Iudææ, ſolatiū redēptionis an-
S.Grego. nūtiat, vt pulchrè ſanctus Gregorius ait. En vox dñi ſuper aquas reſonās, vt iam diximus, & quidē ſuper aquas Iordanis intonuit. Vox dñi in virtute & magnificentia, pollicēs delictorū veniam adeſſeq; Meſſiam ſubindicās. Sed quid clamet? Nimirum parare viā dñi admonet, & ſemitas eius rectas facere hortatur. Ecce quam malè Hebræi prophetiā hāc Eſaiæ, de reditu à captiuitate Babylonica exponūt. Euangeliſtæ ad literā illam de aduētu Meſsiæ allegāt. Sed de via paranda Chriſto veniēti ſecūda parte hui⁹ declamationis tractabimus. Iamq; de effectu, ac fructu ſaluberrimo aduentus Meſsiæ differēs adnectit.

Text. Omnis vallis implebitur, & omnis mōs & collis humiliabitur. Et
Nota. erūt praua in directa, & aſpera in vias planas. En quatuor deformitates, quæ viæ cōtingere ſolēt. Vel vallis eſt, in quam oportet deſcēdere nō ſine labore, vel mōs ad quē non aſcēdimus abſq; inſudatione. Aut obliqua eſt via, aut aſpera. Vaticinatur ergo Ioānes tantā eſſe virtutē Chriſti aduenientis ad nos, vt potēs ſit ſua gratia omnes haſce deformitates ab animabus tollere. Significatur igitur ijs quatuor metaphoris, tollenda quæuis deformitas morū. Auferēda quidē erat Chriſto nato
Eſai. 35. omnis puſillanimitas, iuxta illud Eſaiæ: Dicite, puſillanimes, cōfortamini, & nolite timere. Deus ipſe veniet & ſaluabit nos. Quod quidē de Meſsia venturo ad literā dictū eſt, nam ſtatim ſequitur: Tūc aperiētur oculi cæcorū, & aures ſurdorū patebūt. Mōtes ſuperbos præſi-
2. Reg. gnāt, ſuper quos, ros nec pluuia diuinę gratiæ cadit. Dicēte propheta regali: Mōtes Gelboe, nec ros, nec pluuia deſcēdat ſuper vos, vbi ceci-
Figura. derūt fortes Iſrael. Iniuſtitia via obliqua eſt, tendēs ad baratrū. Nā in circuitu impij ambulāt, quorū typus Sanſon obcæcatus fuit, gra-
Sapien.5 uem molā trahēs. Deniq; via improborū aſpera ſatis, ipſis magno cū gemitu acclamātibus. Ambulauimus vias difficiles, viam aūt dñi ignorauim⁹. Aut ſi quis mauult, cum Beato Gregorio dicat: Valles gentes humiles, mōtes ſuperbos deſignari. Et quia Saluator noſter, depo-
Lucæ. 1. ſuit potētes de ſede, & exaltauit humiles. Hebræos proſtrauit, & gentiles in ſublime euexit ceu alma virgo Maria cecinit, ideò omnis mōs humi-

humiliatur,& vallis gratia Chriſti Ieſu impletur.

Et videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri, Ac ſi dicat: Deus homo factus, adeo cōſpicuus veniet, vt in terris cum hominibus cōuerſatus, omnis homo, ſiue Hebræus, ſiue gentilis, aut barbarus, eum intueri poſsit, niſi ſuapte malitia in tenebris delictorum, deliteſcere quis voluerit. Pluriſq; facere tenebras, quàm lucem cælicam maluerit. Hanc ſententiā ſanctus Gregorius de vltimo aduētu explanat, vbi à cūctis rex noſter Chriſtus in gloria ſua videbitur, eo dicēte: Tūc videbūt filium hominis venientē in nube, cū poteſtate magna & maieſtate. Ceterum, Lucas Ieſum appellauit ſalutare Dei noſtri, veluti exponens, quod propheta dixit: Et videbit omnis oculus quod os dñi locutum eſt. Sanè Saluator noſter ſalutare Dei iure vocatur, eò quòd venit nobis ægrotantibus ſalutem ſpiritalem afferre. De euangelio ſit ſatis. *Text.* *Lucæ.21.*

SECVNDA PARS Declamationis.

VOx clamantis in deſerto parate viam dñi. Audiſtis, ni fallor, fratres, in prima parte huius declamationis, Ioannem clamātem in deſerto iuxta fluenta Iordanis, vbi baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum, turbis ad ſe confluentibus, feruido ſpiritu prædicabat. Aſcendit ſanè vt alter Helias ſicut ignis, & verba eius ſicut facula ardebant. Imo Gabriele teſte, Ioannes venit in ſpiritu & virtute Heliæ. Hunc eximius prophetarum Eſaias ante annos.750. Vidit in ſpiritu & vocem clamantis in deſerto appellauit. Et quidem rectè, nam ſuapte natura vox præcedit verbum. Idq; ex noſtra locutione agnoſcimus, nam prius vox ſonat, vt verbū poſt modum audiri poſſit. Ioānes ergo vox eſt, quia verbum præcedit, vt beatus Gregorius teſtis eſt. Sicut enim vox pectoris nuntius, angelus mentis, & intellectus noſtri dicitur interpres, ita Ioannes nuntius & angelus fuit Chriſti, verbi æterni patris. Quippe qui, ex ſubſtantia ſua ineffabiliter eructat hoc verbum bonum, quod eſt Oceanum mare, ſeu fons ex quo omnia bona, ſcaturiunt. Mira res, vt in mēte mea prius fuit cogitatio ſeu verbum, vox autem prius ad aures venit, ſic verbū patris, in æternitate eſt, nihilominus per Ioannem, tāquam per vocem hominibus patefecit. Præuenit Chriſtum, prædicando & baptizando, & eum digito demōſtrando, dicēs: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Adhæc, vox cito trāſit, verbum remanet in pectore, & ſic, quam *2.Pars.* *S.Grego.* *Collatio.*

totius Ioannes tranſiuit obiēs, Chriſto Ieſu creſcēte, totum orbē adimpleuit, veluti Daniel de lapillo, abſq; manibus de mōte præſciſſo, multis retrò ſeculis prophetarat. Hinc Ioannes diſcipulis ſuis liuore inuidię tactis dixit: Illum oportet creſcere me autē minui. Idq; factū
S. Augu. eſt, vt S. Auguſtinus cōteſtatur, quādo Ioānes minutus eſt in capite, Ieſus ſalus noſtra, creuit in cruce. Quāquam de fama illuſtri, & æſtimatione magna, quam oēs de Chriſto habebant, ob inſignē eius doctrinam, & ſtupenda prodigia, quæ operabatur, ad literā intelligēda ſit Ioānis ſententia. Demq; ſicut vox ſine verbo nil prodeſt, ita nihil ſine Chriſto Ieſu Ioannes. Quin & baptiſmus Ioannis nihil valeret, niſi aſcendente verbo velamine carnis noſtræ velato. Videtis quam meritò propheta, & ipſemet Ioannes ſe vocem appellarit.

Vox hæc non tacet, ideò vox clamantis nuncupatur. Quis ille eſt qui clamat per Ioānem? Sanè Chriſtus Ieſus, qui in quouis prædicatore clamare ſolet. An experimētum quæritis (ait apoſtolus) eius qui in me loquitur Chriſtus? Hinc ipſe dñs ait: Si ſeparaueris mūdum à vili,
Iere. 15. quaſi os meū eris. O quam cādidum, quam mūdum, & ſanctum oportet eſſe os cōcionatoris, quo ad loquēdum populo, Deus optimus vtitur! Vox clamantis erat Ioānes, vox Chriſti Ieſu in tēplo clamātis:
Ioann. 7. Si quis ſitit veniat ad me & bibat. Rurſus Saluator clamitat: Omnes
Matt. 11. qui laboratis, & onerati eſtis venite ad me, & ego reficiā vos. Obſeruandum, quod Chriſtus clamat voce ſonora tonās, quia euangelium veritatis prædicat. In lege veteri velut ſubmiſsè, & humiliter omnes loquebātur, vtpotè qui nondum venerāt ad ſeculū aureū, id eſt, ad tē
Nota. pus euāgelicæ veritatis. Quod quidē adūbrabat vox illa Moſi, rudis & exilis. Sanè quia lex vmbratica erat & obſcura, non per orbē vniuerſum reſonabat, vt ſacrum euāgelium, ſed intra lares Hebræorum audiebatur tantùm. At Chriſtus rex noſter in deſerto vaſtiſsimo, in toto mundo per apoſtolos & prædicatores ſuos clamare non ceſſat.
Pſal. 75. Quorū vox in omnē terram exiuit. Vos cariſsimi hinc elicite, quanti æſtimare debeatis cōciones, quas auditis. Nō prędicator vobis loquitur, ſed Chriſtus Ieſus in ore eius clamat, & quæ Spiritus ſanct⁹ ei ſuggerit propinat auribus veſtris. Extat Saluatoris egregia admonitio: Qui vos audit, me audit: & q vos ſpernit, me ſpernit. Votis factis, affectu pio, verba Dei audite, & ea mordicùs tenete, pectoribusq; veſtris illa figite. Quò cū propheta cōcinere valeatis. In corde meo abſcōdi
Pſal. 118. eloquia tua, vt nō peccē tibi. Clamauit igr vox Chriſti, prędicauit in deſerto adeſſe tātoperè deſideratū Meſsiā, clamauit in alio deſerto,

hoc

hoc eſt in Iudęā ſterili,& omni dono & fauore Dei iam deſtituta. Legite Ioſephum lib.7.de bello Iud.c.26. & videbitis quàm deſolatum erat templum Salomonis. Imò poſt tot deuaſtationes,per ipſos Perſas & Babilonios reges, quæ pretioſa erant in templo, Titus & Veſpaſianus,Romam detulertũt.Menſa aurea,candelabrum,vaſa argentea,& cuncta vtenſilia per Romanos ſublata ſunt, vnctio regalis defecerat,vt in pſalmo quodã extremis ſuſpirijs regiis pſaltes deplorat. O deſertum omni cultura ſcalẽs,omni fructu deſtitutum. Iudęorum pectora arida erant,omni gratia Dei arentia,ideò Ioannes clamat velut aratro verbi Dei,terram incultam proſcindens, quo in Chriſtum Ieſum credẽtes,eumque candido corde amantes, fructus vberrimos, operaque ſancta facere queant. *Ioſephus.* *Pſal.73.*

Clamat etiam Ioannes ad nos fratres, qui ſomno graui obdormiẽtes ac ſupini, in lectulo peccati iacemus, vt ſurgentes Chriſtum Ieſum honore debito ſuſcipiamus, in cordibus noſtris hoſpiciũ ei præſtemus,fide,ſpe,caritateq; omnigenis & virtutibus ornatum. Rege ipſo Chriſto Ieſu pulſante & dicente: Aperi mihi ſoror mea colũba mea,ſpecioſa mea. O ſtupendam & indulgentiſsimam filij Dei erga nos caritatẽ,quis pro dignitate eximiã ac precellentẽ dilectionẽ hãc valeat enarrare?Stupẽt angeli,mirantur Seraphin,vbi tota ſui intellectus indagine ſummi numinis ingẽtem amorẽ in filios Adæ patefactũ contẽplantur. Sororem vocat eccleſiã hanc Romanã,cuius pars quilibet fidelis anima eſt.Et perbellè hac nomẽclatura eam honorat, poſtquam angelos non apprehẽdit,ſed ſemẽ Abrahæ apprehẽdit.Frater vtiq; noſter eſt filius Dei Chriſt⁹ Ieſus,caro de carne noſtra,os de oſsib⁹ noſtris,ne interficiam⁹ Ioſeph,aiebat Rubẽ,quia frater & caro noſtra eſt.O fratres mei ne obſecro fratrẽ noſtrũ Ieſum in corde noſtro occidamus,legẽ eius contẽnendo, Deus noſter eſt qui nos ex nihilo creauit,& ad imaginẽ ſuam animã noſtrã inſigniuit.Hic viuit in corde noſtro per fidem & caritatẽ,iuxta illud: Viuit verò in me Chriſtus. Nõ obſecro adeò immanes & feri ſim⁹ occidentes eum, qui vita noſtra eſt.Alioqui illũ interficiẽtes,nos ipſos leonibus crudeliores interficim⁹.Si ergo ita eſt,quod frater noſter vocatur,anima noſtra ſoror eius, re ipſa, ſpõſaq; appellatur:vnde tãta ingratitudo, quod oſtia cordis ipſo pulſante non ei reſeratur? Ego,inquit,ſto ad oſtiũ & pulpulſo.O mirabilem hominis dignitatem! o inenarrabilem liberi arbitrij poteſtatem! Creator ipſe creaturã ſuam rogat, blandis verbis demulcet, & ſuadet nobis,vt ei aperiamus,verſuto leoni diabolo, & *Canti.5.* *Gene.3.* *Gene.37* *Apoc.3.*

ſerpēti lethali mūdo, cordis noſtri portas claudam⁹. O fratres ſaltim
Nota. vt nr̄i miſereamur, vltro Chriſtū Ieſum ſuſpiciamus. Nam, vt corpus ſine anima, vitā habere nō poteſt, ſic anima abſq; Chriſto viuere minime valet. S. Auguſtino teſtāte. Alioquin ipſe dn̄s de ſeipſo nō diceret:
Ioann. 11 Ego ſum via veritas & vita. Et iterū: Ego ſum reſurrectio & vita, qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet.

Text. Sed nūc, quid dicat vox hæc in deſerto, intētiſsimo audiamus animo, noſtra vel maxime refert, nedū audire, ſed obaudire. Ait enim, parate viā dn̄i. Quænā via hæc ſit, quā præparare nos admonet vox dn̄i, vita noſtra eſt, quæ ſentibus peccatorū exuberat. Hinc B. Baſilius, in pſamū primū, egregiè explanās illud: Beatus vir qui non abijt
S. Baſil. in cōſilio impiorū, & in via peccatorū non ſtetit. Via enim ait, vita dicitur, p quā quilibet natus properat ad finē. Quēadmodū qui trāſfretātes in nauigijs dormiūt, à vēto in portum deducūtur, & ſiue ſentiāt, ſiue nō, per vrgēte curſu, ad finē optati portus applicāt: ſic & nos vitæ noſtræ tēpore properāte, veluti quodā motu irrequieto ad pro-
Hebr. 13 priū terminū, occulto vitæ noſtrę curſu properamus. Itaq;, oēs in via ſumus neq; habemus ciuitatē manentē, ſed futurā inquirimus, S. Paulo teſte. Atqui, quoniā via hæc noſtra non eſt, eo ꝙ in volūtate Dei
Nota. ſita, meritò via dn̄i appellata eſt. Rectè quidē vita noſtra via dicitur, nam modo hūc, modo illū ſortitur ſtatū. Sanè via peccatorū, vt ſapiēs inquit, tā eſt ſenticoſa, & praua, vt cōplātata ſit lapidibus. Quin & hæc lata eſt, quæ ad perditionem deducit, mortēq; perpetuā in ea ambulātibus adigit. Felix ergo vir, qui in illa nō ſtat. Hic nimirū arctam viā amplectēs, Chriſtū ducē ſequitur, & vt fidelis athleta, cru-
S. Augu. cē ſuam ſpōte baiulat. Ad hæc, S. Auguſt. inquit. Beatus vir qui in via peccatorū non ſtetit. Ille non ſtetit in hac via mala, qui quāuis natus
Origeñ. ſit in peccato, eum illecebra ſecularis nō tenuit. Eodē planè pertinet quod Origenes loquitur. In corde noſtro parāda eſt via dn̄o. Magnū eſt cor hominis & ſpacioſum, ſi tamen fuerit mūdum, nec in magnitudine quātitatis, ſed ſenſuū intelligamus oportet. Alludit hoc, ad il-
1. Cor. 3. lud tēplum Dei eſtis, & Spiritus ſanctus habitat in vobis. Nēpe vbi tanta maieſtas habitat, toto mundo maius ſit neceſſe eſt.

Alij & non abs re, viā hāc intelligunt mādata Dei eſſe, hanc viam planè paramus, vt quotidie veniat ad nos, ſuam gratiam impertiens,
Pſalm. 118 dum legem vltro ſeruamus, Dauide dicēte: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meū. Currit orthodoxus viam hanc, cum hilari corde, quæq; Deus optimus præcepit implet opere. Sed quidnī

quidni currat? Imò & volet: Qui ſperant in dño mutabunt fortitudinem, aſſumēt pennas vt aquilæ, current & non laborabũt, ambulãt & non deficient. O mirabilē ſummi Dei gratiam, qui antea, nec pedem mouere quibant ad bona patranda, ope Dei fulti, mutant fortitudinem, bella hoſtilia deſtruentes, & Satanam, mũdum, & carnem ſubiugantes ſpiritui. Nedum ambulant, quod ad incipientes attinet, *Nota.*
ſed currunt, quod proficientium eſt. Et tandem, aquilinis alis ſuper omnia volitãt, quod perfectis peculiare eſt. Mira res: currẽtes nõ deficiũt, volãtes minimè laſsãtur, aut fatiſcũt. Hos fauſtiſsimos dixerim viros, qui vt filij Dei, ſpiritu eius agũtur. Et inſtar ſanctorũ animaliũ, *Ezech.1.*
quæ propheta in ſpiritu vidit, vbi eſt ſpirit⁹ impetus, illuc gradiũtur, nec reuertũtur, retrorſum aſpiciẽtes vnquã. Ceterũ Lutherus & eius *Lutherus*
cõplices, obmuteſcãt hic, oportet, quiq; hoc verbo Ioãnis explodũtur, tãquam noui Arriani liberum arbitriũ abnegãtes. Parate viã domini & rectas facite ſemitas eius. Quandoquidem, ſi iubemur præparare viam domini liberi ſumus, dicente Salomone: Hominis eſt præparare animum. Hoc ariete omnium dogmata peſsima hæreticorũ dilabuntur. Sanè, gratia Dei præueniente, naturalibus noſtris bene vti poſſumus. De qua Dauid: Miſericordia eius preueniet me. Quod autem Ieremias inquit: Scio domine quod non eſt hominis via eius, nec viri, vt ambulet & dirigat greſſus eius, ſine auxilio diuino intelligi oportet, quod profectò non deſtituit nos. Manus Chriſti Ieſu, vt in canticis optimè depictæ ſunt, tornatiles, aureæ, plenæ hyacinthis dicuntur. Quàm ocyſsimè mouentur, vt petentibus, diuitias ſuas largiantur. Plenæ hyacinthis ſemper extant, quo virtutes omneis pœnitentibus impendant. Quin & ipſe bonorum omnium largitor, ad oſtium ſtat & pulſat, corda noſtra habitare maximoperè cupiens. Audiamus vocantem fratres, pulſantem regem noſtrum aperiamus, ſtatim. Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, clamat Chriſtus extra, per ea quæ viſibilia ſunt, clamat intra, loquens pacem in plebem ſuam, & in eos qui conuertuntur ad cor: Ne obſecro quis vt aſpidis ſurdę, obturet aures ſuas, & pereat. Rex Salomon rex pacificus Chriſtus venit, ſedeat in throno patris ſui & firmetur, vt de Salomone legimus. Anima iuſti ſedes eſt ſapientiæ, & thronus regalis cor noſtrum eſt. Non obſecro regnet peccatum in mortali corpore veſtro, alioqui rex regum Chriſtus, ad vos non veniet. Vox eius ea eſt: Fili præbe mihi cor tuum. En aula regia, & ſedes regis altiſsimi. Da cor tuum & cuncta ei dediſti. Da

mendax. *Prou.16.* *Iere.10.* *Canti.5.* *Apoc.3.* *Pſal.114.* *3.Re.2.* *Prou.23.*

omnia quæ habes & hoc donũ tolle, nihil regi tuo obtuliſti. Fili præ
be mihi cor tuũ, hoc tibi dedi, vt reddas ſpõte, quod gratis accepiſti.
Quãdoquidem vt homini ſatis non eſt, ſi Deus omnia quæ fecit illi
Collatio exhibeat, niſi ſeipſum præbeat ei, ita ſi cũcta dederit homo Deo, ſat
non eſt, niſi ſeipſum hoſtiam viuam, ſanctam Deo placẽtem, impen
dat. Vnde Sanctus Auguſtinus: Domine ſi dederis ſeruo tuo omnia
quæ feciſti, non ſufficiunt, niſi te ipſum dederis.

1. Reg. 7 Præparate ergo fratres corda veſtra dño, & ſeruite illi ſoli, ait ſcri
ptura. Seruiẽtes illi, mundo & omnibus, quæ mundi ſunt, renũtiate.
Nemo poteſt duobus dñis ſeruire. Ne ſanctis propliana admiſceatis,
mundo, & Chriſto Ieſu placere volentes. Nonne ſcriptũ eſt: Qui ti-
Eccl. 2. mẽt Deum, pręparabunt corda ſua? En rurſus liberi arbitrij inſigne.
Iere. 7. Et iterum Hieremias. Bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & ha
bitabo vobiſcum. O verè magnam & vehementer appetendam Dei
noſtri pollicitationem. Habitabo in vobis, modo bonas vias veſtras
faciatis ait. Probemus igitur nos ipſos, chariſsimi, expẽdamus ſolerter
conſcientias noſtras, exhomologeſim integrã faciamus, abſolutionẽ
peccatorũ noſtrorũ à ſacerdote ſaluberrimã accipientes. Ieiunijs &
orationibus nos exhibeamus, vt ſacro aduẽtante paſchate, Chriſtum
Ieſum in benedicta hoſtia altaris, pectori noſtro recõdamus. Sic ipſe
habitabit in nobis, vt rex præpotens in ſuo regno, noſq; regnabimus
in illo perpetim.

Summa. Audiſtis, ni fallor, fratres, quãdo Ioãnis Baptiſtæ cœpit prædica-
tio, regnãte Tyberio Cæſare, Pilato procurante Iudeã, Ana & Cay
pha ſacerdotij partes gerẽtibus. Nam ius erat, vt gẽtes & Iudæi adnu
merarentur, quãdo euãgelium illuſcere cœpit, quia non modo Salua
tor Hebræos venit docere, ſed omnes gẽtes. Factũ eſt verbum Dei ſu
per Ioãnem, cui Spiritus ſanctus præcepit ad obeũdum laborem ſui
miniſterij, in deſertu Iordanis cõuolate: vbi vox dñi ſuper aquas, mi-
ro modo reſonabat: Pœnitẽtiã agite & appropinquabit regnũ cælo-
rũ. Parare viam dñi hortabatur oẽs, & ſemitas obliquas, ac tortuoſas,
rectas facere docebat. Per illas coluber tortuoſus ambulabat olim,
ideo rex omnipotẽs Chriſtus eas horret vehemẽter. Deteſtatur hu-
milis princeps, omnẽ arrogãtiam, innocẽs puer Ieſus execratur oẽm
verſutiã, & malitiã. Par erit vt præparem⁹ corda noſtra, deſiderijs ſan
ctis, operibus bonis, ac precationibus pijs, pro virili ſtudeamus. Sic ſa
nè pręparatis cordibus noſtris, rex noſter Ieſus in nobis habitabit, do
no ſuæ gratiæ mẽtes noſtras ditãdo. Cui ſit gloria per ſecula, Amen.

ANNO-

ANNOTATIONES appendices.

PRimò adnotãdũ, quàm ſit magnũ prædicationis munus, quàmq; *Annot.1.*
fugiẽdum, donec Deus optimus ad functionem tanti miniſterij ſe
legat quos vult. Mirabile dictu! Ioannes in vtero matris ſanctifica-
tus, in eremo.20.annis, & eo amplius auſterrimam pœnitẽtiam agẽs, *Nota.*
non eſt auſus ſumere ſibi hunc honorem. Quid ni Ioannes homo tan
tum, alioqui ſanctus, & virtute omnigena decoratus id expaueſcat?
Saluator noſter prædicationem ſuam auſpicatus non eſt, antequàm
Spiritus ſanctus duceret eum in deſertum, vbi ieiunio vacans, tenta-
tus eſt à Satana. Spiritus domini ſuper me, ait humilitatis doctor, eò *Lucæ. 3.*
quòd vnxit me: euangelizare pauperibus miſit me. Ecce ad eundem
modũ amicus ſponſi Ioannes, quandiu ſuper eũ non factum verbum
Dei fuit, tacuit, & eremum incoluit. Vtinam & nos eius geſtus ſeque
remur. Nam quomodo prædicabũt (inquit Paulus) niſi mittantur? Et
itidem, nemo ſibi ſumat honorem, ſed qui vocatur tanquã Aaron.

Secundò obſeruandum eſt, quàm paratum, & morigerum ſe præ- 2.
buit hic ſanctus, quippe qui ſubinde, vt facta fuit iuſsio illa cælica, ad
Iordanem venit tranquillitatem ſuam deſerens, qua in eremo frueba
tur. Non reſponſat aut reluctatur, vt Moſes dicens: Obſecro domine
mitte quem miſſurus es. Neque ait non ſum eloquens, ſed confeſtim
vocationi paruit, cum Eſaia dicens: Dominus aperuit mihi aurem, & *Eſai.50.*
ego non contradico. Non vtique velut Helias dixit, A.a.a. Domine,
neſcio loqui quoniam puer ego ſum. Vbi ſuo exemplo nos docuit, vt
mãdatis Dei nos morigeros præbeamus. Iuxta illud diuini citharœ-
di: Vt iumẽtum apud te factus ſum, & ego ſemper tecum. Appoſitiſ- *Pſal.72.*
ſima collatio, ſtrenuum & optimum virum obediẽtem indicans. Vt
iumentum onus à domino ſuo lubens ſuſcipit, perinde ego nõ relu-
ctabor voluntati tuæ, domine Deus meus.

Tertiò, vtrumq; populum Euangeliſta Lucas non fruſtra connu-
merauit, de prædicatione Ioannis fuſiùs diſſerẽs. Nam alapis ille pro 3.
batus, pretioſus, quem pater cæleſtis promiſerat mittere in fundamẽ
tis Sion, Eſaia teſtante, iam aderat. Chriſtum Ieſum dico, quem re- *Eſai. 28.*
probauerunt ædificantes, ceu ipſe de ſe ipſo conteſtatus eſt. Is profe
ctò, ob ſuam inſignem humilitatem, factus eſt in caput anguli, adglu
tinans vtrumque parietem, vocans ad ſe, tùm gentiles, tùm Iudæos,

pacem faciens ijs qui propè, hoc eſt, Hebræis, & pacem ijs, qui longè id eſt gentibus. Ii propè erant vnum Deum cœli & terræ molitorem adorantes, illi longè qui idola colentes, diabolo ſeruiebāt. At contrà, Eſai. 1. Eſaia Prophetante, Reges Iſraël duntaxat computantur. Nam prophetia data eſt Hebreis, factum Euangelium cunctis nationibus erat nuntiandum. Huc pertinet illud: Euntes in vniuerſum mundum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Marci vltim.

4 Quartò, animaduertendum eſt, quam mirabilis facultas liberi artrij ſit, quod à nullo de lege poteſt cogi. Vnde pulchrè ſcriptum eſt: Fecit Deus hominem rectum, & reliquit eum in manu conſilij ſui. Eccle. 15. Quod quidē cum ita ſit, hominem oportet cooperari Deo, ad ſui conuerſionem. Iuxta illud: Conuertimini ad me in toto corde veſtro. Ioelis. 2. Et multa id genus ſunt oracula, in ſacra pagina cōſcripta. Non tamen ſe poteſt diſponere ad gratiam gratum facientem, ſine auxilio Dei, dicēte Paulo: Deus operatur in nobis velle & perficere, pro bona volūtate. Phil. 2. & iterū: Nō quod ſimus ſufficiētes, cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis, omnis ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Sed de his Scotus. 2. diſ. 28. q. 1. Huc pertinet, quod Ioannes admonet: Parate viam domini. Eam ob rem, funeſta hæreticorum dogmata explodantur, oportet.

5. Conſiderandum magnoperè eſt quòd chriſtianum ſobrium oportet eſſe, & ad ſtudia, per quæ Dei gratiam poſsit mereri ſemper paratum. Agnoſcat planè operæpretium erit, quantum immineat periculi, ſi longas traxerit moras. Vnde Saluator nos omnes hortatur nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam reuerti: Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris, Lucæ. 12. Perinde dicat: ad pugnam vos ipſos accingite, nam cruēti hoſtes adſunt, excubias agentes, vt vos perimant. Quam ob rem arma lucis arripite, Iudi. 7. ſancta opera patrantes. Sic fiet, vt fractis lagenis, corporibus ieiunijs & orationibus afflictis, ſpiritus triumphare poſsit inimicos, vt in die Madian olim contigit. Ecce quo pacto nos præparare oportet, vt ſponſum Chriſtum dignè excipiamus. De hac præparatione latiùs S. Baſil. Sanct. Baſil. in Mora. reg. 13.

6. Sextò denique, adnotatione dignum eſt, quod non ſemel, ſed bis regalis propheta ſe paratum profitetur. Paratum cor meum Deus S. Bern. (ait) paratum cor meum. Pſalm. 56. Vbi ſanctus Bernardus in paruis ſermonibus ſermone. 43. inuenire eſt hominem ſemel paratum, non tamen ſecundò. Eſt qui vltro iubente Deo abijciat omnē corpoream

volup-

voluptatem,egrediens de terra ſua, & de cognatione ſua. Veruntamen ſpirituali iucunditate æquanimiter fraudari, dilectum Iſaac interficere,quando aut obediētia cogit,aut fraternæ caritatis ratio poſtulat,hoc planè maximopere gratum Deo ſacrificium eſt. Memen tote tamen,fratres,non tamen in hoc ſacrificio,Iſaac,ſed arietē contumaciæ iugulari. Bis paratum cor habeamus,declinantes à malo & facientes bonum,bona externa,& internā iucūditatem ob Dei amorem abdicantes,vbi proximi noſtri neceſsitas depoſcit, cum Paulo dicentes: Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem. *Gene.21.*

Septimò adnotandum eſt,quod baptiſma Ioānis peccatorum remiſsionem non dabat abſq; pœnitentia. Quam ob rem,ritè appellatur baptiſmus pœnitentiæ. Hinc S. Hieronymus contra Luciferanos. Ioānis baptiſmus,non tam peccata dimiſit, quam baptiſma pœnitentiæ fuit,in remiſsionem peccatorum,id eſt in futuram remiſsionem peccatorum,quæ eſſet poſtea per ſanctificationem Chriſti,futura. Itidem Origenes,in epiſtola ad Roma. lib.5.cap.6. Baptiſmus Chriſti alius fuit à baptiſmo Ioannis, nam baptizabat Ioannes baptiſmate quod erat in lege,quare Chriſtus dixit: Sine modo, ſic decet nos adimplere omnem iuſtitiam. In quo oſtendit quod baptiſma Ioannis,expletio erat veterum,non inchoatio nouorū. Tandem beatus Auguſtinus contra Petilianum.lib.2.cap.34. Petilianus temerè dixit, non alium eſſe baptiſmum Ioānis quàm Chriſti, ſed vnum baptiſmum tribus gradibus conſecratum. Quorum trium graduum, aquam Ioannes,ſpiritum Chriſtus, ignem paracletus dedit. 7. *S.Hiero.* *Origen:*

Octauò, baptiſmus Chriſti Ieſu adeò efficax eſt, vt tam adultis quàm paruulis,regni cælorum aditum præbeat. Vnde conciliū Carthaginenſe, occiſorem paruulorum Pelagium vocat, qui paruulos abſque baptiſmo ſaluari, pernitioſa doctrina aſſeruit. Quò pertinet illud ſancti Auguſtini,epiſto.105. Sicut paruulos renaſci per miniſterium baptizantium, ita & eos etiam credere per corda & ora geſtantium confitemur. Sic planè hæc pertinent ad ſententiam domini dicentis: Qui crediderit & baptizatus fuerit ſaluus erit. At baptiſmus Ioannis ſuapte natura, nec adultis,nec paruulis ſalutē dabat. Et hæc potiſsima ratio eſt,inter vtrunq; baptiſmum,Ioannis, & Chriſti Saluatoris noſtri. Ille vmbra erat, hic autem lux & veritas. 8.

DE-

DECLAMATIO Sexta.

In vigilia Natiuitatis Chriſti.

QVAM ſint vera verba ſummi Dei fratres, nemo non videt, niſi lubens cæcutiat, & veluti in luce meridiana oculos ſuos claudere maluerit, quàm tantæ luminis fulgorem intueri. Quando quidem Dei maximi verba extant, quiq; per os ſacerrimi vatis Eſaiæ ſic ait: Sicut exaltantur cæ
Eſ.i. 55. li à terra ſic exaltatæ ſunt viç meæ à vijs veſtris, & cogitationes meç à cogitationibus veſtris. Sanè omnipotens Deus, vtpotè qui ſapientia infinita eſt, dicente propheta regali: Magnus dominus & laudabilis nimis, & ſapientiæ eius non eſt finis. Nos vero vermiculi humi reptantes, ignari, & vehementer rudes ſumus. Quid ni cogitationes Dei pluſquam cæli à terra diſtent? Nos vt parui parua cogitamus, parua & humilia atque vulgaria diligimus, eiſque hærentes plus nimio amamus. Deus optimus,
Pſa'.76. vtut magnus eſt, magna cogitat, & magna operatur. Iuxta illud: Tu es Deus ſolus qui facis mirabilia. Quam ob rem neceſſum eſt, vt cogitationes eius longè ſeparatæ ſint, à cogitationibus noſtris, viæ illius abſimiles per omnia appareant vijs noſtris. Nõne demiratus apoſtolus ſeſe continere non valens exclamauit? O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius,
Rom.11 & inueſtigabiles viæ eius. O rem dictu mirabilē, quis vnquam excogitare poterat, niſi, Deus ipſe ſua dignatione, prophetis reuelaret, Deum naſciturum ex muliere, vt hominem perditũ liberaret? Quis obſecro virginē fœtam opere Spiritu ſancto à ſeculo audiuit: Ioſeph iuſtus à Deo electus quaſi ſtupefactus tanti myſterij neſcius, volebat dimittere Mariam Deiparam videns eam fœtam. Idque feciſſet, niſi angelus inſomnis arcanũ hoc ei patefeciſſet. Sed iam vias Dei inexcrutabiles

crutabiles rimari incipiamus, aggredientes expoſitionem euangelij cuius ſacra lectio ſic habet.

Cum deſponſata eſſet mater Ieſu Maria Ioſeph, antequam conuenirent inuenta eſt in vtero habẽs de ſpiritu ſancto. Mirabile ſanè hoc eſt cariſsimi, quod Maria virgo nubat, cum ex virgine naſciturũ nuntiaret Eſaias Meſsiam, tot retro ſeculis: Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emanuel. Quid ergo virgini & coniugio? Quænã ſocietas, lucis ad tenebras? Sanè ſi rem hanc penitiùs inſpiciamus, alto Dei cõſilio id actum eſt. Non modo decebat Chriſtum Ieſum, ſed matrem eius ſacram, necnon ad fidei noſtræ firmitatem, ſic fieri oportebat. Profectò niſi ex muliere virata naſceretur Saluator infideles vehementer inſultarent, dicentes quod ex nefando concubitu natus eſſet Chriſtus. Huc pertinet illud Ambroſij. Quid Iudæis, quid Herodi poſsit aſcribi, ſi natum viderentur ex adulterio perſequi? Quaſi nihil ſceleris eis eſſet irrogandum. Adhæc moris erat apud Hebręos genealogias ſcribere, nõ niſi per viros, quod Mattheus ad amuſsim ſeruauit, retexens proſapiam Chriſti Ieſu. Tãdem ad tutellam pueri nati vel maximè conueniebat, vt deſpõſaretur alma virgo Maria. Secundò decebat, ita fieri ex parte virginis. Nam alioqui, vt bene refert ſanctus Hieronymus, à Iudæjs iuxta legis edictum lapidata eſſet, ceu adultera. Quid quod filius Dei, qui honorare præcepit parentes, non venit, quicquam infamię ſacerrimæ ſuæ matri dare. Imò magno honore eam proſequutus eſt ſemper, vt par erat. Mirabile dictu, maluit de ortu ſuo, quam de matris ſanctiſsimæ puritate dubitari. Sciebat ſanè, & optimè norat, quam fuerit tenera virginis verecundia. Ne ergo intemeratæ virginis adureretur infamia quando aluus eius videretur corruptionis inſigne præferre, eam ob rem ſummus Deus qui potenter attingit à fine vſque in finem, & nihilominus diſponit omnia ſuauiter, ſub hac vmbra honorabilis connubij, abſcondit arcanum hoc ſacrum. Deniq; ſic oportebat vt ſacra virgo nuberet, vt medela ſimilis eſſet morbo lethali. Ex viro & vxore, ex Adamo & Eua corruptio, & infirmitas oborta eſt cunctis mortalibus, eò ꝙ omnes in Adam peccauerunt, & egent gloria Dei, fas eſt vt ex virgine vxorata prodeat ſalus totius mũdi Chriſtus Ieſus. Quippe quæ ſpiritu ſancto operante concepit, vt ſtatim ex euangelio audiemus. Ioſeph autem, vt nutritius accerſitus eſt, vnde pater à virgine ſacra vocatur, legalis tamen non naturalis. Decebat inſuper noſtræ fidei firmitatem, nã Ioſeph vir ſanctus vt teſtis adhibetur virginitatis Dei

Euangelium. *Eſai.7.* *S.Ambr.* *S.Hiero.* *S.Ambr.* *Nota.*

paræ

Eccleſia Chriſti ſponſa. paræ Mariæ, ſancto Ambroſio cõteſtãte. Sub hæc ex virgine deſpõſata Chriſtus naſci elegit, vt virginem ſanctã eccleſiã Romanã ſubiri dicet, de qua quotidie naſcitur, vbi per gratiam in corde fidelium generatur. Virgo quidem eſt, ob fidei integritatem mirãdam, & ſimul deſponſata, cuius vir rex regũ Chriſtus dicẽte Paulo, deſpondi enim vos vni viro virginẽ caſtã, exhibere Chriſto. De quo teſtimoniũ red-

Ioan 3. dens Baptiſta ait: Qui habet ſpõſam ſponſus eſt. Quid quod verſutus dæmon dolo protoplaſtos in paradiſo decepit, & ideo decipiendus erat, ne tam abditum tamq; ſacrum myſterium agnoſceret. Deluſus itaque eſt, ſub velamine connubij, & veluti deſperatus abijt, intelligens, virginem grauidam viro autem deſponſatam, quam ipſe cæcutientes corruptam exiſtimabat, & à Ioſeph cognitam. S. Thom. 3.

S. Thom. 3. par. part. quæſt. 29. arti. 2. plurima annotatu digna ſuper hoc tractat.

Hic velim cariſsimi iam altius inſpiciamus tum ſanctitatem eximiam, tum etiam dignitatem præclaram ſanctiſsimi Ioſeph. Hic ſponſus ſacratiſsimæ matris Dei efficitur, & Chriſti Ieſu filij Dei nutritius conſtituitur. Quid obſecro præcellentius, aut quid altius excogitari poteſt? Stupent angeli, mirantur Seraphin, intuentes celſitudinem tanti muneris in hoc Benedicto viro Nempe elegit eum ex omni carne, ſelectus eſt ante mundi exordium, vt tam mirifico miniſterio fungeretur. Hæret intellectus profectò, obmuteſcit lingua, huius preclariſſimi ſancti volens aliquid affari. Vt Balbutiens

Gene. 39 non nihil dicam: ſanè de illo Ioſeph caſtitatis ſpeculo, qui ſponſam domini ſui in Aegypto tangere non fuit auſus, memoriæ proditum eſt, quod fidelis fuerit ſeruus regi ſuo, quin & dominus eius conſtituit illi poſſeſsionem domus ſuæ. O principem magnum Ioſeph, cui pater cæleſtis dedit, atque confidit poſſeſsionem totius domus ſuæ! Filius Dei & mater eius in manu & gubernatione Ioſeph poſiti ſunt.

Iob. 26. Ei paret rex regum, cui angeli omnes gratanter obediunt imò pauent ad nutum eius, veluti teſtatur Iob. Idque non ex noſtro ſenſu ſed teſtimonio euangeliſtæ aſſerimus. Deſcendit cum eis puer Ieſus,

Luc. duodecim annos natus, & venit Nazareth & erat ſubditus illis. O deteſtabilem ſuperbiam noſtram, inſuperabilis imperij rex Chriſtus, ſubditur Ioſeph nutritio, & nos creatoris noſtri mãdatis obedire nolumus? Quid ſuperbis terra & cinis, homuncio putredo & vermis? Nedum puer ſanctiſsimus in tenera ſua ætate obediuit Ioſeph, ſed regina cælorum & domina angelorum vtpote vera ſponſa, ſubdebatur ditioni ac mandatis ſponſi. Nec abs re, veram ſponſam

n Ioſeph vocarim Mariam ſacram, cum perfectio matrimonij in
rma eius ſita ſit, hoc eſt in conſenſu vtriuſque. S. Tho.3.par.q.29. *S. Th. et*
:.2. Quas ob res Lucas & Matthæus virum Mariæ beatum Ioſeph *Scotus.*
pellarunt. Hoc enim exẽplo magnificè inſinuatur fidelibus con- *4.diſt.30*
gatis, etiam ſeruata, pari conſenſu cõtinentia poſſe permanere, vo- *q.2.*
arique coniugium non permiſto corporis ſexu. Hæc S. Aug. lib. de
onſenſu euangeliſtarum. Quid plura fratres? Verbis exprimi nulla-
enus poteſt, quam debitores ſimus omnes, potiſsimè orthodoxi, vi-
ro ſanctiſsimo Ioſeph. Nempe Aegyptij patrem & redẽptorem Io-
ſeph illum qui noſtri Ioſeph typum gerebat vocitabant. Eò quod fa
me ingruente triticum eis ſapiẽter ſeruauit ſeptennio. Quod nomen *Gene. 12.*
longe melius ſpõſo Chriſtiferæ cõuenit: quippe qui in Aegypto, ſæ- *S. Ioſeph.*
uiẽte bellua illa immaniſsima Herode, Chriſtum Ieſum panem vi-
uum qui de cælo deſcẽdit, vigili ac ſolerti cura nobis cuſtodiuit. Huic
ſancto omnes honorem deferamus oportet, & quem tanti fecit Deus *Nota.*
optimus, votis ardentiſsimis honoremus, quo precibus eius digniſ-
ſimis Saluator noſter, maxima dona nobis impertire dignetur. Ve-
rùm ſi Sanctus Ioſeph princeps magnus fuit in terra, & in corpore
mortali domus Dei poſſeſsionem obtinuit, quanto præcellentius re-
gnabit in cælo honore & gloria laureatus? Sed nunc miram ſancti-
tatem illius pauliſper gradum figentes, opus eſt contemplemur.

Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero, habẽs de Spiritu ſan *Text.*
cto. Vidimus quomodo conſultum fuerit famæ Chriſtiferæ virginis
necnon & pueri Ieſu honori, ne fortè putarent eum ſpurium ſi natus
eſſet ex muliere non virata. Et tãdem conſulebatur educationi infan
tis, quando virgo ſancta deſponſata fuit Ioſeph, quæ triplex ratio lite *Caieta.*
ralis eſt. Vbi magnoperè velim, venerandam almæ virginis humili
tatẽ animaduertatis, ſpõſa Spiritus ſancti, filia ſummi patris cæleſtis,
mater vnigeniti Dei, & nihiloſetius ſponſum fabrum ſponte accipit.
Quid plura? Ex regia Dauitici proſapia orta, non ſenatorẽ, aut prin- *Humili-*
cipem potẽtatu pręcellẽtem quęritat, vt nõnullæ virgines hodie quæ *tas Ma-*
rere ſolẽt, vltra ſtatũ ſuũ & infimã conditionẽ, virũ illuſtriorẽ ſe cu- *riæ.*
piẽtes ducere. At contra humilima Maria nihil inſolentiæ, nihilque
ſeculi huius arrogãtiæ præ ſe ferẽs, ſpõte ſummo numine diſponẽte,
& parẽtibus eius ſic ordinãtibus, ſubinde nupſit fabro lignario. Quod
quidem haud myſterio vacat, queniã in ligno crucis Saluator mũdi
ꝓ nobis mori inſtituerat. Quo in ligno demũ vinceretur. Quippe qui
in ligno ſciẽtię boni & mali, primos parẽtes deuicerat, poſteroſq; triũ
phārat.

Text. pharat. Sequitur nunc: Antequam conuenirent, inuenta eſt in vtero, habens de Spiritu ſancto. Verba hæc antequam conueniret, omnes penè doctores explicãt de congreſſu. At quia in virgine pudica etiā hoc nominare horrorem quendam habet, nullatenus concionem faciens orthodoxis, niſi de cohabitatione virginis & Ioſeph in domo

Pſal.11. vna explanare volui. Eloquia domini, ait propheta, eloquia caſta. Et rurſus apoſtolus, periculi imminentis nos admonēs ait: Omnis fornicatio aut immunditia nec nominetur in vobis. Eam obrem malui cū

S. Augu. ſer.14.natiu. beato Auguſtino. lib. de Concordia euangeliſtarum, & cum viro apprimè docto Remigio dicere: Antequam ventum eſſet ad ſolennia nuptiarum. Sed à quo obſecro inuenta? Sanè à Ioſeph qui licētia maritali omnia nouerat, non autem ab alio vt refert S. Hiero. Mira res, quàm diſſertè euangeliſta, Valētinum cõfutat, cum ait: in vtero. Falſo ille aſſerebat Chriſtum è cælo adduxiſſe corpus ſuum. O vehemēter execrandā blaſphemiam, alma virgo mater Dei eſt, in vtero concepit Ieſum filium Dei, & hoc Spiritu ſancto cooperante, velut pulchrè euangeliſta recenſuit. Cui alludit illud Pauli: Miſit Deus filium

Gala.4. ſuum, factum ex muliere, factum ſub lege, vt eos qui ſub lege erāt redimeret. Inuēta eſt in vtero habens de Spiritu ſancto exacta quidem locutio. Inuenire dicimus gēmam in via, de qua nihil cogitabamus. Sic Ioſeph quod minimè cogitabat inuenit. O felicem hominē, qui theſaurum in agro abſconditum inuenit, verbum patris carne indu-

Nota. tum, in agro fertili Maria virgine adinuenit. Sanè in Chriſto omnes theſauri ſapientiæ & ſcientiæ Dei abſconditi ſunt. Ceterum ne euangeliſtam, quis quæſtionibus adoriri velit, compendio mirabili, opus ineffabile expediuit, habens de Spiritu ſancto. Perinde dicat, de hoc mirabili arcano nemo mihi moleſtus ſit poſthac, ſat fuerit ſcire Mariam concepiſſe opere Spiritus ſancti, alludit ad illud Gabrielis: Spi-

Luca.1. ritus ſanctus ſuperueniet in te, & virtus altiſsimi obumbrabit tibi. Nemo tamen adeo rudis ſit, vt de ſubſtantia Spiritus ſancti Chriſtū conceptum putet. Neutiquā Spiritus ſanctus pater Chriſti eſt. Sed quia opus incarnationis ex ineffabili Dei amore ortum fuit, amor Patris

Scotus. 1.d.11. & Filij, Spiritus ſanctus, ideò Spiritus ſancti opus appellatur. S. Tho. 3. par. q. 32. art. 1. Atqui ſanctus vir tanti ſacramēti ignarus, vehementer ſtupefactus timuit. Vnde ſequitur.

Text. Ioſeph autem cum eſſet iuſtus & nollet eam traducere, voluit occultè dimittere eam. En maxima laus qua effertur ſanctitas beati Ioſeph. Iuſtus quidem erat, legē domini pro ſua virili ſeruabat. Alioquì ſi pec-

peccaret in vno, factus eſſet omnium reus, vt recte ſanctus Iacobus Iacobi. 2.
ſerit. Equidem ſi iuſtum quempiam dixeris, omnia dixeris, & nihil
pra. Iuſtitiæ propriũ eſt, vnicuiq; pro merito reddere quod ſuum
t, teſte B. Baſilio. Hinc Deus optimus iuſtus dicitur paſsim, in ſacra
agina, quoniã reddit vnicuiq; iuxta opera ſua. Benemeritis regnum
æleſte donat malemeritis gehẽnam ignis tribuit. Si ergo Ioſeph vir Abacuh.
Mariæ iuſtus erat, neceſſe eſt vt omni virtute decoratus incederet. Iu 2.
tus meus ex fide viuit, ait dñs. Talis erat B. Ioſeph, qui fide, ſpe & ca
itate fretus, per omnia Deo placebat, proximis verò offẽdiculo mi-
nimè erat, ſed adminiculo. Hac planè iuſtitia inſtigãte, vidẽs ſpõſam
ſacram fœtã ſtupet vehemẽter, intuẽs ſuam humilitatẽ, patientiam,
orationẽ feruẽtiſsimam, aſsidua ieiunia, audienſq; ſancta illius verba
plus admiratione raptus ſcãdeſcebat. Bone Deus viſitaſti ſacerrimã Iob. 7.
tuam matrẽ diluculo, & ſubitò probas illã? En turbatur Ioſeph, mœ- Vide. S.
rore conficitur, ingemiſcit, ſuſpiria plurima iactat, in agone hoc ca- Bern. ho.
lamitoſo poſitus. Quem alma virgo aſpiciens ſic mœſticia affe- 2. ſuper
ctum, nõnne vehementer ipſa triſtabatur? Nonne lacrymis habe- miſſus eſt.
nas laxabat? At ipſa vt reor, orationi inſtabat, ſæpenumero illud Da- Pſal. 30.
uiticum dicens: In te dñe ſperaui, non confundar in æternum. Semel
tibi dicaui me, vbi reſpõdi paranimpho Gabrieli: Ecce ancilla dñi, Lucæ. 1.
fiat mihi ſecũdum verbum tuũ. eeſu bone, fili Deí altiſsimi tibi fido, Nota.
tibiq; totam me cõmitto dedoq;. Ob id non timeo, nec paueſcere fas
eſt, & ſi ſponſum meum turbatum, ſuſpitioneq; laborantem videam.
Domine Ieſu, vim patior reſpõde obſecro pro me. Nempe, vt quon- Danie. 3
dam Suſana mulier ſancta, eleuatis oculis in cælum cor eius fiduciam
magnam habens in domino, virgo ſacerrima Deũ precabatur. Eius
oratio, vt erat humilis, inſtar incenſi ſuaue olentis, omnes penetrauit
cælos. Quin cælorũ rex puer Ieſus, qui in vtero eius deliteſcebat ma
trẽ benedicta exaudiuit, & ſancti Ioſeph pias precationes nõ ſpreuit.

Anceps erat vir iuſtus, & ſuſpitione laborabat nõ vulgari, nec ina
ni conіectura motus, vt iam diximus. Hinc ſanctimoniã ſacræ virgi-
nis conſiderabat, illinc inſignia prægnantis cernebat, & vterus eius
magis ac magis intumeſcebat, puero Ieſu indies creſcente. Quiq; ſua
dignatione faſtidia infantium propter nos lubens ſuſtinuit. Eam ob
rem intra ſe dicebat, haud abſq; ingẽti angore. Quid faciam? quo me Prou. 18.
vertã? Prodo ſpõſam meã Mariam aut taceo? Scio ſcriptũ eſſe, qui te
net adulterã ſtultus eſt, & inſipiẽs. Si prodiero, adulterio non conſen
tio, ſed vitium crudelitatis incurro, nam ſecundum legẽ Moſi lapi-
L dan-

dandam eſſe agnoſco. Si tacuero, malo conſentio & cũ adulteris portionẽ meã pono. Quoniã ergo tacere malũ eſt, adulteriũ prodere peius eſt, dimittã eam occulte. Hæc S. Auguſt. ſermone de Natiuitate dñi. Ecce quid iuſtus vir inſtituerit. Nomine iuſtitiæ maxime vtitur ſcriptura, quia vniuerſalis virtus iuſtitia eſt, vt pulchrè notat D. Hieronymus. Cum eſſet iuſtus, hoc eſt benignus, & pius, ac mitis, noluit præcipitare ſentẽtiam aduerſus innocẽtem virginem, rem tam nouã remittens ſummo Deo. Idq; fecit quaſi ſupra legẽ viuens, quæ breui admodum per Chriſtũ abolẽda erat. Vt enim ſol ceu quotidie videmus antequam oriatur, radijs ſuis mũdum illuminat, ſic & Chriſtus ſol iuſtitiæ de quo propheta ait: Orietur vobis timẽtibus nomẽ meũ ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius, antequam in Bethleẽ naſceretur multa ſigna apparere fecit, ſuiſq; fulgoribus, mẽtes hominũ illuſtrabat. Quod in Eliſabeth prophetãte, & in Zacharia, necnon in puero Ioãne iubilãte palam eſt. Videãt hic oẽs viri, ne crudeles ſint in vxores ſuas, mala cogitãtes, zelotypo amore cõcitati, prudentia magna hic opus eſt, ne ſcãdala oriãtur. Sanè cauẽdum ſummè eſt, ne diabolo locũ dederint vxorati, nam inimicus ille homo ſuper ſeminare zizania adhuc molitur, veluti Saluator in parabola illa hortatus eſt. Voſq; oẽs, cariſsimi, iuſti Ioſephi ſanctiſsimi geſtus ſequimini, cauentes ſummoperè, temere alios iudicetis, quãuis nonnulla appareãt peccati inſignia, dicente Apoſtolo: Nolite ante tẽpus iudicare, donec veniat dñs, qui illuminabit abſcõdita tenebrarũ. Et iterũ: Quis es tu qui iudicas ſeruũ alienũ? Huc ſpectat ſententia Saluatoris orthodoxos oẽs admonẽtis: Nolite iudicare & non iudicabimini. In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Quẽ niſi amens fuerit, non terrẽt hæc verba? Vos ipſos iudicate, cogitatus & verba, operaq; veſtra æqua lance appẽdite, aliena verò facta minimè iudicetis oportet. Ioſeph iuſtus æſtuabat adulterij ſuſpitione afflictus, verũtamen quia ipſe duntaxat ſciebat, diffamare ſponſam ſuam noluit, ſed clam dimittere illã decreuit. Ecce magnũ teſtimoniũ puritatis Mariæ, Ioſeph neſciẽs myſterium, ſilentio rem vſq; adeò abditã celat. Videbat grauidam, quã nouerat caſtam, ob id in meliorẽ partem declinare ſapiẽter inſtituit. Norat planè virginẽ fore Meſsiã parituram. Dicẽte Eſaia, egredietur virga de radice Ieſſe, vnde Maria duxit originẽ. Legerat itidem: Ecce virgo cõcipiet & pariet filiũ, & vocabitur nomẽ eius Emanuel. Nihil profectò tam frequẽter rabini in templo, & ſynagogis diſſerebant, quam haſce prophetias & alias complures, id genus. Quam ob

S. Augu. | S. Hiero. | Nota. | 1. Cor. 4. | Luc. 6. | Eſai. 11.

n nemo erat, tam rudis, aut ſtupidus qui hoc ignoraret, inter Iu-
eos.

Sed nunc obſecro fratres, mihi obſeruate, quātum doloris res hæc valerit cordi tenerrimo ſacroſanctæ virginis. Vix cogitari poteſt, am ingēti mœrore alma virgo fuerit confecta, tantū abeſt, vt ver- dici poſsit. Equidem grauiſsimi martyrij genus hoc fuit Chriſtiſe Mariæ. O ſuper omnes ignara delicti, ó angelorū imperatrix, cui parabo te, aut cui aſsimilabo te, & cōſolabor te? Nēpe magna eſt ut mare mœſtitia tua. Exequabo te, ni fallor, ſponſæ dicenti: Ma- meæ plenæ ſunt myrrha, & digiti mei ſtillauerūt myrrhā proba mā. Quādo in preſepio arcto pānis inuolutū Ieſum filiū tuū vnicè ectum, reclinaſti vagientēq; vidiſti, nonne manus tuæ benedictæ rrham præcellētem deſtillarunt? Fugiens in Aegyptum, tyranni is iram deludēs, quem dolorem patiebatur pectus tuum? Deniq; auo die lapideo gladio carnem illam, quam ope Spiritus ſancti ge ras laceratam proſpectans, vulnus illud tuis manibus alligās, nun d viſcera tua ſauciata non erant, & eodem cultro vulnerata? Agi- os fratres, agite, inquam, viriliter & confortetur cor veſtrum, en, errima virgo à Chriſto valde dilecta, per arma iuſtitiæ tranſit, à xtris, & à ſiniſtris, per infamiam & bonam famam, vos ſuo exem- armamini, ne in ſtadio huius vitæ deſpondeatis animum. Vide- ānè quonam modo, magnæ dignitati, magnum onus, & ingens x ſit coniuncta. Mater Dei eſt, & nihilominus infamiam non mi iam patitur. Adeo vt ſponſus eius eam deſolatam ac derelictam cere non timeat. Mitto nunc lubens Origenem virum doctiſsi- m, qui aſſerit, Ioſeph ob id ſponſam dimittere voluiſſe, quoniam ignum ſe putabat cum illa cohabitare. Sanè verbum, tradu- e, exemplificare, ſeu alijs eam exemplum facere, illam accu- do adulterij ſignificat. Ceterum pientiſsimus Deus in ſe con- entes nunquam delerens, quique vt propheta canit adiutor pportunitatibus, in tribulatione. Is ipſe qui per angelum tres eros in fornace Babylonica ad ſe clamantes liberauit, qui Su- nam innoxiam per Danielem ne lapidibus obruta periret de- dit, non deſuit ſuæ matri patienti, nec Ioſeph fluctuanti. Ideò uitur.

Virgo ſancta. *Canti. 5.* *2. Cor. 6.* *Origen.* *Pſal. 9.*

Hæc autem eo cogitāte, ecce angelus domini apparuit in ſomnis eph dicens: Ioſeph fili Dauid, noli timere accipere Mariam con- em tuam. Quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt. *Text.*

Mira res! quantam curam habeat Deus, de ijs, qui ab illo pendēt, totamque fiduciam in Chriſto collocauerūt. Dominus ſolicitus eſt mei, aiebat regius pſaltes, & quidem rectè. Ioſeph rem hanc cogitante, angelus affuit, vt è cælo doctus, rem iniuſtam non faceret, quāuis propoſito iuſto. Vbi aduertendum quod hæc angeli apparitio præſtantior fuit cunctis apparitionibus patrum antiquorum, nam dum

Nota. Abrahæ Ioſuæ, & Zachariæ angelus dñi locutus eſt, nonnihil dubij remāſit. Quare ſigna promiſsionis ſibi factæ poſcebant, vt indubitatam fidē darēt. At angelo loquēte ad Ioſeph, nec ſignū petit nec veſtigiū aliquod dubij remāſit. Si verò quis roget, quā ob cauſam angelus hæc non dixit Ioſeph, ante Chriſti Ieſu conceptionē mirabilem? Sanè ſic decebat, ne forſitā dubitaret, de re tā inſolita vt Zacharias de Gabrielis oraculo cūctatus eſt. Quandoquidem ſterilē concipere ſatis vſitatū fuerat, vt de Sarra vxore Abrahæ, de Rebeca, & Anna vxore Phanuelis memoriæ proditū fuerat. At virgo abſq; viri cōſortio cōcipere, & parere, à ſeculo auditū non fuerat, niſi vbi alma Dei genitrix Maria Saluatorem mūdi genuit. Adhæc in ſomnis angelus apparuit Ioſeph, eò q ſenſus vel maximè obſtāt, ne mēs noſtra æquè

Queſtio

2.Cor.12. perfectè ſacramenta diuina percipiat. Vnde apoſtolus de raptu ſuo ſcribens, fatetur ſe neſcire, an in corpore, an extra fuerit, dñs, inquit, ſcit. Eo planè ferri poteſt mēs noſtra ſenſibus ſopitis, vt eſſentiā diuinam videat, per modū tranſeūtis tantùm. Quod de Paulo, & Moſe S. Auguſtinus incunctanter profitetur. Hinc dñs ait, ſiquis propheta fuerit inter vos, in ſomnis apparebo ei. Ecce quare in ſomnis angelus

Num.12. apparuit Ioſeph. Fuſiqs hæc explicat S. Auguſt. lib. de vidēdo Deū

S.Tho.2.2.q.175.arti.3. ad Paulinam. Et S. Tho.2.2.q.175.art.3. Ceterum vt ſanctitatē & puritatem ſacræ virginis intelligamus, in qua planè, nec nodus originalis, nec cortex venialis culpæ fuit, non in ſomnis ei Gabriel apparuit, & incarnationis filij Dei arcanum locutus eſt. Non quicquam ſenſus eius obſtabant, quominus diuina ſacramenta agnoſcere poſſet. Imò plurimum iuuabant, in nobis non ita, nam in peccatis concepti ſu-

Gene.8. mus. Et ob id ſenſus & cogitatio noſtra prona ſunt ad malum ab adoleſcentia noſtra.

Notandum quidē eſt, quam fuerit prudens Ioſeph, intra ſe duntaxat rem hanc cælicam verſabat, nil cognatis, aut vicinis, amicisve lo-

Eccle.29 quens. Hæc eo cogitāte ait Lucas. Væ qui detrahunt fratribus ſuis, cogitationes ſuas iniquas narrantes. Hos graphicè depinxit ſapiens, quo ab illis caueamus. Sagitta infixa in femore canis, verba in corde ſtulti.

lti. Vt canis vulneratus murmurator obganit, delicta proximi ecſi culta prodiens. Quid de humilitate & patiētia Chriſtiferæ dicam, ippe quæ ſacramentū optimè ſciēs nihil reſerauit ſponſo ſuo? Equi m cùm Eſaia clamabat: Secretum meum mihi, ſecretum meū mi- . Nēpe vultu, oculis, inceſſu, geſtu, ſermone, nihil aliud ſpirabat ni- conuerſationē cæleſtem. Eam ob rem, ſi ipſa Ioſeph myſteriū pa- efaceret, haud dubiè ille crederet. Sed nō eſt garrula vera humilitas ratres, tacere ſcit vſque ad tēpus. Sacramētum regis abſcondere bo- um eſt. Et illud Salomonis ſalubre documētum ob oculos habete: Laudet te alienus & non os tuum. Rurſus Paulus: Non, enim qui ſe- pſum commendat, ille probatus eſt, ſed quem Deus commēdat. Res dictu mirabilis, regina cælorū & domina angelorū tacente, angelus domini ad maiorē gloriæ illius cumulum, pro ea loquitur ſpōſo. Di- ſcite vos fratres, diſcite precor tacere, nā in ſilentio & ſpe erit fortitu- do veſtra, clamat dominus. Sit omnis homo velox ad audiendū, tar- dus ad loquēdum, inquit ſanctus Iacobus. Nunc autem quid angelus dicat attentius auſcultemus: Ioſeph fili Dauid noli timere accipere Mariā. En patet quod nondum acceperat eam, alioqui angelus non ſic locutus eſſet. Blādiens affectu loquitur, proprio nomine eum cō pellans. Cogitationibus eius perpulchrè reſpōdet, vt agnoſcat miſſū eſſe à Deo, quippe qui ſolus nouit abſcōdita cordiū, iuxta illud: Ego dominus ſcrutans corda. Timorē eius primò explodere nititur, nam trepidabat timore, vbi non erat timor, volēs relinquere innocentem Mariā Deiferam. Filiū Dauid appellat ipſum, cōmonere eū promiſ- ſionis Dei Dauid factæ olim volēs: De fructu ventris tui ponā ſuper ſedē tuā. Ecce pollicitatio Meſsiæ. Vel quia Dauid vir erat ſecundū Deum, audax, & fortis, tum gigātem mōſtroſum, tum cuneos Phili- ſtim, ſummi numinis patrocinio proſternēs. Cuius egregia facinora Ioſeph vtpote filius tanti regis tenebatur imitari, noli timere, ſed val de exulta, equidē Maria ſpōſa tua ſancta immunis eſt à peccato, imo mater Deifacta, tantùm abeſt vt traducēda, aut lapidanda ſit. Haud morte iudiciali digna eſt, quæ mundo genuit ſalutē & vitā. Quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt. Natum dicit puerū Ieſum conce- ptum, eò quòd iam vir erat, & anima eius benedicta viſione Dei frue batur, ſubinde vt creata eſt. Alludēs ad illud vaticiniū Ieremiæ. No- uum creauit Deus ſuper terram. Quod nouū hoc? Mulier circūdabit virum. Hunc virum Maria circundedit, vtero gremij ſui, confeſtim vt protulit mellita illa verba: Ecce ancilla dñi fiat mihi ſecundū ver

Eſai. 24.

Thob. 12

Eſai. 30.

Iacobi. 1.

Hier. 17.

Pſal. 131.

Nota.
S. Tho. 3. p. q. 15. ar tic. 10.
Iere. 31.

ba tuum. De ſpiritu Sancto eſt. Paulò antè explanauimus quomodo opera Trinitatis ad extra indiuiſa ſunt. Veruntamen, quia opus amoris, fuit opus incarnationis, & amor ſpiritui Sancto tribuitur, nā ipſe eſt patris & filij amor eatenus de Spiritu Sancto conceptus dicitur Chriſtus. Aduertendum tamen quod non qualiter, ſed à quo incarnatio operata ſit indicat angelus. Ne quis curioſius modum ineffabilem rimari audeat. Taceāt curioſi in ecleſia Dei, ſuperuacanea inueſtigare deſiſtant, laudentur quæ nobis concredita ſunt, vt bene admonet Sanctus Baſilius. ſerm. de natali domini. Opus diuinum hoc eſt, ope Spiritu ſancti beata virgo Ieſum concepit, ſatis ſit hoc ſcire. Ne qui ſcrutator fuerit maieſtatis, malo ſuo magno opprimatur à gloria. Proſequitur angelus ſuum fauſtiſsimum nuntium, & ait.

S. Baſil.

Text. Pariet autem filium & vocabis nomen eius Ieſum. En Ioſeph reuelat lucidiùs alumnus cæleſtis Meſsiam eſſe, quem virgo ſancta geſtabat in vtero. Non ait pariet tibi filiū, vt Gabriel Zachariæ dixit, tanquam parenti Ioānis loquens. Nec, vt angelus Abrahæ promiſit, Sarra vxor tua pariet tibi filium. Sed tāquam nutritio inquit, pariet filiū, non tibi qui nihil in eo habes, vt pater, ſed vniuerſo orbi datur, quo illum eripat è faucibus draconis. Fūgeris autem patris officio in nominis appellatione. Nomen eius aliud nō erit niſi Ieſus. De quo ſalutifero nomine in circunciſione, domino opitulāte tractabimus. Ieſus ſermone Hebraico, ſaluator ducitur. Vnde veluti hoc ſacroſanctum nomen exponens addidit.

Gene.17. *S.Chryſ.*

Text. Ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorū. Latenter Chriſti Ieſu diuinitatem inſinuat, nam Dei peculiare eſt dimittere peccata. Vnde per Eſaiam ait: Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me. Et iterū: Deus poſuit in eo iniquitates omniū noſtrum. Verum caper emiſſarius peccata totius populi portans Chriſtum Ieſum adumbrabat, qui noſtra delicta pertulit ſuper lignum. 1. Petri. 2. Imò eius liuore ſanati ſumus, quos virulentus ſerpens immaniter ſauciauit. Hinc admiratio illa apud Iudæos oborta eſt, dicente Ieſu Magdalenæ, remittuntur tibi peccata tua. Quis eſt hic qui etiam peccata dimittit? Saluum faciet populum ſuum, inquit, nō à iugo Cæſaris, vt nonnulli cæcutientes ſomniabunt, ſed à iugo peccatorum omniū grauiſsimo. Notanter ait populum ſuum. Hoc eſt eos qui in eum crediderint, eiuſq; legem penitus ſeruarint. Non ſaluat Chriſtus ne peccent fideles, nam liberum arbitrium gratia neutiquam tollit, ſaluat à peccatis redimendo, & quotidie per pœnitentiā liberat eos qui conuertuntur

Eſai.43. *Leui.16.* *Lucæ.7.* *Nota.*

uertuntur

ertuntur ad eum. Saluat itaq; ſalutis noſtræ author, non à viſibilius hoſtibus, ſed ab inuiſibilibus. Saluat non armis ferreis pugnādo, ed peccata relaxando, quod longe illuſtrius vincēdi genus eſt. Quo uidem ſpectat vaticinium regalis citharœdi dicentis: Ex vſuris & niquitatibus redimet animas eorum, & honorabile nomen eorum coram illo. Miror Iudæos expectantes Meſsiam, qui libertati temporali eos reddat, cum de ſpiritali redēptione tam Dauid, quam alij prophetæ perſpicatius loquantur, adeo vt nec expoſitione opus ſit. Et hæc de ſacra euangelij lectione dixiſſe ſit ſatis. Nunc verò operæ pretium erit aliquid de præparatione, qua nos pro noſtra viſili diſponere oporteat dicere quo regem regum Chriſtū Ieſum naſciturum, vt par eſt, omnigenis virtutibus ornati ſuſcipiamus. *Pſal. 71.*

SECVNDA PARS Declamationis.

PAriet autem filium, & vocabis nomen eius Ieſum. Verba hæc, carisſimi, vt paulò ſuperiùs audiſtis, ex ore angeli, Dei alūni, profecta ſunt, & beato Ioſepho almæ virginis ſpōſo dicta. Nedum viro huic Iuſto nuntium hoc è cælo allatum eſt, ſed cunctis fidelibus, quo omni ſolertia, & vigilantia, ſeſe præparantes dominum dominātium breui naſciturum excipiant. Enimuerò, vt magno rege aduentante, nuntij ac curſores præcedere illum ſolent, ne forſitan ciues ſomno, & deſidiæ indulgeant, ſcalidiq; coram principe ſuo appareat. Ita imperatore noſtro in hunc mundum veniente, prophetas ſuos ablegauit, quippe qui vociferantes, homines obdormientes excitarent, & excitati obuiam regio Chriſto Ieſu exiret. Quorum vnus voce magna clamauit. Præparare in occurſum Dei tui Iſrael. Mira res, fratres, non omnibus hæc mellita vox inſonat, nec cunctis tam fauſtiſsimum, tāq; mirabile, ac iucūdiſsimū nuntiū miſſum eſt. Iſrael ſit oportet quiſquis hoc oraculū audit. Diuus Auguſt. in pſal. 49. Explicans illud: Audi Iſrael & cōteſtabor te. Sic ait, Iſrael, hoc eſt, videns Deū. Nam ibidem Iacob dixit, lucta illa mirabili cum Deo peracta: Vidi Deum facie ad faciem & ſalua facta eſt anima mea. Tunc datum eſt ei hoc nomen Iſrael. Nos, inquit apoſtolus, Iſrael ſumus. Et ad Romanos, inquit: Non omnes qui ex Iſrael, ſunt Iſraelitæ. Sanè orthodoxi qui fidem integra Deum optimum videmus, eumq́ue vnicè amamus, veri Iſraelitæ ſumus, non carne, nam id paruirefert, ſed ſpiritu. *2. Pars.* *Collatio.* *Amos. 4.* *Pſal. 49.*

Nónne credere videre quoddam eſt? Alioqui apoſtolus nō diceret: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, poſtea autem facie ad
1.Cor.1. faciem. Ecce quomodo viſio quæ erit in patria, quando videbimus Deū ſicuti eſt, ſuccedet fidei noſtræ, quippe quæ, ænigmatica viſio in hoc exilio eſt. Nec aliorſum theologi hāc virtutem pernecesſariā, in intellectu collocant, niſi quia ſuapte natura mēs noſtra per intelle ctū videt 3.d.23.& S. Tho.2.2.q.4.art.2. Ad hæc B. Hieronymus longè aliam interpretationem dat. Iſrael, inquit, id eſt fortis in Deum. Ratio quia angelus cum quo luctabatur Iacob dixit: Si contra Deū
Nota. fortis fuiſti, quāto magis contra homines præualebis. Perinde dicat. Quando victoriam de omnipotenti Deo vendicaſti, quorſum fratrē tuum Eſau times? Attendite cariſsimi quid Iacob egerit, antequam hoc celebre nomen acciperet. Non fruſtra Iſrael appellatus eſt, nec gratis nomen cælicum hoc obtinuit. Orauit plane ad dominum in via, dum rediret in patriam ſuam, armentis plurimis, vxoribus, & fi-
Gene.32 lijs, multaq; familia ditatus. Obſecro domine, ait, libera me de fratre meo Eſau, timeo enim valde. Quorſum hæc dicta ſunt, fratres, niſi vt vos timeatis feritatem mundi huius, & diaboli immanitatem? Sanè quotidie bella hoſtilia excitant cōtra nos, quibus niſi ſummi Dei ſuffragio freti, nullatenus obſiſtere poſſumus. Nec nō & cruētum Eſau, quē nobiſcū geſtamus, valde timeamus oportet. Corpus hoc terreū dico, aut carneum ergaſtulum, in quo anima, creatoris inſignita ima
Caro ini gine, veluti in carcere tetro habitat. Hæc caro inimica aduerſus ſpi-
qua. ritum technas parat innumeras, retia plurima pandit, & modis omnibus illaqueare eum contēdit. Quas ob res, cum viro probo Iacob indeffeſe oremus: Domine libera me de fratre meo Eſau, timeo eū val-
1.Cor.9 de. Verum niſi Apoſtolus ſuum Eſau timeret, non corpus ſuum caſtigaret, ieiunijs, & orationibus, & alijs id genus exercitijs, petulantiam illius retunderet, in ſeruitutem illud redigens, nedum alijs verba Dei propinabat ipſe reprobus efficeretur. Nō quod ipſe tam pro ſeipſo timeret, qui iamiam audire meruerat, ſufficit tibi gratia mea. Vnde ſe amore dignum certo certius agnouit, ſed nos docere voluit vt timeamus ſuperbum hūc hoſtem, quique (proh dolor!) neſcimus an odio vel amore digni ſumus. Quid plura? Ingemiſcētis vox ea eſt,
Roma.7. & in agone prælantis: Infelix homo, quis liberabit me de corpore mortis huius? Vehemēter expaueſcamus fratres, iugi oratione clamātes ad Deum noſtrum, ne nos deſerat, & in hac quotidiana militia ſuccumbamus: Beatus homo qui ſemper eſt pauidus, clamat ſapiens.
Prou.28.

Non

Non quod Deus vecordes homines diligat, cùm Gedeoni Du- Iſrael præceperit, vt omnes timidos è ſuo exercitu expelleret, quaſi indigni eſſent Amalechitarum victoria. Ille pauidus eſt, ac per inde beatus, qui ſuis viribus nihil fidit, fidit autē gratiæ Dei omnipotentis, qui cū propheta inceſſanter clamat: In te dñe ſperaui, non cōfundar in æternū. Et rurſus: In Deo meo trāſgrediar murum. Atqui cum Apoſtolo ait: Omnia poſſum in eo, qui me cōfortat. Vos cariſsimi, ò viri religioſi, hūc Eſau vehemēter timentes, vbi iam mundum ſpreuiſtis, Aegyptum deſerētes, terram hanc promiſſam, lacte & melle manantem, Deo auctore intraſtis, ſpiritu Dei acti, in ſanctam religionem cōuolaſtis vos (inquam) vehementer obſecro, hunc fratrem Eſau valde timeatis, non vita comite quicquam carni fidatis. Quandoquidem ſua verſutia protoplaſtos proſtrauit: ſanctū vatē Dauid, Sanſon fortē, leones lacerātem, Salomonē ſapiētia cādidatū, miſerè deiecit, infeliciterq; ſuperauit. Deinde Iacob vir iuſtus, poſtquā orauit, & valde fratrē ſuū pertimuit, cū dño luctatur: Ecce vir luctabatur cū eo vſq; mane. Seriem verborum fas eſt vt inſpiciamus, poſt timorē ſanctum, lucta cum Deo ſubſequitur. Sed iam obſecro quis roget, & rectè, ſi vox præpotētis Dei ſic exterruit parētes primos in paradiſo illa amœniſsim (quod vmbram quæritantes, ſe abſcōdere nitebantur, dicēte Adamo: Audiui vocē tuā in medio paradiſi & timui.) quonā pacto cum ipſa maieſtate luctari poterimus? Iterum, ſi eo deſcēdente in mōte in Synai tonitrua perſonabāt, & buccinę crepabāt, fulgura corruſcabant, adeò vt populus perterritus Moſi dicere: Loquere tu nobis, non loquatur nobis Deus, ne fortè moriamur, qua temeritate audebimus cū omnipotēte manus cōferere, qui inermes, & vermiculi humi reptātes ſumus? O cariſsimi parūper hic ſiſtamus, & ſummi numinis dignationē vel curſim tota animi intētione cōtēplemur. Non corporis brachijs, neruis, & oſsibus, carneq; compactis, lucta hæc geritur, nec lacertorum robore fretus huius victoriæ coronā quis capeſcere poterit. Deus ſpiritus eſt, & ideò ſpiritalibus brachijs pugnemus oportet. Quænam ea ſint? Sanè Eſaias nobis indicat: In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Perinde dicat, vultis palmam victoriæ vendicare vobis, & de rege omnipotente glorioſè triumphare, ſilentium obſeruate, & ſpē infractam habete. Animaduertite fratres. O quā fortè brachium, taciturnitas, ſi orthodoxus illam habuerit! Fieri no poteſt, vt quis hominibus multū loquatur, & Deo. Quin (vt pulchre S. Baſilius teſtatur) ſilētes audit optimus Deus libenter.

Philip. 4

Gene. 32

Gene. 3.

S. Baſil. Homil.

Exo.14. Homil.13. Sanè Moſes feruido orabat ſpiritu etſi tacẽs, cui dominus: Quid clamas ad me? Anna Samuelis parens tacita loquebatur, cuius
1.Reg.1. labia duntaxat mouebantur, vox penitùs non audiebatur. At bene ficentiſsimus Deus precationem eius ex alto proſpectãs, benedictio nis fructum ei contulit. Quid plura? Lingua ignis eſt, & vt experimẽto agnoſcimus, parua ignis ſcintilla, magnã ſiluam cõburit. Quorſum ignẽ S. Iacobus linguam vocauit, niſi vt ſolicitius eam cuſtodire
Collatio. ſtudeamus? Siquidem niſi ſit magna cuſtodia adhibita, ignis totam domum accendit, & cuncta in fauillam redigit. Ad eandem imaginem qui multiloquio indulgent, ſiquæ bona habuerint linguæ vitio cõmaculant. Ex lingua effræni, ſimultates innumeræ ſcaturiunt, periuria oboriuntur quam multa, probra, maledicta, & plurima id ge-
Prou.18. nus cõſurgunt mala. Hinc ſcriptum eſt: Mors & vita in manibus linguæ ſunt. Mira res, ſiquis pictor linguam allatam depingeret, omnes irriderẽt, & tanquam ſtultum eum iudicarem. At ſapiens Salomon, imò Spiritus ſanctus, hominis linguam adfabrè delineãs, ei dedit manus. Cur ita? Nempè quia lingua acutiſsimis vnguibus proximorum famam dilacerat, abſentium opera, vt tinea corrodit, & leonino dente præſentium vitam ſauciare contendit. Quid multa? Subdola ac maledica lingua, nedum viuis, ſed nec mortuis parcit. Mauſolea euoluit, ſcelera antiqua innouat, & defunctorũ ſpurcitias attrectans, eorum oſſa corrodere non erubeſcit. Ceterùm, vt mors animæ in manibus linguæ eſt, ſic & vita eius in ea ſita cõſiſtit. Quãdoquidem amantiſsimi fratres, dum laudes inexhauſtas Deo optimo offertis, tum corde, tum ore encomia eius perſonantes, dum proximis afflictis, verbis ſanctis ſolatiũ exhibetis, dum deniq; agitis exhomologeſim omniũ peccatorum, coram ſacerdote, abſolutionẽ ſacram accipientes, tunc
S.Baſil. vita in manibus linguæ veſtrę poſita eſt. Huc pertinet quod Baſilius monachis ſuis ſuadet. Silentij decorum, ex tẽporis opportunitate & perſona ſpectatur, quemadmodum ex ſacris literis docemur. Prudẽs
Amos.3. in tẽpore illo tacebit, quia tẽpus malum eſt, ait Amos, & regalis propheta: Poſui ori meo cuſtodia conſiſteret peccator aduerſum me.
1.Cor.14. Pſal.38. Ex perſona vero, vt illud Pauli: Mulieres in eccleſia taceant. Et iterum: Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Ephe.4. Hæc Baſilius interrogatione.208. Sed nunc ad vos, fratres mei, ſeſe vertat oratio. Proculdubio, in religione ſilere pars magna perfectionis, quam quis noſtrũ prætendere tenetur, eſt. Nam ſi monachus ex omni parte abſolutus, & perfectus non fuerit, ſaltim tẽdere ad perfectionem.

ſtionem pro ſua virili tenetur. S.Tom. 2.2.quæſtio.184.artic.7. Secus de epiſcopis aſſerendum, quippe qui, perfecti ſint oportet, dum tantæ dignitatis apicem accipiunt. Verum quoties illud ſancti Iacobi dogma conſidero, vehementer contremiſco. Religioſus non refrænans linguam ſuam, huius vana eſt religio. Animaduertite charisſimi, hoc ad oẽs fideles dictum eſt, qui ſacro baptiſmatis fonte abluti, Chriſtum Ieſum verum Deũ & hominem profitẽtur. Quiq; niſi petulantiam hõ coercuerint, linguam ſancti ſilentij fræno nõ cohibuerint, eorum vita & opera fruſtranea erũt. Quãtò ergo melius de quouis monacho aſſerẽdum eſt, quod vigiliæ, ieiunia, precationes, atq; diſciplinæ, ceteraq; alia bona in Cœnobio patrata euaneſcent, niſi ſanctum ſilẽtium religioſus ſeruarit? Enimuerò, vt doliũ optimo mero plenũ, ſi paruũ foramẽ habeat, euacuatur quãtocyus, ſic religioſus nõ refrænãs linguã ſuam, inanis relinquitur & vacuus. Quãpulchrè Ieremias ait: Bonũ eſt cũ ſilẽtio præſtolari ſalutare Dei. Vbi S.Bernard. ſerm. de natiuitate virginis. Bonũ ſilẽtium à iactãtia, bonũ à blaſphemia, bonũ à murmurare & detractione. Sileat ergo lingua magniloqua & maledica, quoniã bonũ eſt cũ ſilentio præſtolari ſalutare Dei. Atqui omnino nõ eſt tacẽdum quin Eſaias ait: Qui reminiſcimini dñi ne taceatis, nec detis ſilẽtiũ ei, donec ſtabiliat, & donec ponat Hieruſalẽ laudẽ in terra. Laus Hieruſalẽ, iucũda & decora laudatio eſt. Vos religioſi Sancti qui memores eſtis dñi, & beneficiorũ eius indefeſſe recordamini: vos inquã, ne taceatis vnquã, nec Deo ſilentiũ detis. Laudate dñm de cælis: laudate eum in excelſis, laudate nomẽ eius quoniã ſuauis eſt dñs, gratias inexhauſtas ei agite vbiq; & ſemper. Quippe qui ſic veſtris oblectatur colloquijs, vt clamet: Sicut vitta cocinea labia tua eloquiũ tuũ dulce. Verba nimirũ igne caritatis flãmantia, ceu vitta cocinea ſunt, quæ magnoperè Deo placent. Et iterũ: Sonet vox tua in auribus meis, ait ſponſus, quia eloquium tuũ dulce. O nos felices cariſsimi quorũ vocib⁹ delectatur rex altiſsimus, dũ hymnos, cãtica, et pſalmus cum corde, tum ore perſonamus, dicente diuo Auguſt. Hoc verſetur in corde quod profertur in ore: Ecce quam ſit magna res ſilentium, quantiq; illud fecerunt priſci patres eremi cultores. Scientes quod in ſilẽtio et ſpe fortitudo animæ noſtræ poſita eſt. Et de primo brachio animæ hactenus.

Iacobi.1.

Collatio.

Thren.3

Eſai.66.

Canti.2.

S. Augu.

Alterum brachium quo luctari nos oportet cũ Deo, ſpes ipſa eſt. Equidem ſpes firma, fide & caritate fulta, magni momenti ſit oportet. Hanc egregiam virtutẽ Apoſtolus anchoram animæ noſtræ firmam, *Hebr.6.*

mam,& tutã vocat, etenim rectè. In hoc vaſtiſsimo mari corda noſtra,velut naues fluctuãt vndiq; vndis calamitatis circũuallata. Spe autem vt anchora in obſequio diuino firmamur, & miri ſtabilitate ſubſiſtimus. Verum vbi non eſt ſpes, adſit deſperatio neceſſum eſt, quippequam ſummum malum fore nemo ambigit, qua Satanas, & qui cum eo in baratro cruciãtur maximè laborant, laborabuntq; in
Rom.12. æternum. Spe gaudentes, inquit Paulus, inter pericula & labores vitæ huius ſpem, vt ſtellam fulgentiſsimam aſpiciamus, ne in Scillam aut Caribdim incidamus. Opprimat paupertas, ſæuiat mũdus, rugiat tyrannus, ſerpens funeſtus ſibilet, anchoram ſpei ne amittamus, imò ſpe gaudeamus. O mirabilem & modis omnibus laudandam virtutem, totiſq; cordis medullis affectandam & amplectẽdam! Spe roborati priſci patres, mundum & ea quæ mundi ſunt ſpõtè reliquerũt, in cauernis terræ delitefcẽtes, ſoli Deo inſeruierunt. Spe virgines ſeſe propter regnũ cælorum caſtrantes carnis blandimenta, etiam licita contempſerunt. Martyres rogos & ſartagines ſuccenſas, carceres & vincula vltro ſpreuerũt. Quid ni, ſpe gaudeãt fideles, maximè viri religioſi, quando mũdi dilectores falſa ſpe, tot calamitates gaudentes ſubeunt? Maris pericula varia, belli labores ingẽtes, hilari fronte non nulli ſuſtinent, quo diuitias fallaces, volaticos honores, execrandas
2. Tim.1 voluptates obtinere valeãt. At contrà, nos ſcim⁹ cui credidimus theſaurum noſtrum, eleemoſynas, orationes, ieiunia & alia opera bona, certiq; ſumus quia potẽs eſt, Chriſtus Ieſus depoſitũ noſtrũ ſeruare vſq; in diẽ illũ, in quo merces exuberans electis Dei dabitur. Spes vt literis cãdidatis viſum fuit, certa expectatio beatitudinis eſt, ex gra-
Magiſ.3. d.23. tia Dei & operibus cõſurgẽs. Magiſt.3.d.23. & S.Tho.2.2.q.19.art.4. Quin & Saluatorem noſtrũ expectamus dnm noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratũ corpori claritatis ſuæ. En quis Iſrael ſit verus & quãta inſudatione, quãtoq; labore, hoc nomen Iacob vir ſanctus acquiſiuit. Timuit fratrem ſuum Eſau valde, deprecatus eſt Deũ cæli, vt eum liberaret. Deinceps luctans cũ Deo vſq; manè, benedictionẽ meruit accipere. Ad eandem imaginem, nos qui Iſrael ſumus, valde timeamus corpus noſtrum, & orantes dominum precemur, nequãdo in tentatione ſuccumbamus. Silentio & ſpe cum domino luctantes ne deficiamus, vſq; manè perſeuerantes, dabit & ipſe benedictionẽ ſuam athletis ſuis legitimè certantibus, gratiam magnam eis impertiens.

Iſrael præparare in occurſum domini Dei tui. Vidiſtis fratres qualiter

aliter vos præparare oporteat in ſilētio & ſpe, præſtolantem ſalu
e Dei. Nunc in occurſum eius exire debetis iuxta illud: Ecce ſpon
venit, exite obuiam ei. Sponſus quidem eſt non iudex, qui ad nos
nit, amator hominū non vltor. Iamiam in via ambulat, in vtero ſa
atiſsimæ matris itinerat, ipſa vtiq; pariet ſuum filiū. Sanè pariet eō
vera genitrix, veraq; mater Dei eſt. Quo verbo execrandum dog- *Luc*. 1.
a Arrianorum ſtatim dilabitur, & labefactatur. Non quidem filius
Dei phantaſticum corpus aſſumpſit, ſed veram carnem ex vera ma-
re ſua Maria induit. Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis. *Ioann*. 1.
Sed de his in ſequēti declamatione fuſius. Qui regem ſuum excipere
cupiunt iiſdem indumentis ſe ornare nitantur, quibus rex eorū indu
tus eſt. O rex regum, o bone Ieſu quem in Bethleem video veſtitum
paupertate, caſtitate, & obedientia. Ecce cariſsimi quibus ornamen
tis vos induere decet. En quantam inopiam patitur Ieſus in diuerſo-
rio natus, in arcto præſepio reclinatus? Nunc opere dixit, quod poſt-
ea ore ſuo benedicto depromſit. Vulpes foueas habent, & volucres *Luc*. 9.
cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet.
Diuites huius ſeculi domos amplas poſsident, marmore & auro fa-
brefactas, volucres, vtpote ſuperbi, nidulis non carent. At totius mū
di faber, & orbis moderator, in ſtabulo naſcitur, qui cum diues eſſet
inops factus eſt, vt eius inopia vos diuites eſſetis, teſte apoſtolo: Væh
vobis diuitibus qui hic habetis conſolationem veſtram, quibus nihil
curæ eſt de iis, qui inopia & egeſtate laborant. Caſtitate induitur Ie-
ſus, ex matre virgine natus. Ipſa nanq; peperit filium ſuum vnigeni-
tum, abſq; omni dolore & corruptione. Germinās germinabit ſicut *Eſai*. 53.
lilium, lætabunda & gaudens, vt de ipſa prophetarat Eſaias. Flos Ma
ria florem Chriſtum edidit gaudio ineffabili exhilarata. Denique
veſte pretioſa ornatus apparet, factus obediens patri vſque ad mor-
tem. Nedum patri cæleſti paruit in omnibus, ſed quod maiorem
admirationem facit, matri & Ioſeph erat ſubditus, ceu Lucas aſti-
pulatur. O inſignem mortalium ſuperbiam, en ſeculorum rex, *Luc*. 2.
angelorum dominus in cuius ditione cuncta ſunt poſita, creaturis
ſuis obediuit, vos autem creatori, plaſmatori, ac redemptori veſtro *Nota*.
colla ſubmittere non vultis, mandata eius ſanctā tranſgredientes. Ma
ius quid dicam? non ſolum patri cæleſti & ſanctiſsimæ matri, ſed ty-
rando imperatori obediens fuit Ieſus. Exeunte edicto à Cæſare Au-
guſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, aſcēdit Ioſeph in Bethleē cū *Luc*. 2.
vxore ſua prægnāte, & vt impleti ſunt dies vt pareret, peperit filium
ſuum.

ſuum. Ecce triplex veſtimentum, quo rex noſter indutus apparuit in ciuitate Dauid. Vos cariſsimi, vt placere poſitis ei, paupertatē ſummopere diligite, nam beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt re-
Matt. 2. gnū cælorū, inopes eleemoſynis veſtris ſubleuate, poſthac caſtitatē & munditiā amātes, corpora veſtra, quæ Spiritusſancti templa ſunt, ab omni ſpurcitia cuſtodite. Adeò vt nec fornicatio aut immūditia, nec verbo tenus in vobis nominetur. Tādē ſubditi eſtote omni huma-
1. Petr. 2 næ creaturæ propter Deum. Potiſsimè Chriſto Ieſu obediētiam per omnia exhibete, quiq; vt nos rebelles mādatis Dei, obediētes humiles efficeret, nō tātum patri ſupercæleſti, & ſacerrimæ matri, ſed ethnico Romanorum Imperatori vltrò paruit.

Nec oportet maieſtatē veniētis timere cuius vox perterruit in paradiſo primos parētes, en Deus nr̄ vt carnis nrę velamē accepit frater noſter eſt factus. Olim Deus omnia verbo ſuo creans in ſua maieſtate māſit, ita vt totus ſuus eſſet. Nūc verò ſic ſuus eſt, vt noſter ſit frater &
Eſai. 9. redēptor. Etenim paruul⁹ natus eſt nobis, & filius dat⁹ eſt nobis. Noſtra ſunt cūcta merita eius, ſanguinis illius & vita, diuitiæ nr̄æ quib⁹ ditemur, & liberemur ſunt. Nonne nūc audiſtis? Ieſus Chriſtus filius Dei naſcitur in Bethleē Iudeæ? Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis, non tantū iuſtorum ſed peccatorum. Fidelis ſermo fratres & omni acceptione dignus, quis tā lapidei cordis cuius anima nō lique fiat? Quid dulcius annūtiari poterat, aut quid delectabilius, ſalubrius
S. Bern. ve? Ait S. Bernardus. ſerm. 1. Huius feſti. O breue verbum de verbo abbreuiato, ſed cæleſti ſuauitate refertū. Ieſus Chriſtus filius Dei naſcitur in Bethleē, non in Hieruſalē ciuitate opulenta, ſed in parua ciuitate, paruulus naſcitur qui ſuapte natura magnus eſt, & laudabilis nimis, & ſapiētiæ eius non eſt finis. Paruis & humilibus natus eſt, nō
Pſal. 109 ijs qui ambulant in magnis & in mirabilibus ſuper ſe. Is planè eſt qui emittit fontes gratiarum in cōuallibus, is ſuperbis reſiſtit, humilibus
Iaco. 4. autē dat gratiam. Efficiamur quamprimum, vt paruulus iſte, alioqui non intrabimus in regnū cęlorum. Non efferamur, vt primus homo de terra terrenus, ſed humiliemur imitantes ſecundum de cælo cæle-
Leui. 20 ſtem. Scientes quoniam qualis terrenus, tales & terreni. Qualis autē cæleſtis, tales & cæleſtes. Sanctificamini rogo hodie fratres & eſtote parati, die enim craſtina videbitis maieſtatem Dei in vobis. Parati eſtote non veſtibus purpureis ſericiſve, non margaritis aut auro capita ornantes, ſed, vt decet mulieres ſanctas, quemadmodum princeps Apoſtolorum Petrus admonet. Hæc propliana & mūdialia ſunt, nō

expediunt

expediũt vobis.Fallax gratia & vana eſt pulchritudo, mulier timẽs Deum ipſa laudabitur. Et iterum: Gratia ſuper gratiã mulier ſancta & pudorata. Agite cariſsimi ſanctificamini magis ac magis, eũtes de virtute in virtutem donec videatis Deum Deorum in Syon. Qui ſan ctus eſt ſanctificetur adhuc, ait Apocalipſis. Perinde dicat, ſcalam Iacob tangentem cælum paulatim conſcendamus, de virtute in virtutem gradientes. Sic videbimus Chriſtum Ieſum, nõ in præſepio vagientem ſed in dextera patris regnantem. Idque nobis ipſe impertire dignetur. Qui cum patre & Spiritu ſancto viuit in ſecula. Amen. *Prou.31.* *Apoc.22*

ANNOTATIONES appendices.

QVam fuerit fide cãdidatus ſanctus Ioſeph, & ex omni parte abſolutus, atq; perfectus, vel ex hoc perſpicuum eſt, quod angelo in ſomnis loquẽti fidem præbuit. Zacharias verò Gabrieli nun tianti de filio naſcituro, in vigilia haud credidit. Imò ſignum pollicitationis poſtulans, in lingua illud accepit. Eris mutus, ait Gabriel, do nec hæc fiant. Lucæ.1. Hæc Chryſoſtomus, in ſententia. *Annot.1.* *S. Baſil. ſer. nati. domini.*

Secundò notandum quod angelus dicens, ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum, non de populo Iudæorum affatur, de quo Daniel prophetauit: Non erit populus qui negaturus eſt eũ. Hoc eſt Meſsiam. Danie.9. Quin & Saluator comminatus eſt eis dicens: Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Quod ad literã de templi deſtructione intelligendum eſt. Ergo populus hic fideles ſunt. De quo in pſalmo: Populus qui creabitur laudabit dominum. Pſal.101. Præmiſerat paulò anteà: Scribantur hæc in generatione altera. Perinde dicat, adueniet generatio longè perfectior, & erit populus à Chriſto Ieſu creatus, & ipſe verè laudabit eum, in ſpiritu & veritate, effugatis cæremonijs & ſacrificijs, quæ inuolucra, & vmbratica erant. 2.

Tertiò aduertendũ, quam vera ſit illa ſentẽtia regalis prophetæ: Dominus ſolicitus eſt mei. Sanè ſuos nõ deſerit vnquam Deus. Imò, quo maior inſtat neceſsitas, maius ſubſidium eis ſuppeditat. Quod nimirum de tribus pueris in camino ignis ardentis, iuſſu regis Babylonis miſsis, de Daniele in lacu leonum, de Iona in ventre ceti orante, necnon de Suſanna muliere ſancta conſpicuum eſt. Sic Ioſeph iuſto prouidentia diuina affuit, per angelũ eum erudiẽs de ſacro myſterio 3. *Pſal.39.*

abſcondito,

abſcondito,vt cælitùs illuminatus ſciat,quid facto opus ſit. Vnde in
Thob. 3. Thobia optimè ſcriptum eſt: Poſt tempeſtatem trãquillum facis,& poſt tribulationem exultationẽ inducis.Quæ omnia in iuſto Ioſeph adimpleta nouimus abundè.

4. Quarto, rex noſter mutauit habitum & ingreſſus bellũ,vbi filius Dei homo factus eſt, quẽ nobis alma virgo Maria manè pariet.Quã ob rem propheta Iaſihel filius Zachariæ clamat: O Iudæa & Hieruſalem nolite timere,nec paueatis.Cras egrediemini contra eos, & dominus erit vobiſcum.Non eſt enim veſtra pugna ſed Dei. 2.Para. 20.vbi ſanctus Bernardus. ſer.2.Huius feſti: Nolite timere veri cõfeſſores qui non ſolum ore, ſed toto corde domino confitemini. Induimini confeſsionem ſicut veſtimentum, imò quorum omnia interio-
Pſal. 85. ra domino confitentur,& omnia oſſa dicunt: Domine quis ſimilis tibi? Non ſicut hi qui confitentur noſſe Deum factis autem negant. Multos habetis hoſtes, carnem, præſens ſeculum nequam, principes tenebrarum,qui viam veſtram obſident. Attamen nolite timere, quia cras egrediemini & dominus erit vobiſcum. Gigas magnificus puer Ieſus,dux veſter erit, & ipſe coram vobis infeſtos inimicos veſtros proſtrabit ſua potenti virtute.

5. Quintò,in ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra.Eſa.30. Nam verba vt capilli Sanſon ſunt,in quibus fortitudo eius ſita erat, modo ſancta & non vana fuerint, dicente ſcriptura: De fructu labiorum ſuorum
Prou. 12. vnuſquiſq; replebitur bonis.Ecce verba bona fructus ſunt mirabiles quibus mens noſtra repletur.Atqui,ſpes noſtra fide & caritate roborata,vel maximè corda noſtra cõfirmat.Quæquidem ſpes, in ijs qui peccato mortali obnoxij ſunt inuenitur.Ratio,quoniam non gratiæ habitæ nititur,ſed diuinæ omnipotẽtiæ & miſericordiæ. Per quam, etiam qui gratiam non habet, eam conſequi poteſt, vt ſic ad vitam æternam perueniat pœnitẽdo.De omnipotẽtia Dei& miſericordia, certus eſt quodammodo qui fidem habet, quamuis illa mortua ſit. Hæc exactè explicat S.Tho.2.2.quæſtio.18.artic.4.ad ſecundum argumentum.Chriſtus autem eo venit in mundum,vt regeneraret nos in ſpem viuam,immarceſsibilem, & incontaminatam, conſeruatam in cælis. 1. Petri.1. Spes autem impij quaſi lanugo quæ à vento tollitur inconſtans eſt,vt ſapiens benè conteſtatur.

IN FESTO IVcundiſsimæ Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti.

DECLAMATIO. VII.

QVID dicam, fratres mei, in hac ſublimi celebritate? aut quò me vertã prorſus ignoro. Quæ mens excogitare ſuppetit, aut quæ lingua pro dignitate narrare, tam mirabile, tamq; ex omni parte inæſtimabile munus, à Deo nobis impenſum? Sanè noua gaudia cælitus nobis nuntiantur, ſuperi gloriã in altiſsimis concina voce cantant. Nox hæc ſacri partus cõſcia nouis illuſtratur fulgoribus: angeli, cum ſublimes ſint, paſtores rudes, & infirmos non aſpernantur, quin lætãtes ac iubilantes gratiæ diuinæ præconia, per aera modulãtur. Nos vero cariſsimi quãuis puſilli tacere non decet, ne forſitan ingrátitudinis execranda noxa, corda noſtra inuoluat. Quique, cum leproſis ciuitatis Samariæ, haud temere clamare par erit: Dies magni nuntij eſt. Si tacuerimus & nũtiare noluerimus, 4. Re. 7.
ſceleris arguemur. Profectò, ſi ciuitas illa tot inimicis vallata, & fame afflicta erat, vt matres filios ſuos occiderent, carnibuſque eorum veſcerentur, quando optimus ac beneficentiſsimus Deus hoſtium victoriam impertiuit, non minorem calamitatem mundus patiebatur, donec panis viuus, qui de cælo deſcendit, Chriſtus Ieſus, in diuerſorio Bethlemitico aparuit. Ibique ſacerrima Deipara facta eſt quaſi Prou. 31.
nauis inſtitoris, de longè portans panem ſuum, quem ipſa Spiritu ſancto cooperante concepit, nobis & fame pereuntibus dedit. Nec alio ſpectabat, qui conceptus fuit in ciuitate Nazareth, naſceretur in alia ciuitate Bethleem. Quippe quæ domus panis interpretatur. Nato itaq; domino, & mutato habitu, ingreſſoque bellum, veluti de rege

teſtans. Octonarius ſcripſit, triginta decurſis annis, poſt Saluatoris aſcenſionē mirabilem ad cælos. Sedulo aliorum euangeliſtarum ſcripta perlegit, quos cum reperiſſet, quaſi humi repere, in humanitate Chriſti explicanda ſubſiſtere: inſtituit primò de eius æterna natiuitate diſſerere, ne erroris, & perditionis filij, venenata ſua dogmata ſeminarent, dicentes Chriſtum Ieſum ante Mariam virginem non fuiſſe. Atqui de diuina generatione Chriſti tractans haud intactam, illius incarnationem dereliquit, ceu in hoc euangelio ſtatim videbimus, domino opitulante. Neq; alij tres de Saluatoris noſtri Deitate dicere neglexerunt, ſed illius memoriam parcius fecerunt. Vnus erat ſpiritus qui ſcribentium animos ciebat, profectò, tamen ſingulis diſtribuit, veluti apoſtolus probè conteſtatur, vt vult. Nunc igitur qui ha-

Lucas.8. bet aures audiendi audiat. Nam animalis homo non percipit ea, quæ Dei ſunt, imò qui ſtatuerunt oculos ſuos declinare in terra, & tanquā

Figura. in nubecula à dæmone poſſeſſa, in æthera aſpicere nō valent, ſed deorſum, heu, ſicut pecora incuruati incedunt, ij velut oculi noctuæ ad

Lucæ.13 lumen huius ſolis fulgurantis obcæcantur. De verbo æterno, niſi fallor, tria potiſsimè quis quærere poteſt. Quando erat? Vbi erat? Quid erat? Si ergo roget quis quando erat? Reſponſum eſt, in principio erat verbum. Perinde dicat à principio erat. Etenim quod à principio eſt, eius omnino nullum tempus adinuenitur quando non erat. Sed quod in principio, & à principio eſſe, idem ſit, audiamus eundem Ioannem in Canonica ſua ſe explicantem. Quod fuit ab initio, quod vidimus, & audiuimus, & manus noſtræ cōtrectauerūt de verbo vitæ. Videtis fratres quam dilucidè ſeipſum inter-

S. Cyril. pretatur Theologus noſter. Sanctus Cyrilus nunc ait. Quid impudēter Chriſtianæ fidei aduerſarij dicunt, Chriſtum Ieſum à matre benedicta Maria cœpiſſe? Ioannis verba auſcultent: In principio erat verbum. Necnon & Saluatoris ſententiam audiant, & audientes ob-

Ioann.8. muteſcant. Antequam Abraham fieret ego ſum. Nempe in principio filius Dei erat, principio autem nihil antiquius ſit oportet. Huc ſpectat illud ſapientiæ: Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum,

Sapien.8 antequam quicquam faceret à principio. En deſignatur verbi cum patre æternitas, & hiſce verbis liquidò comprehendi poteſt, quod excutientes pſeudo Chriſti perperam negabant.

Aduertēdum tamen quod nō abſq; mirabili ſacramēto filius Dei verbum appellatur, quod apud angelos, & apud nos mentis conceptum, ſeu animæ noſtræ intrinſecum illud quod exteriori verbo in-

dicamus deſignat. Vnigenę filio Dei verbi nomenclatura aptius cō gruit, quàm rei exterius prolatæ, vtpote cum illius cauſa exiſtat. Itaque ſermo in ore, & verbum in mente eſt, verbum autem ratio & ſi ſimilitudo rei intellectæ eſt, eam ob rem, illud in omni natura intellectuali neceſſum eſt ponere. Miror Platonem ponētem verbum in Deo, quo omnia ſapienter ipſe operatur. Nec dubito legiſſe ſanctam ſcripturā, potiſsimè Moſi Geneſim, ex qua etſi ethnicus potuit decerpere, quæ de Ideis ſcripſit, vt Diuus Auguſtinus teſtis eſt. Ne igitur lectorem detineam in re hac. Verbū quaſi proles mentis & filius cordis eſt. Ceterùm verbum in angelo aut in nobis, accidēs quodam eſt quod poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, quia non de natura intelligentis poteſt eſſe. In deo autē eſſe & intelligere idē ſunt. Vnde accidens nequit eſſe, ſed quod ad illius naturam pertinet. Dei nanq; eſſentia adeò ſimpliſsima eſt, indiuiſibilis & incompoſita, vt quicquid in Deo eſt, Deus ſit. Vnde rationi cōſentaneum eſt, quòd verbum Dei, Deus ipſe ſit, de Deo. Ceterùm, vt mens noſtra abſq; ſui iactura verbum habet internum, ſic pater ſine ſui vlla lęſione, verbum ſuum ab æterno generat ac poſsidet. S. Tho. 1. par. quæſt. 27. arti. 2. Nempe altiora ſunt hæc, quàm indago noſtri intellectus capere queat ſuapte natura, verumtamen ad præceptum domini eleuata aquila noſtra Ioannes, & in arduis ponens nidum ſuū, ſuper omnes angelorum choros volitans, mentes noſtras in altum euexit, ita vt fide duce quæ ſunt intima Dei attingere, deguſtare, atq; fari poſsimus, dicente Propheta: Credidi propter quod locutus ſum. Nos ergo credimus propter quod & loquimur, donec adiuuāte Deo poſt exhalatam animam dicere valeamus: Sicut audiuimus, ſic vidimus, non in hoc exilio, ſed in ciuitate Dei noſtri. Ecce pro captu noſtro diximus quando erat verbum Dei. Sanè in principio quod eſt ab æterno. Vel in principio, ideſt, in patre à quo procedit, tanquam ab vnico principio. Et quia pater æternus eſt, ſic & verbum illi coæternum ſit oportet. Da ſolem æternum ait ſanctus Auguſtinus, & radius eius erit ęternus. Sed quia æternitas creaturæ minimè conuenit ſed Deo, ideò verbum domini æternum eſt. S. Tho. part. 1. q. 10. ar. 3. Hinc perſpicuum apparet qualiter ſuam Geneſim inceperit Moſes à principio tēporis. In principio, ait creauit Deus cælum & terram, A tempore auſpicatus eſt, vt creaturam initium inſinuet. Notanter de verbi generatione dicitur, erat, quæ dictio amplectitur eſſe & permanſiſſe ſemper. De mundi creatione tempus præteritum nomina-

Nota. — *S. Thom. 1. p. q. 13. ar. 5.* — *Iob. 39.* — *Pſal. 115.* — *Pſal. 87.* — *Collatio.* — *Gene. 1.*

Nónne credere videre quoddam eſt? Alioqui apoſtolus nō diceret: Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, poſtea autem facie ad
1.Cor.13. faciem. Ecce quomodo viſio quæ erit in patria, quando videbimus Deū ſicuti eſt, ſuccedet fidei noſtræ, quippe quæ, ænigmatica viſio in hoc exilio eſt. Nec aliorſum theologi hāc virtutem perneceſſariā, in intellectu collocant, niſi quia ſuapte natura mēs noſtra per intellectū videt 3.d.23.& S. Tho.2.2.q.4.art.2. Ad hæc B. Hieronymus longè aliam interpretationem dat. Iſrael, inquit, id eſt fortis in Deum. Ratio quia angelus cum quo luctabatur Iacob dixit: Si contra Deū
Nota. fortis fuiſti, quāto magis contra homines præualebis. Perinde dicat. Quando victoriam de omnipotenti Deo vendicaſti, quorſum fratrē tuum Eſau times? Attendite cariſsimi quid Iacob egerit, antequam hoc celebre nomen acciperet. Non fruſtra Iſrael appellatus eſt, nec gratis nomen cælicum hoc obtinuit. Orauit plane ad dominum in via, dum rediret in patriam ſuam, armentis plurimis, vxoribus, & fi-
Gene.32 lijs, multaq; familia ditatus. Obſecro domine, ait, libera me de fratre meo Eſau, timeo eum valde. Quorſum hæc dicta ſunt, fratres, niſi vt vos timeatis feritatem mundi huius, & diaboli immanitatem? Sanè quotidie bella hoſtilia excitant cōtra nos, quibus niſi ſummi Dei ſuffragio freti, nullatenus obſiſtere poſſumus. Nec nō & cruentum Eſau, quē nobiſcū geſtamus, valde timeamus oportet. Corpus hoc terreū dico, aut carneum ergaſtulum, in quo anima, creatoris inſignita ima-
Caro inimiqua. gine, veluti in carcere tetro habitat. Hæc caro inimica aduerſus ſpiritum technas parat innumeras, retia plurima pandit, & modis omnibus illaqueare eum contēdit. Quas ob res, cum viro probo Iacob indefeſſe oremus: Domine libera me de fratre meo Eſau, timeo eū val-
1.Cor.9 de. Verum niſi Apoſtolus ſuum Eſau timeret, non corpus ſuum caſtigaret, ieiunijs, & orationibus, & alijs id genus exercitijs, petulantiam illius retunderet, in ſeruitutem illud redigens, nedum alijs verba Dei propinabat ipſe reprobus efficeretur. Nō quod ipſe tam pro ſeipſo timeret, qui iamiam audire meruerat, ſufficit tibi gratia mea. Vnde ſe amore dignum certo certius agnouit, ſed nos docere voluit vt timeamus ſuperbum hūc hoſtem, quique (proh dolor!) neſcimus an odio vel amore digni ſumus. Quid plura? Ingemiſcētis vox ea eſt,
Roma.7. & in agone prælian tis: Infelix homo, quis liberabit me de corpore mortis huius? Vehemēter expaueſcamus fratres, iugi oratione clamātes ad Deum noſtrum, ne nos deſerat, & in hac quotidiana militia ſuccumbamus: Beatus homo qui ſemper eſt pauidus, clamat ſapiens.
Prou.28.

Non

Non quod Deus vecordes homines diligat, cùm Gedæoni Duci Iſrael præceperit, vt omnes timidos è ſuo exercitu expelleret, quaſi indigni eſſent Amalechitarum victoria. Ille pauidus eſt, ac per inde beatus, qui ſuis viribus nihil fidit, fidit autẽ gratiæ Dei omnipotentis, qui cũ propheta inceſſanter clamat: In te dñe ſperaui, non cõfundar in æternũ. Et rurſus: In Deo meo trãſgrediar murum. Atqui cum Apoſtolo ait: Omnia poſſum in eo, qui me cõfortat. Vos cariſſimi, ò viri religioſi, hũc Eſau vehemẽter timentes, vbi iam mundum ſpreuiſtis, Aegyptum deſerẽtes, terram hanc promiſſam, lacte & melle manantem, Deo auctore intraſtis, ſpiritu Dei acti, in ſanctam religionem cõuolaſtis vos (inquam) vehementer obſecro, hunc fratrem Eſau valde timeatis, non vita comite quicquam carni fidatis. Quandoquidem ſua verſutia protoplaſtos proſtrauit: ſanctũ vatẽ Dauid, Sanſon fortẽ, leones lacerãtem, Salomonẽ ſapiẽtia cãdidatũ, miſerè deiecit, infeliciterq; ſuperauit. Deinde Iacob vir iuſtus, poſtquã orauit, & valde fratrẽ ſuũ pertimuit, cũ duo luctatur: Ecce vir luctabatur cũ eo vſq; mane. Seriem verborum fas eſt vt inſpiciamus, poſt timorẽ ſanctum, lucta cum Deo ſubſequitur. Sed iam obſecro quis roget, & rectè, ſi vox præpotẽtis Dei ſic exterruit parẽtes primos in paradiſo illa amœniſsim (quod vmbram quæritantes, ſe abſcõdere nitebantur, dicẽte Adamo: Audiui vocẽ tuã in medio paradiſi & timui.) quonã pacto cum ipſa maieſtate luctari poterimus? Iterum, ſi eo deſcẽdente in mõtem Synai tonitrua perſonabãt, & buccinę crepabãt, fulgura corruſcabant, adeò vt populus perterritus Moſi dicere: Loquere tu nobis, non loquatur nobis Deus, ne fortè moriamur, qua temeritate audebimus cũ omnipotẽte manus cõſerere, qui inermes, & vermiculi humi reptãtes ſumus? O cariſsimi parũper hic ſiſtamus, & ſummi numinis dignationẽ vel curſim tota animi intẽtione cõtẽplemur. Non corporis brachijs, neruis, & oſsibus, carneq; compactis, lucta hæc geritur, nec lacertorum robore fretus huius victoriæ coronã quis capeſcere poterit. Deus ſpiritus eſt, & ideò ſpiritalibus brachijs pugnemus oportet. Quænam ea ſint? Sanè Eſaias nobis indicat: In ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Perinde dicat, vultis palmam victoriæ vendicare vobis, & de rege omnipotente glorioſè triumphare, ſilentium obſeruate, & ſpẽ infractam habete. Animaduertite fratres. O quã fortè brachium, taciturnitas, ſi orthodoxus illam habuerit! Fieri nõ poteſt, vt quis hominibus multũ loquatur, & Deo. Quin (vt pulchre S. Baſilius teſtatur) ſilẽtes audit optimus Deus libenter.

*Philip.*4 · *Gene.*32 · *Gene.*3. · S. *Baſil.* Homil.

Exo.14. Homil.13. Sanè Moſes feruido orabat ſpiritu etſi tacēs, cui dominus: Quid clamas ad me? Anna Samuelis parens tacita loquebatur, cuius
1.Reg.1. labia duntaxat mouebantur, vox penitùs non audiebatur. At bene ficentiſsimus Deus precationem eius ex alto proſpectās, benedictio nis fructum ei contulit. Quid plura? Lingua ignis eſt, & vt experimēto agnoſcimus, parua ignis ſcintilla, magnā ſiluam cōburit. Quorſum ignē S. Iacobus linguam vocauit, niſi vt ſolicitius eam cuſtodire
Collatio. ſtudeamus? Siquidem niſi ſit magna cuſtodia adhibita, ignis totam domum accendit, & cuncta in fauillam redigit. Ad eandem imaginem qui multiloquio indulgent, ſiquæ bona habuerint linguæ vitio cōmaculant. Ex lingua effræni, ſimultates innumeræ ſcaturiunt, periuria oboriuntur quam multa, probra, maledicta, & plurima id ge-
Prou.18. nus cōſurgunt mala. Hinc ſcriptum eſt: Mors & vita in manibus linguæ ſunt. Mira res, ſiquis pictor linguam allatam depingeret, omnes irriderēt, & tanquam ſtultum eum iudicarem. At ſapiens Salomon, imò Spiritus ſanctus, hominis linguam adfabrè delineās, ei dedit manus. Cur ita? Nempè quia lingua acutiſsimis vnguibus proximorum famam dilacerat, abſentium opera, vt tinea corrodit, & leonino dente præſentium vitam ſauciare contendit. Quid multa? Subdola ac maledica lingua, nedum viuis, ſed nec mortuis parcit. Mauſolea euoluit, ſcelera antiqua innouat, & defunctorū ſpurcitias attrectans, eorum oſſa corrodere non erubeſcit. Ceterùm, vt mors animæ in manibus linguæ eſt, ſic & vita eius in ea ſita cōſiſtit. Quādoquidem amantiſsimi fratres, dum laudes inexhauſtas Deo optimo offertis, tum corde, tum ore encomia eius perſonantes, dum proximis afflictis, verbis ſanctis ſolatiū exhibetis, dum deniq; agitis exhomologeſim omniū peccatorum, coram ſacerdote, abſolutionē ſacram accipientes, tunc
S.Baſil. vita in manibus linguæ veſtrę poſita eſt. Huc pertinet quod Baſilius monachis ſuis ſuadet. Silentij decorum, ex tēporis opportunitate & perſona ſpectatur, quemadmodum ex ſacris literis docemur. Prudēs
Amos.3. in tēpore illo tacebit, quia tēpus malum eſt, ait Amos, & regalis propheta: Poſui ori meo cuſtodia conſiſteret peccator aduerſum me.
1.Cor.14. Pſal.38. Ex perſona vero, vt illud Pauli: Mulieres in eccleſia taceant. Et iterum: Omnis ſermo malus ex ore veſtro non procedat. Ephe.4. Hæc Baſilius interrogatione.208. Sed nunc ad vos, fratres mei, ſeſe vertat oratio. Proculdubio, in religione ſilere pars magna perfectionis, quam quis noſtrū prætendere tenetur, eſt. Nam ſi monachus ex omni parte abſolutus, & perfectus non fuerit, ſaltim tēdere ad perfectionem.

nem pro ſua virili tenetur. S. Tom. 2.2. quæſt. 0.184. artic. 7. Secus
piſcopis aſſerendum, quippe qui, perfecti ſint oportet, dum tan-
dignitatis apicem accipiunt. Verum quoties illud ſancti Iacobi *Iacobi.1.*
gma conſidero, vehementer contremiſco. Religioſus non refræ-
ns linguam ſuam, huius vana eſt religio. Animaduertite chariſsimi,
c ad oẽs fideles dictum eſt, qui ſacro baptiſmatis fonte abluti, Chri
am Ieſum verum Deũ & hominem profitẽtur. Quiq; niſi petulan-
mi hõ coercerint, linguam ſancti ſilentij fræno nõ cohibuerint, eo-
m vita & opera fruſtranea erũt. Quãtò ergo melius de quouis mo-
acho aſſerẽdum eſt, quod vigiliæ, ieiunia, precationes, atq; diſcipli-
æ, ceteraq; alia bona in Cœnobio patrata euaneſcent, niſi ſanctum
ilẽtium religioſus ſeruarit? Enimuerò, vt doliũ optimo mero plenũ, *Collatio.*
i paruũ foramẽ habeat, euacuatur quãtocyus, ſic religioſus nõ refræ
nãs linguã ſuam, inanis relinquitur & vacuus. Quãpulchre Ieremias *Thren.3*
ait: Bonũ eſt cũ ſilẽtio præſtolari ſalutare Dei. Vbi S. Bernard. ſerm.
de natiuitate virginis. Bonũ ſilẽtium à iactãtia, bonũ à blaſphemia,
bonũ à murmurare & detractione. Sileat ergo lingua magniloqua &
maledica, quoniã bonũ eſt cũ ſilentio præſtolari ſalutare Dei. Atqui
omnino nõ eſt tacẽdum quin Eſaias ait: Qui reminiſcimini dñi ne ta *Eſai.66.*
ceatis, nec detis ſilẽtiũ ei, donec ſtabiliat, & donec ponat Hieruſalẽ
laudẽ in terra. Laus Hieruſalẽ, iucũda & decora laudatio eſt. Vos re
ligioſi Sancti qui memores eſtis dñi, & beneficiorũ eius indefeſſe re-
cordamini: vos inquã, ne taceatis vnquã, nec Deo ſilentiũ detis. Lau
date dñm de cælis: laudate eum in excelſis, laudate nomẽ eius quo-
niã ſuauis eſt dñs, gratias inexhauſtas ei agite vbiq; & ſemper. Quip-
pe qui ſic veſtris oblectatur colloquijs, vt clamet: Sicut vitta cocinea
labia tua eloquiũ tuũ dulce. Verba nimirũ igne caritatis flãmantia,
ceu vitta cocinea ſunt, quæ magnoperè Deo placent. Et iterũ: Sonet *Canti.2.*
vox tua in auribus meis, ait ſponſus, quia eloquium tuũ dulce. O nos
felices cariſsimi quorũ vocib⁹ delectatur rex altiſsimus, dũ hymnos,
cãtica, et pſalmus cum corde, tum ore perſonamus, dicente diuo Au *S. Augu.*
guſt. Hoc verſetur in corde quod profertur in ore: Ecce quàm ſit ma
gna res ſilentium, quantiq; illud fecerunt priſci patres eremi culto-
res. Scientes quod in ſilẽtio et ſpe fortitudo animæ noſtræ poſita eſt.
Et de primo brachio animæ hactenus.

Alterum brachium quo luctari nos oportet cũ Deo, ſpes ipſa eſt.
Equidem ſpes firma, fide & caritate fulta, magni momenti ſit opor-
tet. Hanc egregiam virtutẽ Apoſtolus anchoram animæ noſtræ fir- *Hebr.6.*
mam,

mam,& tutā vocat, etenim rectè. In hoc vaſtiſsimo mari corda noſtra, velut naues fluctuāt vndiq; vndis calamitatis circūuallata. Spe autem vt anchora in obſequio diuino firmamur, & miri a ſtabilitate ſubſiſtimus. Verum vbi non eſt ſpes, adſit deſperatio neceſſum eſt, quippequam ſummum malum fore nemo ambigit, qua Satanas, & qui cum eo in baratro cruciātur maximè laborant, laborabuntq; in

Rom.12. æternum. Spe gaudentes, inquit Paulus, inter pericula & labores vitæ huius ſpem, vt ſtellam fulgentiſsimam aſpiciamus, ne in Scillam aut Caribdim incidamus. Opprimat paupertas, ſæuiat mūdus, rugiat tyrannus, ſerpens funeſtus ſibilet, anchoram ſpei ne amittamus, imò ſpe gaudeamus. O mirabilem & modis omnibus laudandam virtutem, totiſq; cordis medullis affectandam & amplectēdam! Spe roborati priſci patres, mundum & ea quæ mundi ſunt ſpōtè reliquerūt, in cauernis terræ delitеſcētes, ſoli Deo inſeruierunt. Spe virgines ſeſe propter regnū cælorum caſtrantes carnis blandimenta, etiam licita contempſerunt. Martyres rogos & ſartagines ſuccenſas, carceres & vincula vltro ſpreuerūt. Quid ni, ſpe gaudeāt fideles, maximè viri religioſi, quando mūdi dilectores falſa ſpe, tot calamitates gaudentes ſubeunt? Maris pericula varia, belli labores ingētes, hilari fronte nonnulli ſuſtinent, quo diuitias fallaces, volaticos honores, execrandas

2. Tim.1 voluptates obtinere valeāt. At contrà, nos ſcim⁹ cui credidimus theſaurum noſtrum, eleemoſynas, orationes, ieiunia & alia opera bona, certiq; ſumus quia potēs eſt, Chriſtus Ieſus depoſitū noſtrū ſeruare vſq; in diē illū, in quo merces exuberans electis Dei dabitur. Spes vt literis cādidatis viſum fuit, certa expectatio beatitudinis eſt, ex gra-

Magiſ.3. d.23. tia Dei & operibus cōſurgēs. Magiſt. 3. d. 23. & S. Tho. 2.2. q. 19. art. 4. Quin & Saluatorem noſtrū expectamus dnm noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratū corpori claritatis ſuæ. En quis Iſrael ſit verus & quāta inſudatione, quātoq; labore, hoc nomen Iacob vir ſanctus acquiſiuit. Timuit fratrem ſuum Eſau valde, deprecatus eſt Deū cæli, vt eum liberaret. Deinceps luctans cū Deo vſq; manè, benedictionē meruit accipere. Ad eandem imaginem, nos qui Iſrael ſumus, valde timeamus corpus noſtrum, & orantes dominum precemur, nequādo in tentatione ſuccumbamus. Silentio & ſpe cum domino luctantes ne deficiamus, vſq; mane perſeuerantes, dabit & ipſe benedictionē ſuam athletis ſuis legitimè certantibus, gratiam magnam eis impertiens.

Iſrael præparare in occurſum domini Dei tui. Vidiſtis fratres qualiter

qualiter vos præparare oporteat in ſilētio & ſpe, præſtolantem ſalutare Dei. Nunc in occurſum eius exire debetis iuxta illud: Ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Sponſus quidem eſt non iudex, qui ad nos venit, amator hominū non vltor. Iamiam in via ambulat, in vtero ſacratiſsimæ matris itinerat, ipſi vtiq; pariet ſuum filiū. Sanè pariet eō ꝙ vera genitrix, veraq; mater Dei eſt. Quo verbo execrandum dogma Arrianorum ſtatim dilabitur, & labefactatur. Non quidem filius Dei phantaſticum corpus aſſumpſit, ſed veram carnem ex vera matre ſua Maria induit. Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis. Sed de his in ſequēti declamatione fuſius. Qui regem ſuum excipere cupiunt iiſdem indumentis ſe ornare nitantur, quibus rex eorū indutus eſt. O rex regum, o bone Ieſu quem in Bethleem video veſtitum paupertate, caſtitate, & obedientia. Ecce cariſsimi quibus ornamentis vos induere decet. En quantam inopiam patitur Ieſus in diuerſorio natus, in arcto præſepio reclinatus? Nunc opere dixit, quod poſtea ore ſuo benedicto depromſit. Vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Diuites huius ſeculi domos amplas poſsident, marmore & auro fabrefactas, volucres, vtpote ſuperbi, nidulis non carent. At totius mūdi faber, & orbis moderator, in ſtabulo naſcitur, qui cum diues eſſet inops factus eſt, vt eius inopia vos diuites eſſetis, teſte apoſtolo: Væ vobis diuitibus qui hic habetis conſolationem veſtram, quibus nihil curæ eſt de iis, qui inopia & egeſtate laborant. Caſtitate induitur Ieſus, ex matre virgine natus. Ipſa nanq; peperit filium ſuum vnigenitum, abſq; omni dolore & corruptione. Germinās germinabit ſicut lilium, lætabunda & gaudens, vt de ipſa prophetarat Eſaias. Flos Maria florem Chriſtum edidit gaudio ineffabili exhilarata. Denique veſte pretioſa ornatus apparet, factus obediens patri vſque ad mortem. Nedum patri cæleſti paruit in omnibus, ſed quod maiorem admirationem facit, matri & Ioſeph erat ſubditus, ceu Lucas aſtipulatur. O inſignem mortalium ſuperbiam, en ſeculorum rex, angelorum dominus in cuius ditione cuncta ſunt poſita, creaturis ſuis obediuit, vos autem creatori, plaſmatori, ac redemptori veſtro colla ſubmittere non vultis, mandata eius ſancta tranſgredientes. Maius quid dicam? non ſolum patri cæleſti & ſanctiſsimæ matri, ſed tyrando imperatori obediens fuit Ieſus. Exeunte edicto à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis, aſcēdit Ioſeph in Bethleē cū vxore ſua prægnāte, & vt impleti ſunt dies vt pareret, peperit filium ſuum.

Lucæ. 1. *Ioann. 1.* *Lucæ. 9.* *Eſai. 53.* *Lucæ. 2.* *Nota.* *Lucæ. 2.*

ſuum. Ecce triplex veſtimentum, quo rex noſter indutus apparuit in
ciuitate Dauid. Vos cariſsimi, vt placere poſitis ei, paupertatẽ ſumma-
mopere diligite, nam beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt re
Matt. 2. gnũ cælorũ, inopes eleemoſynis veſtris ſubleuate, poſthac caſtitatẽ
& munditiã amãtes, corpora veſtra, quæ Spiritusſancti templa ſunt,
ab omni ſpurcitia cuſtodite. Adeò vt nec fornicatio aut immũditia,
nec verbo tenus in vobis nominetur. Tãdẽ ſubditi eſtote omni huma
1. *Petr.* 2 næ creaturæ propter Deum. Potiſsimè Chriſto Ieſu obediẽtiam per
omnia exhibete, quiq; vt nos rebelles mãdatis Dei, obediẽtes humi
les efficeret, nõ tãtum patri ſupercæleſti, & ſacerrimæ matri, ſed eth
nico Romanorum Imperatori vltrò paruit.

Nec oportet maieſtatẽ veniẽtis timere cuius vox perterruit *in* pa
radiſo primos parẽtes, en Deus nr̃ vt carnis nr̃ę velamẽ accepit frater
noſter eſt factus. Olim Deus omnia verbo ſuo creans in ſua maieſtate
mãſit, ita vt totus ſuus eſſet. Nũc verò ſic ſuus eſt, vt noſter ſit frater &
Eſai. 9. redẽptor. Etenim paruul⁹ natus eſt nobis, & filius dat⁹ eſt nobis. No
ſtra ſunt cũcta merita eius, ſanguinis illius & vita, diuitiæ nr̃æ quib⁹
ditemur, & liberemur ſunt. Nonne nũc audiſtis? Ieſus Chriſtus filius
Dei naſcitur in Bethleẽ Iudeæ? Vox exultationis & ſalutis in taber-
naculis, non tantũ iuſtorum ſed peccatorum. Fidelis ſermo fratres &
omni acceptione dignus, quis tã lapidei cordis cuius anima nõ *lique*
fiat? Quid dulcius annũtiari poterat, aut quid delectabilius, ſalubrius
S. *Bern.* ve? Ait S. Bernardus. ſerm. 1. Huius feſti. O breue verbum de verbo
abbreuiato, ſed cæleſti ſuauitate refertũ. Ieſus Chriſtus filius Dei na
ſcitur in Bethleẽ, non in Hieruſalẽ ciuitate opulẽta, ſed in parua ci-
uitate, paruulus naſcitur qui ſuapte natura magnus eſt, & laudabilis
nimis, & ſapiẽtiæ eius non eſt finis. Paruis & humilibus natus eſt, nõ
Pſal. 109 ijs qui ambulant in magnis & in mirabilibus ſuper ſe. Is planè eſt qui
emittit fontes gratiarum in cõuallibus, is ſuperbis reſiſtit, humilibus
Iaco. 4. autẽ dat gratiam. Efficiamur quamprimum, vt paruulus iſte, alioqui
non intrabimus in regnũ cęlorum. Non efferamur, vt primus homo
de terra terrenus, ſed humiliemur imitantes ſecundum de cælo cæle
Leui. 20 ſtem. Scientes quoniam qualis terrenus, tales & terreni. Qualis autẽ
cæleſtis, tales & cæleſtes. Sanctificamini rogo hodie fratres & eſtote
parati, die enim craſtina videbitis maieſtatem Dei in vobis. Parati
eſtote non veſtibus purpureis ſericiſve, non margaritis aut auro capi
ta ornãtes, ſed, vt decet mulieres ſanctas, quemadmodum princeps
Apoſtolorum Petrus admonet. Hæc prophana & mũdialia ſunt, nõ
expediunt

expediũt vobis. Fallax gratia & vana eſt pulchritudo, mulier timẽs *Prou.31.*
Deum ipſa laudabitur. Et iterum: Gratia ſuper gratiã mulier ſancta
& pudorata. Agite cariſsimi ſanctificamini magis ac magis, eũtes de
virtute in virtutem donec videatis Deum Deorum in Syon. Qui ſan
ctus eſt ſanctificetur adhuc, ait Apocalipſis. Perinde dicat, ſcalam *Apoc.22*
Iacob tangentem cælum paulatim conſcendamus, de virtute in virtutem gradientes. Sic videbimus Chriſtum Ieſum, nõ in præſepio vagientem ſed in dextera patris regnantem. Idque nobis ipſe impertire dignetur. Qui cum patre & Spiritu ſancto viuit in ſecula. Amen.

ANNOTATIONES appendices.

QVam fuerit fide cãdidatus ſanctus Ioſeph, & ex omni parte abſolutus, atq; perfectus, vel ex hoc perſpicuum eſt, quod angelo in ſomnis loquẽti fidem præbuit. Zacharias verò Gabrieli nunciantide filio naſcituro, in vigilia haud credidit. Imò ſignum pollicitationis poſtulans, in lingua illud accepit. Eris mutus, ait Gabriel, donec hæc fiant. Lucæ.1. Hæc Chryſoſtomus, in ſententia. *Annot.1.* *S. Baſil. ſer. nati. domini.*

2. Secundò notandum quod angelus dicens, ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum, non de populo Iudæorum affatur, de quo Daniel prophetauit: Non erit populus qui negaturus eſt eũ. Hoc eſt Meſsiam. Danie.9. Quin & Saluator comminatus eſt eis dicens: Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Quod ad literã de templi deſtructione intelligendum eſt. Ergo populus hic fideles ſunt. De quo in pſalmo: Populus qui creabitur laudabit dominum. Pſal.101. Præmiſerat paulò anteà: Scribantur hæc in generatione altera. Perinde dicat, adueniet generatio longè perfectior, & erit populus à Chriſto Ieſu creatus, & ipſe verè laudabit eum, in ſpiritu & veritate, effugatis cæremonijs & ſacrificijs, quæ inuolucra, & vmbratica erant.

3. Tertiò aduertendũ, quam vera ſit illa ſentẽtia regalis prophetæ: Dominus ſolicitus eſt mei. Sanè ſuos nõ deſerit vnquam Deus. Imò, quo maior inſtat neceſsitas, maius ſubſidium eis ſuppeditat. Quod nimirum de tribus pueris in camino ignis ardentis, iuſſu regis Babylonis miſsis, de Daniele in lacu leonum, de Iona in ventre ceti orante, necnon de Suſanna muliere ſancta conſpicuum eſt. Sic Ioſeph iuſto prouidentia diuina affuit, per angelũ eum erudiẽs de ſacro myſterio *Pſal.38.*

abſcondito,

abſcondito,vt cælitùs illuminatus ſciat,quid facto opus ſit. Vnde in
Thob.3. Thobia optimè ſcriptum eſt: Poſt tempeſtatem trãquillum facis,& poſt tribulationem exultationẽ inducis. Quæ omnia in iuſto Ioſeph adimpleta nouimus abundè.

4. Quarto, rex noſter mutauit habitum & ingreſſus bellũ,vbi filius Dei homo factus eſt, quẽ nobis alma virgo Maria manè pariet. Quã ob rem propheta Iaſihel filius Zachariæ clamat: O Iudæa & Hieruſalem nolite timere,nec paueatis. Cras egrediemini contra eos, & dominus erit vobiſcum. Non eſt enim veſtra pugna ſed Dei. 2.Para. 20.vbi ſanctus Bernardus. ſer.2.Huius feſti: Nolite timere veri cõfeſſores qui non ſolum ore, ſed toto corde domino confitemini. Induimini confeſsionem ſicut veſtimentum, imò quorum omnia interio-
Pſal. 85. ra domino confitentur,& omnia oſſa dicunt: Domine quis ſimilis tibi? Non ſicut hi qui confitentur noſſe Deum factis autem negant. Multos habetis hoſtes, carnem, præſens ſeculum nequam, principes tenebrarum,qui viam veſtram obſident. Attamen nolite timere, quia cras egrediemini & dominus erit vobiſcum. Gigas magnificus puer Ieſus,dux veſter erit, & ipſe coram vobis infeſtos inimicos veſtros proſtrabit ſua potenti virtute.

5. Quintò,in ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Eſa.30. Nam verba vt capilli Sanſon ſunt,in quibus fortitudo eius ſita erat, modo ſancta & non vana fuerint, dicente ſcriptura: De fructu labiorum ſuorum
Prou. 12. vnuſquiſq; replebitur bonis. Ecce verba bona fructus ſunt mirabiles quibus mens noſtra repletur. Atqui,ſpes noſtra fide & caritate roborata,vel maximè corda noſtra cõfirmat. Quæquidem ſpes, in ijs qui peccato mortali obnoxij ſunt inuenitur. Ratio,quoniam non gratiæ habitæ nititur,ſed diuinæ omnipotẽtiæ & miſericordiæ. Per quam, etiam qui gratiam non habet, eam conſequi poteſt, vt ſic ad vitam æternam perueniat pœnitẽdo. De omnipotẽtia Dei & miſericordia, certus eſt quodammodo qui fidem habet, quamuis illa mortua ſit. Hæc exactè explicat S.Tho.2.2.quæſtio.18.artic.4.ad ſecundum argumentum. Chriſtus autem eo venit in mundum,vt regeneraret nos in ſpem viuam,immarceſsibilem, & incontaminatam, conſeruatam in cælis. 1. Petri.1. Spes autem impij quaſi lanugo quæ à vento tollitur inconſtans eſt,vt ſapiens benè conteſtatur.

IN FESTO IVcundiſsimæ Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti.

DECLAMATIO. VII.

QVID dicam, fratres mei, in hac ſublimi celebritate? aut quò me vertã prorſus ignoro. Quæ mens excogitare ſuppetit, aut quæ lingua pro dignitate narrare, tam mirabile, tamq; ex omni parte inæſtimabile munus, à Deo nobis impenſum? Sanè noua gaudia cælitus nobis nuntiantur, ſuperi gloriã in altiſsimis concina voce cantant. Nox hæc ſacri partus cõſcia nouis illuſtratur fulgoribus: angeli, cum ſublimes ſint, paſtores rudes, & infirmos non aſpernantur, quin lætãtes ac iubilantes gratiæ diuinæ præconia, per aera modulãtur. Nos vero cariſsimi quãuis puſilli tacere non decet, ne forſitan ingrãtitudinis execranda noxa, corda noſtra inuoluat. Quique, cum leproſis ciuitatis Samariæ, haud temere clamare par erit: Dies magni nuntij eſt. Si tacuerimus & nũtiare noluerimus, 4. Re. 7.
ſceleris arguemur. Profectò, ſi ciuitas illa tot inimicis vallata, & fame afflicta erat, vt matres filios ſuos occiderent, carnibuſque eorum veſcerentur, quando optimus ac beneficentiſsimus Deus hoſtium victoriam impertiuit, non minorem calamitatem mundus patiebatur, donec panis viuus, qui de cælo deſcendit, Chriſtus Ieſus, in diuerſorio Bethlemitico aparuit. Ibique ſacerrima Deipara facta eſt quaſi Prou. 31.
nauis inſtitoris, de longè portans panem ſuum, quem ipſa Spiritu ſancto cooperante concepit, nobis & fame pereuntibus dedit. Nec alio ſpectabat, qui conceptus fuit in ciuitate Nazareth, naſceretur in alia ciuitate Bethleem. Quippe quæ domus panis interpretatur. Nato itaq; domino, & mutato habitu, ingreſſoque bellum, veluti de rege

M Iſrael

1.Re.23 Iſrael legimus, infeſtiſsimi Aſsirij hoſtes fugam capiunt, dæmones inermes facti, trepidantes fugiunt, & ſic populus Dei ſummi numinis ope liberatur. Vnde angeli ad paſtores, annuntio vobis gaudiũ magnum, quod erit omni populo, quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus. Ecce quàm magni nuntij dies hæc lætabunda eſt. Eas ob res ſi tacuerimus, non cuiuſuis, ſed inſignis ſceleris arguemur, plagiſque multis, iure optimo vapulabimus. Nec line clam eſt,
Eſai. 53. Eſaiam vatem egregium de Meſsia olim prophetante dixiſſe: Generationem eius quis enarrabit? Idq; non abs re, ſanctus Leo papa, tam de Chriſti Ieſu æterna natiuitate, quam de tẽporali intellexit. Sanè vtraq; affatu nedum difficilis, ſed impoſsibilis eſt, niſi quis auſpicio diuino, cæleſtiq; virtute fretus ſit. Eſt autem Saluator noſter Ieſus ſapientia patris, qui aperit os mutorum, & linguas infantium facit diſertas, in cuius gloriam & honorem, de hoc mirabili myſterio, tanto multis ſeculis abſcondito, nonnihil fari affectamus. Ideò illius miſericordiæ & gratiæ maximopere fidentes, vel balbutientium more loqui incipiamus. In ſacra euangelij lectione audiſtis beatum Iannẽ de duplici Chriſti regis noſtri natiuitate diſſerentem, tam mirabili ſtillo, vt rectè filius tonitrui nuncupetur, ad cuius vocẽ omnes mũdi philoſophi vehementer pertimeſcunt, et ſtupent. Sed iam aquilam per medium cælum volãtem & euangelium portantem, ceu ipſe de
Apoc. 9. ſeipſo in Apocalypſi dixit, intẽtiſsimo corde audiamus vociferãtẽ.
Text. In principio erat verbũ, & verbum arat apud Deum & Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deum.

Lubet hic fratres, exclamare nec immeritò. Ioannes piſcator qui non introierat Athenienſium ſcolas, nec Aegyptiorum paleſtras cõtriuerat, is qui non cognouerat literaturam, intrauit potentias domini, aſcendens ſuper pennas ventorum volauit ſuper æthera, imo volauit ſuper Cherubin. Quis obſecro homo iſte eſt, qui verbis depingere audet, & penicillo terreo, æternitatem, Deitatem, ſapientiam, & potentiam verbi Dei? Apoſtolum Paulum video, etſi vas electionis à Chriſto appellatum, ſic gratia Dei erectum, poſtquam eſt vir effectus, et euacuauerat ea quæ ſunt paruuli. Intueor, inquam, cum raptum vſq; ad tertium cælum, vbi vidit mirabilia, audiuitque ar-
Eſai. 6. cana verba quæ minimè licet homini loqui. Eſaias prophetarum maximus, videns dñm ſedẽtem ſuper thronum excelſum & eleuatũ, nil nobis pandit, quàm ꝙ plena erat domus maieſtate eius, & quòd Seraphin duo canentia audierat: Sanctus, Sanctus, Sanctus dñs Deus

 exerci-

exercituum. Plenaque erat omnis terra gloria eius. Quid plura? Moſes, cui dominus loquebatur tanquam amico, balbum ſe fore fatetur, *Exo. 3.* ac ſermone tardum ſe appellat. At noſter theologus, qui nauiculam & retia ob Christi Ieſu amorem reliquerat, poſtquam ſupra pectus domini in cœna recubuerat, ceteris altius de ipſo ſacro domini pectoris fonte bibens, præcellentius voluit. Et ea, quæ vidit, vt aquila prædam pullis ſuis afferens, verbis ijs nobis patefecit, Suſcipiant montes pacem populo, & colles iuſtitiam, ait regius pſaltes. *Pſal. 72.* Vbi S. Auguſti. tracta. 1. ſuper Ioannem, montes excelſi ſancti ſunt, qui ſpiritu Dei afflati, quæ ſunt Dei nos docent. At colles populi vocantur, qui iuſtitiam ſuſcipere debent, id eſt fidē qui iuſtificat, ſicut ſcriptum eſt: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: & alibi: Iuſtus meus ex fide viuit. Quod quidem quaſi inuolucro, Deus ſignificare volens, præcepit olim, vt Leuitæ vtenſilia tabernaculi, necnon & ſacra vaſa, velaminibus obuoluta portarent, è manu ſacerdotum illa ſuſcipientes. Ita & vos qui colles eſtis, iuſtitiam ſuſcipite fidem mordicus tenete, vſque ad ſanguinem & mortem pugnantes, & quæ ſummus pontifex Chriſti Ieſu vicarius, prælati & ſancta concilia decreuerint, ea è cælo allata neutiquam dubitetis, dicente domino: Vbicunque duo vel tres fuerint congregati *Matt. 18.* in nomine meo, in medio eorum ſum. Vaſa ſancta à ſacerdotibus inuoluta ſponte accipite, ſat ſit quod ipſi noſtræ fidei arcana intelligant: vos verò captiuantes intellectum veſtrum in obſequium Chriſti, duntaxat ea credite. Suſcepit mons hic excelſus Ioannes pacem hanc, generationem verbi æternam contemplans, ideò ſeſe continere non valuit, quominus voce grandi tonaret: quod tonitruum totus orbis audiens contremuit: In principio, inquit, erat verbum, & verbum erat apud Deum.

Scopus huius euangeliſtæ eſt, qui implures hæreticorum ſectas *Scopus. Ioannis.* pro ſua virili funditus euertere, quippe quæ tunc maximè increbuerant, propemodum totam Aſiam degraſſantes. Ioannes autem zelo optimo tactus, Aſianorum impulſu perſuaſus, indito ieiunio, votis feruentiſſimis Chriſtum Ieſum ſuppliciter deprecans, aduerſus Marchionem, Cherintum, & Ebionem, ac reliquos antichriſti huius ſodalitij proceres, diuina hæc ſcripta edidit. Quibus nimirum inimicorum tela, ſubtili artificio in eorum capita detorquens, lucem veritatis orthodoxæ omnibus detulit, Chriſtum verbum patris ab æterno genitum, eique coæqualem, atque conſubſtantialem mani-

teſtans. Octonarius ſcripſit, triginta decurſis annis, poſt Saluatoris aſcenſionē mirabilem ad cælos. Sedulo aliorum euangeliſtarum ſcripta perlegit, quos cum reperiſſet, quaſi humi repere, in humanitate Chriſti explicanda ſubſiſtere: inſtituit primò de eius æterna natiuitate diſſerere, ne erroris, & perditionis filij, venenata ſua dogmata ſeminarent, dicentes Chriſtum Ieſum ante Mariam virginem non fuiſſe. Atqui de diuina generatione Chriſti tractans haud intactam, illius incarnationem dereliquit, ceu in hoc euangelio ſtatim videbimus, domino opitulante. Neq; alij tres de Saluatoris noſtri Deitate dicere neglexerunt, ſed illius memoriam parciùs fecerunt. Vnus erat ſpiritus qui ſcribentium animos ciebat, profectò, tamen ſingulis diſtribuit, veluti Apoſtolus probè conteſtatur, vt vult. Nunc igitur qui habet aures audiendi audiat. Nam animalis homo non percipit ea, quæ
Lucas.8. Dei ſunt, imò qui ſtatuerunt oculos ſuos declinare in terra, & tanquā
Figura. mulier illa à dæmone poſſeſſa, in æthera aſpicere nō valent, ſed deorſum, heu, ſicut pecora incuruati incedunt, ij velut oculi noctuæ ad
Lucæ.13 lumen huius ſolis fulgurantis obcæcantur. De verbo æterno, niſi fallor, tria potiſsimè quis quærere poteſt. Quando erat? Vbi erat? Quid erat? Si ergo roget quis quando erat? Reſponſum eſt, in principio erat verbum. Perinde dicat à principio erat. Etenim quod à principio eſt, eius omnino nullum tempus adinuenitur quando non erat. Sed quod in principio, & à principio eſſe, idem ſit, audiamus eundem Ioannem in Canonica ſua ſe explicantem. Quod fuit ab initio, quod vidimus, & audiuimus, & manus noſtræ cōtrectauerūt de verbo vitæ. Videtis fratres quam dilucidè ſeipſum inter-
S. Cyril. pretatur Theologus noſter. Sanctus Cyrilus nunc ait. Quid impudēter Chriſtianæ fidei aduerſarij dicunt, Chriſtum Ieſum à matre benedicta Maria cœpiſſe? Ioannis verba auſcultent: In principio erat verbum. Necnon & Saluatoris ſententiam audiant, & audientes ob
Ioann.8. muteſcant. Antequam Abraham fieret ego ſum. Nempe in principio filius Dei erat, principio autem nihil antiquiùs ſit oportet. Huc ſpectat illud ſapientiæ: Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum,
Sapien.8 antequam quicquam faceret à principio. En deſignatur verbi cum patre æternitas, & hiſce verbis liquidò comprehendi poteſt, quod cæcutientes pſeudo Chriſti perperam negabant.

Aduertēdum tamen quod nō abſq; mirabili ſacramēto filius Dei verbum appellatur, quod apud angelos, & apud nos mentis conceptum, ſeu animæ noſtræ intrinſecum illud quod exteriori verbo in-

 dicamus

dicamus deſignat. Vnigenę filio Dei verbi nomenclatura aptius cō gruit, quàm rei exterius prolatæ, vtpote cum illius cauſa exiſtat. Itaque ſermo in ore, & verbum in mente eſt, verbum autem ratio & ſimilitudo rei intellectæ eſt, eam ob rem, illud in omni natura intellectuali neceſſum eſt ponere. Miror Platonem ponētem verbum in Deo, quo omnia ſapienter ipſe operatur. Nec dubito legiſſe ſanctam ſcripturā, potiſsimè Moſi Geneſim, ex qua etſi ethnicus potuit decerpere, quæ de Ideis ſcripſit, vt Diuus Auguſtinus teſtis eſt. Ne igitur lectorem detineam in re hac. Verbū quaſi proles mentis & filius cordis eſt. Ceterùm verbum in angelo aut in nobis, accidēs quodam eſt quod poteſt adeſſe & abeſſe præter ſubiecti corruptionem, quia non de natura intelligentis poteſt eſſe. In deo autē eſſe & intelligere idē ſunt. Vnde accidens nequit eſſe, ſed quod ad illius naturam pertinet. Dei nanq; eſſentia adeò ſimpliſsima eſt, indiuiſibilis & in compoſita, vt quicquid in Deo eſt, Deus ſit. Vnde rationi cōſentaneum eſt, quòd verbum Dei, Deus ipſe ſit, de Deo. Ceterùm, vt mens noſtra abſq; ſui iactura verbum habet internum, ſic pater ſine ſui vlla lęſione, verbum ſuum ab æterno generat ac poſsidet. S. Tho. 1. par. quæſt. 27. arti. 2. Nempe altiora ſunt hæc, quàm indago noſtri intellectus capere queat ſuapte natura, verumtamen ad præceptum domini eleuata aquila noſtra Ioannes, & in arduis ponens nidum ſuū, ſuper omnes angelorum choros volitans, mentes noſtras in altum euexit, ita vt fide duce quæ ſunt intima Dei attingere, deguſtare, atq; fari poſsimus, dicente Propheta: Credidi propter quod locutus ſum. Nos ergo credimus propter quod & loquimur, donec adiuuāte Deo poſt exhalatam animam dicere valeamus: Sicut audiuimus, ſic vidimus, non in hoc exilio, ſed in ciuitate Dei noſtri. Ecce pro captu noſtro diximus quando erat verbum Dei. Sanè in principio quod eſt ab æterno. Vel in principio, ideſt, in patre à quo procedit, tanquam ab vnico principio. Et quia pater æternus eſt, ſic & verbum illi coæternum ſit oportet. Da ſolem æternum ait ſanctus Auguſtinus, & radius eius erit ęternus. Sed quia æternitas creaturæ minimè conuenit ſed Deo, ideò verbum domini æternum eſt. S. Tho. part. 1. q. 10. ar. 3. Hinc perſpicuum apparet qualiter ſuam Geneſim inceperit Moſes à principio tēporis. In principio, ait creauit Deus cælum & terram, A tempore auſpicatus eſt, vt creaturam initium inſinuet. Notanter de verbi generatione dicitur, erat, quæ dictio amplectitur eſſe & permanſiſſe ſemper. De mundi creatione tempus præteritum nomina-

Nota. *S. Thom. 1. p. q. 13. ar. 5.* *Iob. 39.* *Pſal. 115.* *Pſal. 87.* *Collatio.* *Gene. 1.*

tur, ſignificans creaturarum ſucceſsionem, dicēte regali Propheta:
Pſal.101. Ipſi ſicut veſtimentum veteraſcēt, tu autem idem es, & anni tui non
Iacobi.1. deficient. Et iterum Diuus Iacobus: Apud quem non eſt tranſmutatio nec viciſsitudinis obumbratio. Ad hæc, ipſa tamen diuina naturę perfectio exigit, vt ſit diſcrimen inter verbum, & cuius eſt verbum, inter intellectum & intelligentem, ſapientiam & ſapientem. Ideò optimè ſequitur in textu.

Text. Et verbum erat apud Deum. Dictio Græca articulum habet. Illud verbum, ne in genere de verbo videatur loqui, ſed de excellenti, & inſigni verbo æterno patris. Et quamuis dictio hæc, verbum, ſermonem & rationem apud Græcos ſignificet, longè meliùs conuenit filio Dei nomen verbi, quàm ſermonis, ſignificatiùs quidem verbum in ſingulari ponitur, & ſi hoc verbum plenum ſit rationibus, aut eſt. Ita vt ſit verbum omnium Dei, & omnium rerū viſibilium, & inuiſibilium, & intelligibilium, atq; poſsibilium eſſe. Et illud verbum erat apud Deum. Ecce diſtinctio perſonarum patris & filij. Nam nihil dicitur eſſe apud ſeipſum. Verbum erat apud dicentem illud, hoc eſt apud patrem. Apud diſtinctionem realem perſonarum indicat, eò quòd alius pater, alius filius, alius Spiritusſanctus, inquit, S. Athanaſius. At quoniam Deus ſimplicis perfectionis eſt, verbum non alter Deus, ſed idē Deus qui & pater. Hinc ſubnectitur, & *Deus erat verbum*. Alluſio eſt ad illud: Tres ſunt qui teſtimonium dant in
1. Ioan.5. cælo, Pater, & Verbum, & Spiritus ſanctus, & ij tres vnum ſunt. Perinde dicat, eſſentia vna eſt Deitatis, quanquam perſonæ tres ſint. Pater à quo filius, & Spiritus ſanctus à patre & filio procedens, ceu ab vno principio. Et Deus erat verbum. Non Deus participatiuè, vt nos per ſummi Dei gratiam dij appellamur. Ego dixi dij eſtis & filij excelſi omnes, ſed natura Deus eſt. Hinc de ſe conteſtatus eſt:
Ioan. 10. Ego & pater vnum ſumus, & rurſus: Ego in patre, & pater in me eſt.
Ioan.14. Sub hæc, ne quis patrem ſine filio eſſe vnquam ſuſpicari poſsit, aut quoquomodo patrem filio antiquiorem, addidit: Hoc erat in principio apud Deum. Compendio ſubtilli quæ dicta ſunt, cuncta fore æterna, hac collectione ſignificat. Nunquam profectò Deus potuit eſſe, quin ſe cognoſceret, nec ſe vnquā cognouit, niſi ſe exprimeret,
Pſal. 2. ideò nunquam fuit, niſi filium generaret: Huc pertinet illud pſalmi: Dominus dixit ad me filius meus eſt tu, ego hodie genui te. Perpulchrè dictum eſt hodie. Quoniam in Deum non cadit mutatio, nec vi
Iaco.1. ciſsitudinis obūbratio, vt nuperrimè oſtēdimus, & iterum: Ante luciferum

ſerum genui te. Pſal. 109. Eam ob rem filius principium eſt, vt pater, *Ioann. 8.*
alioqui non diceret, ego principium, qui & loquor vobis, & in Apocalypſi: Ego ſum alpha, &. O. principium & finis. Obſeruandum tamen eſt, quod intellectus noſter lumine naturali illuſtratus, ſola eſſentialia Dei agnoſcere valet. Puta, quod Deus eſt actus purus, intelligens ſeipſum & omnia alia in ſeipſo. Quod eſt volens, ſummè felix, à nullo pendẽs. De quibus abundè Ariſtoteles in ſua methaphiſica, & Plato, alijq; ſapientes locuti ſunt. Eò quòd inuiſibilia Dei, per ea quæ facta ſunt à creatura mundi, intellecta conſpiciuntur, eius quoq; ſempiterna virtus atq; diuinitas. Ita vt ſint inexcuſabiles. Alia trãſlatio habet: Ad hoc vt ſint inexcuſabiles, Deus enim reuelauit illis: id eſt, docuit eos ita eſſe per viſibilia hæc. Nã effectus manu ducit nos in cauſam à qua procedit. S. Tho. p. 1. q. 12. ar. 12. Ideò inſipiens ille dixit, eo dementiæ veniens, vt in corde ſuo aſſereret non eſſet Deum. O dementiam execrãdam! ò ſtultitiam extremis ſupplicijs plectendam! Si Deus non eſt, quo pacto miſer & infelix tu ipſe es? Nempe ethnicus ille dixit: In ipſo viuimus. Quibus verbis rectè vſus fuit Paulus quaſi ex fonte luminis naturalis obortis. Veruntamen ſola fide diſtinctionem perſonarum ſacræ triadis agnoſcimus. Ob id beato Petro dicente: Tu es Chriſtus filius Dei viui, ſubinde ſaluator reſpõdit: Beatus es Simon Bariona, quia caro, & ſanguis nõ reuelabat tibi, ſed pater meus qui in cælis eſt. Ecce fide, & reuelatione cæleſti dũtaxat notiones in Deo, ſiue perſonas agnoſcere quis poterit. Audiſtis quando verbum ſit quia ab æterno, vbi erat, nam apud patrem, quid erat, quoniam Deus de Deo, lumen de lumine. Hactenus tria hæc, vt potuimus, expediuimus, nũc mirabilem virtutem & operationem verbi Dei intueamur.

Apoc. 1. *Rom. 1.* *Pſal. 13.* *Act. 17.* *Nota.* *Matt. 16.*

Omnia per ipſum facta ſunt: & ſine ipſo factum eſt nihil. *Text.*

Deſtructis hæreticorum commentis, ſcilicet, Ebionitarum negantium filij Dei æternitatem, nam in principio erat verbum, ideſt in æternitate. Et Sabellianorum confitẽtium æternitatem in Chriſto, non autem diuiſionem perſonarum patris & filij, contra quos dixit, & verbum erat apud Deũ. Vbi perſonarum diſtinctio oſtẽditur. Ad hæc Eunomius improbus diſsimilẽ aſſeruit filiũ patri, contra quẽ ait: Et Deus erat verbum. Arrius tãdem ore verſuto, minorem patre filiũ fore dixit. Ideò Ioannes inquit: Hoc erat in principio apud Deum. Nunc virtutem magnam verbi delineãs ſubdidit: Omnia per ipſum facta ſunt. Itaque quatuòr primis verbis, velut quatuor fortiſsimis

Ebiom. *Sabellinus.* *Eunomius*

 arietibus,

arietibus, quatuor arces, aut turres munitas hæreticorum, miles ſtrenuus Ioannes funditùs euertit. Ceterum ſi omnia per verbum facta ſunt, hoc eſt, cōdita, ergo ipſum verbum nō eſt factum. Fieri non poteſt, vt ſit aliquid cauſa, aut principium ſibi eſſendi. Quod ſi verbum non eſt factum, ergo patri cōſubſtantiale eſt. Hæc S. Auguſt. contra Arrium. Senſus igitur eſt. Omnia pater per verbum ſuum fecit. Idq; in pſalmo, lucidiùs legimus: Omnia in ſapientia feciſti. Ecce pater in filio ſuo, velut in arte & exemplari cuncta fecit, quæque in cælo, & in toto orbe ſunt. Nec ideò verbum minoris eſt poteſtatis, quia per ipſum pater omnia condidit, eadē maieſtas, deitas & ſapientia æqualis eſt vtriq;. Sed quia à patre filius generatur & habet eſſe, ideò pater per filium hæc omnia feciſſe dicitur. Quin & tota Trinitas creauit mūdum, quia opera eius ad extra indiuiſa ſunt, vt ſcola theologorum, & fides orthodoxa confitetur. Vnde S. Dionyſ. lib. de diui. nomi. communia totius Trinitatis ſunt omnia creabilia. Dicimus patrem creare omnia per verbum & Spiritum ſanctum, vt originem oſtendamus. Pater à nullo eſt, filius verò à patre, Spiritusſanctus ab vtroq;. Itaq; pater origo ſeu principium eſt diuinitatis, S. Tho. part. 1. q. 45. arti. 6. Hinc regalis propheta ait: Verbo dñi cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum, & de filio, apoſtolus inquit, quem conſtituit hæredem vniuerſorum per quem fecit, & ſecula. Itaq; omnia, quæ fecit Deus, fecit in intellectu, virtute, & ſapientia, quod verbum eius eſt. Quo, omne quod diuinitatis eſt, velut viua naturalique imagine exprimit. Quam ob rem, candor lucis æternæ, ſpeculum ſine macula, imago bonitatis patris, iure appellatur. Cui ſententiæ apoſtolus adſtipulatur. Qui eſt imago Dei, & alibi, qui cum ſit ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ eius. Et rurſus: Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipſo condita ſunt vniuerſa, in cælis & in terra, viſibilia & inuiſibilia, ſiue throni, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates. Ecce Paulus expreſſius, quam Ioannes idipſum confitetur. Nempe pater omnia per verbum ſuum condidit, quæ omnia hæc ſint, compendio indicauit apoſtolus. Viſibilia & inuiſibila, quæ in cælis & quæ in terra ſunt, per verbum creata fuerunt. Vnde planè Moſes, Spiritu ſancto afflatus, ſuā Geneſim auſpicatur, dicens: In principio creauit Deus cælum & terram. Quod tripliciter exponitur ad diſſipandos errores tres, qui non exiguam iacturam attulerunt quondam. Alij mundum ſemper fuiſſe, & tempus initium non habere autumarunt. Contra quos,

Pſal. 103 *S. Diony. de diui. nomi. c. 2.* *Hebr. 1.* *Sapi. 7.* *2. Cor. 4.* *Gene. 1.*

quos, ſic explicatur ſententia Moſi: In principio temporis creauit Deus cælum & terrā. Quidam temerario auſu dixere, duo eſſe principia, aliud malorum, aliud verò bonorū. Et hic Manichæorum fuit peſsimus error. Ideo dicendum in principio, ideſt in filio creata ſunt omnia. Sicut principium effectiuum patri appropriatur propter potentiam, ita & filio principium exemplare propter ſapientiam. Et huc attinet illud: Omnia in ſapientia feciſti. Quin & ipſe Saluator noſter de ſe loquens ait: Ego principium, qui & loquor vobis. Alij tandem aſſeruerunt corporalia creata à Deo, mediante ſpirituali creatura. Et ad hoc explodendum, eſt tertia expoſitio. In principio creauit Deus omnia. Ideſt, antequam quicquam eſſet. Notandum quidem, quod quatuor ponuntur creata ſimul. Cælum impireum, natura angelica, materia corporalis, quæ nomine terræ intelligitur, & tēpus, Sanctus Thomas, part. 1. quæſt. 46. articul. 3. Nihil ergo à creatura creatum eſt, vt Arrij blaſphemia dicebat: Sed ab eo qui orbem vniuerſum condidit, moderatur, ſuaque prouidentia gubernat. Hinc pulchrè ſequitur: Sine ipſo factum eſt nihil. Grecè habetur, extra ipſum factum eſt nihil. Alludens ad illud: Sine me nihil poteſtis facere. Ex quo omnia, hoc eſt ex patre, per quem omnia, ideſt, per filium. In quo omnia ſubſiſtunt, videlicet in Spiritu ſancto. Hæc ex mente Auguſtini.

Ioann. 8.

Sapien. 10

Collo. 1.

Quod factum eſt, in ipſo vita erat. Beatus Auguſtinus ſic legit. Quodcūque per verbum factum eſt in ipſo vitam habet. Vt artifex antequam domum externè extruat, in mente illam habet viuentem, nec interna domus, habens eſſe per intellectum, eſſe deſijt, quia externa ædificatur, ſic antequam mundus fieret, in mēte diuina erat, in qua lapides ligna, & alia creata vitam habebant & nunc habent. Planè, vt ſacra Romana canit eccleſia, Deo noſtro regi potentiſsimo omnia viuunt. Hinc ſcriptum eſt, domino Deo antequam crearentur omnia ſunt agnita. En quomodo omnia vita ſunt in verbo. A quo non ſolum eſſe creaturæ habent, ſed etiam viuere. Sicut pater habet vitam in ſemetipſo ſic dedit & filio vitā habere in ſemetipſo. Hoc verbo retunditur ſtultitia Hæbræorum, adorantes vitulum in Oreb, ſuo magno malo, & dicentes: Ii ſunt dij tui qui eduxerunt te de terra Aegypti. Confunditur dementia gentium lapides, & ligna, cælum & ſtellas adorantium. Nam omnes dij gentium dæmonia, dominus autem cælos & terram, & quæ in eis ſunt, fecit. Quem toto pectore adorare & laudare, totis & medullis cordis amare debemus, vt

Text.

Eccle. 23.

Ioann. 5.

Pſal. 13.

M 5 potè

potè creatorem noſtrum, qui nos plaſmauit mentemq; noſtram ad
Deut.31. ſui imaginem creauit. Generatio praua & ſtulta popule inſipiens, hæccine reddis domino? Nonne ipſe eſt pater tuus, qui fecit & creauit te? Audiāt inuectiuam hanc orthodoxi miſeri, qui eo infelicitatis deuenerunt, vt quæ mundi ſunt, magnifaciētes, legem domini transgrediūtur, creatorem ſuum nihiliſaciētes. Ceterum Plato, triplicem
Plato. mundum poſuit, æternum, idealem, artificialem. De hoc tertio Ioannes ait: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factū eſt nihil, quod factum eſt. Chryſoſtomus autem & Hylarius aliter explicant hunc locum, quod factum eſt in ipſo vita erat. Verbum æternum non eſt expers vitæ, quin & filius via veritas & vita eſt. A quo velut à fonte vitæ, plantæ, animalia, & homines, atque angeli, tanquam riuuli dimanāt. Ideò omnia per ipſum facta, in ipſo viuunt, mouētur & ſubſiſtunt. Sequitur nunc.

Text. Et vita erat lux hominū, & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Verbum diuinum in quo omnia viuūt nam in eo ſunt rationes omnium, quas ideas theologi appellant. Vita hominum & lux dicitur, non vt lux ſenſibilis, aut corporea, ſed lux hominū ſecūdū quod homines ſunt, & intellectū habēt, ex quo homo eſt homo. Non ait, lux eſt angelorum, quoniam non angelis ſed hominibus ſcribebat. Nempe angelos illuminat in cælo, & eos beat. Nec venit è cælo angelos redimere, aut eos illuminare, ſed iuxta pro
Lucæ. 1. phetam Zachariam, filius Dei, per uiſcera miſericordiæ ſuæ, in quibus viſitauit nos oriens ex alto, illuminare venit ijs qui tenebris, & in vmbra mortis ſedent. Vel ideò angelorum non meminit, ſed homi-
Origen. num vt Origeni placet, quia in homine omnem rationalem creaturam oſtendit. Ad hæc explodere voluit dogma fallax illorum qui negant, primam lucem extendi per ſeipſam ad intellectum humanum falſo putantes quod ab infimo angelo, vel intelligentia homines illu
Iob.22. minātur. Quorum vox ea eſt, per cardines cæli Deus ambulat, nec noſtra conſiderat. Notandum quod non dixit, vita erat lux hominum piorum, ſed hominum, quoniam vtriſque lumē naturale indidit, eò-
Pſal.4. quòd ſignatum eſt ſuper nos lumen vultus eius, quo agnoſcamus bonum, & malum, ſanctum, & prophanum. Sic planè lux eſt Chriſtus tam bonis quam malis, non denegans lucem ſuæ gratiæ alicui, modo ſeipſum præparet pœnitentiamque agat. Quò ſanè ſpectat illud:
Ioan.8. Ego ſum lux mūdi, qui ſequitur me nō ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. En mundum, homines in vniuerſum appellauit, quibus

bus ſeſe lucem ſua dignatione præbuit, vt tenebras viciorum depellentes lucem cælicam ſequantur, lumineque vitæ in cælo potiri perpetim mereantur. O Chriſte Ieſu noſtri amantiſsime, illumina oculos noſtros, ne quando obdormiant in morte, ne forſitan inimicus noſter Satanas efferatur dicens: Vici & præualui aduerſus Chriſticolas. Lumen ad reuelationem gentium Simeon iuſtus te confeſſus eſt reuela precor oculos noſtros, & veluti colūna ignis populum tuum duxit per deſertum, in portum optatum, & ſtationem deſideratam, nos ducere pietate tua indulgentiſsima digneris. O lux hominum, qui lucem habitas inacceſsibilem: trahe nos poſt te. Nonne vel maximè hac luce egebamus fratres, poſtquam primi parentes in tenebras delictorum impingētes, omnes nos declinabimus, & ſimul inutiles facti ſumus? Hanc iacturam infelicem lamentabatur Dauid dicens: Non eſt, qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum. Quin & Apoſtolus homines Deó deſtitutos, meras vocat tenebras, & quos hæc lux ſacra illuminarat, lucē appellauit. Eratis aliquādo tenebræ, nunc autem lux in domino. Quandoquidem lux hæc beatiſsima, nedum lumine naturali quod mentibus noſtris indidit, ſed per varias mundi huius creaturas, homines illuminare conſueuit. Adeò vt cæli ipſi enarrent gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiet firmamentum. A magnitudine creaturæ, & ſpeciei, poterit creator videri ait ſcriptura. Quid plura? Per ſacram ſcripturam populum ſuum illuminauit, ne in caligine peccatorum periret. Quin & ſapientia Dei in animas ſanctas ſe transfert, & amicos Dei, & prophetas cōſtituit. Denique lux æterna vnigena filius Dei oculis noſtris ſe obtulit, vt tenebras quaſuis depellens, ſuam in nobis lucem reformet. Vnde vehementer Sanctus Petrus gratulatur. Qui vocauit nos de tenebris, in admirabilem ſuum lumen. Vbi ſingula emphaſim habent.

Oratio. *Pſal.23.* *Roma.3.* *Sapi.13.* *Sapi.7.* *1. Petr.2*

Et lux in tenebris lucet, & tenebrę eam non cōprehenderunt. Nō deſſunt qui literalē ſenſum huius ſententiæ dicant fore, ſi de creaturis præter hominem hoc exponamus. Perinde dicat. Verbum Dei, vita & lux hominum eſt, nihilominus in ſuis creaturis ratione egentibus, lucere non dignatur. Lucet quidem in eis, nō autem ipſæ illuminantur, eò quòd huius diuinæ lucis capaces non ſunt. Quare ſequitur, & tenebræ eam non comprehenderunt. Ideſt, non intelligendo non attigerunt filium Dei. Sed nos ſanctorum doctorum viam, regiamque iter ſequentes, cœptum iam ſenſum ſequamur, potiſsimè B. Auguſtinum. tract. 1. ſuper Ioannem, non de alijs creaturis, ſed de hominibus

Caiet.

hoc

S. *Augu.* hoc exponit. Tenebræ, vt diximus, homines improbi ſunt, erga quos beneficus ille pater Chriſtus Ieſus pietatem ſuam vel maxime oſten dit. Ii ſanè quamlibet ſcelerati ſint, ab hac luce illuminantur. Et hoc eſt lux in tenebris lucere. Incipit ergo Ioannes hic de ſecunda Natiuitate Chriſti diſſerere, poſtquam de æterna & prima profundo ac
Pſal. 26. ſubtili ſermone narrauit. Media nocte naſcitur ſalus noſtra Ieſus: et nox illa fauſtiſsima eſt illuminatio noſtra in delicijs noſtris. Quippe qui vt alter Moſes Dux populi Dei expoliauit Aegyptum, & locupletauit nos. Non auro argentove, aut gemmis vernantibus, ſed ſuis
Pſal. 138. lacrymis, ſuo ſangine, & vita, mortem noſtram deſtruxit. Et nox, ait
Eſai. 9. regius pſaltes, ſicut dies illuminabitur. Quin & iuxta Eſaiam. Habitantibus in tenebris, & in vmbra mortis lux orta eſt eis, populus qui ambulat in tenebris vidit lucem magnam. Lucet itaque in tenebris, ſcintilla illa quæ ſindereſis dicitur viuente. Lucet in magnitudine, & pulchritudine huius mundi, quem ipſe filius Dei fecit. Lucet in ſacra doctrina ſe oſtendens. Quid plura? Miraculis innumeris fulſit, ita vt dæmonia per aera clamarent, quid nobis & tibi fili Dei benedicte veniſti ante tempus torquere nos? Nec ideò eum cognouerunt, alioqui in corde Iudæ, & Phariſæorum non intrarent, vt eum crucifigerent. Si dominum gloriæ cognouiſſent non vtique crucifixiſſent, ait apoſtolus. Quod de dæmonijs & ſacerdotibus, atque phariſæis dictũ eſt. Et tenebræ eam non comprehenderunt, tanta fuit cæcitas Hebræorum, tam ingẽs ſuperbia, vt Chriſtum Ieſum non agnoſcerent,
Pſal. 35. vtpote, pauperẽ, & humilem corde. Neq; cum Dauide precabãtur:
Iob. Deus meus illumina tenebras meas. Imò, vt teſtis eſt Iob, ore impro bo dicebãt: Recede à nobis ſcientiam viarum tuarũ ſcire nolumus. Certè vides fili hominis quæ ſeniores domus Iſrael faciunt in tenebris. Vnuſquiſque in abſcondito cubilis ſui, dicunt enim, nõ videt do
Eze. 23. minus. Ecce vorago tenebrarum in qua degebãt ſacerdotes, qui Sal-
Hier. 23. uatorem à ſe abiecerunt. Non videt dominus, aiunt. Quaſi ipſi non impleat cælum & teram. Fieri nequit, vt quis lucem hãc mirabilem videat, niſi adfectus impios relinquens, ad pietatemq; ſe conuertat. Atqui lux veniens in mundum: homines eo ſtultitiæ deuenerunt, vt magis diligant tenebras, quàm lucem, quod Saluator noſter, vltimis ſuſpirijs lamentatur.

Nec abolenda omnino eſt tropologica illa expoſitio, vita erat lux hominum. Vita Chriſti Ieſu lux noſtra eſt, & exemplar, ita vt ſcopus totius vitæ Chriſtianæ ſit, quicquid ipſe pro nobis inſtruẽdis operatus

operatus eſt. Alioqui non cunctis Chriſticolis diceret, poſtquam diſcipulorum pedes procliui genu lauit: Exẽplum dedi vobis, vt quemadmodum feci vobis, ita & vos faciatis. Et iterum: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Eodem attinet illud: Diſcedite à me quia mitis ſum, & humilis corde. Felix & nimium felix, qui tale tamque limpidiſsimum ſpeculum, ob oculos indeſinenter habuerit. Vt pro virili ſua, caritatem, manſuetudinem, & humilitatem Chriſti ceteraſque virtutes id genus, imitari contenderit. Enimuerò Saluatoris noſtri vita adeò ex omni parte fuit abſoluta, & prorſus perfecta, vt nihil ſupra. Hinc ſanctus Gregorius ait: Omnis Chriſti actio, noſtra eſt inſtructio. Ceterùm vita cuiuſuis paſtoris, prædicatoriſve, lux eſt hominum qua Deum agnoſcant, eiq́; per omnia obediant. Maius pondus habet vita dicentis. Et cuius vita deſpicitur, reſtat vt eius prædicatio contemnatur, inquit Diuus Gregorius. Parui refert ſi quis loquatur magna, delictis autem varijs ſit obnoxius. Vnde perpulchrè dñs noſter, tum prælatis, tum etiam concionatoribus ait; Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona & glorificẽt patrem veſtrum qui in cælis eſt. Ecce vitam noſtram luci comparauit, nam vt ſol ſuis radijs indicat iter, ſic ſplendor candidæ vitæ optimi paſtoris & prædicatoris, cæli viam palàm facit. Extàt ſententia Chriſti Ieſu toto pectore amplectenda: Qui fecerit & docuerit, hic magnus vocabitur in regno cælorum. Talis ſanè Baptiſta in mundo apparuit, quippe qui, inſtar magiſtri ſui ac noſtri Ieſu, cœpit facere, & deinde docere. De quo nunc euangeliſta ſubnectit.

Ioan. 13. · *S. Grego.* · *Matt.* 5.

Fuit homo miſſus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. *Text.*

Singula verba tanquam in ſtatera poſita vigilanter attẽdamus & penſemus, cum de ſapientiæ theſauris prodeant. Nempe aquila grandis magnarum alarum, venit ad Libanum & tulit medullam cedri, & aſportauit eam in ciuitatem negotiatorum. Ioannes euangeliſta, vt aquila ſuper acumina montium eleuatus, medullam cedri, hoc eſt verbum patris, generationemque eius æternam indicans, in hũc mundum detulit contemplandam atque credendam, vbi orthodoxi vt negotiatores ſeduli quærũt bonas Margaritas, virtutes omnes capeſſere affectantes. At velut aquila quæ in ſublimi eleuata diu volitauit, quieſcere ſolet in rupi vel monte eminenti, ſic euãgeliſta poſtquàm de

Ezech. 27 · *Collatio.*

de Chriſti Ieſu diuinitate,& æterna natiuitate retexuit,de Baptiſta viro ſanctiſsimo narrare incipit. Vbi dignitas Baptiſtæ vel maximè apparet, nempe mons eleuatus eſt,cuius vertex cælum tangit. Adhæc, Ioannes euangeliſta, vtut humilis erat ac prouidus,de re tam ſublimi pertractans alium teſtem accerſens, Baptiſtam verbis ijs
Exo. 17. depingit. Sciebat nanque ſancitum fore in lege: In ore duorum vel trium erit omne verum. Eam ob rem alterius à ſe teſtimonium citat. Quem nec Iudæi improbi reprobare potuerũt. Digna ſiquidem ſanctorum dualitas, tum ob authoritatem legis, tum ob claritatem & vtriuſque ſanctimoniam mirabilem. Nonne duo Cherubim ex auro
Exo. 25. fabrefacti iuxta arcam domini erant,propitiatorium aſpiciẽtes, ſeſe ex aduerſo intuentes? En profectò duo viri ſanctiſsimi hi, qui auro caritatis fulgentes, ambo propitiatorium Chriſtum Ieſum contuentur. Alter in ripa Iordanis teſtimonium de Chriſto protulit beneficum, ac propitium nobis eum iudicās: Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. En ſacrificium vnicum quod totius orbis peccata delebit. Agnus eſt, qui parcere venit,& non vt leo peccatores interficere.
1.Ioan.2. Sed iam alter Cherubim euangeliſta loquatur de Chriſto Ieſu. Siquis peccauerit aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtũ iuſtum, ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris, non tantum noſtris, ſed totius mundi. Mirabile dictu! Euangeliſta proprias laudes ſilentio præterijt, ſciens ſcriptum eſſe: Laudet te alienus & non os tuum. Sic obſtruit os ſuperborum mira de ſe loquentium, veruntamen Baptiſtæ encomia, non prætermiſsit, quo validius eius teſtimonio de Meſsia roboretur. Hic homo par angelis, nõ vi intruſit ſe, non vltrò ad teſtandum de Meſsia venit, ſed à ſummo Deo mittitur. De qua miſsione latius Lucas locutus eſt, quod anno quintodecimo Tyberij Cæſaris, factum fuit verbum domini ſuper Ioannem. Et venit in omnem regionem Iordanis, prædicans baptiſmum pœnitentiæ.

Tria notatu digna euangeliſta narrat de baptiſta, dignitatem eius mirabilem, quoniam à Deo miſſus eſt. Vtilitatem ſtupendam, nam eo venit, vt teſtimonium præbeat de Chriſto vero Meſsia. Tertiò diſtinctionem eius à verbo indicat. Dicẽs non erat ille lux, atq; ob eius
Malac.2 inſignem dignitatem, à Malachia angelus vocatur: Ecce ego mitto angelum meum, qui præparabit viam ante faciem meam. Quod vaticinium magiſter veritatis Chriſtus, de beato Ioanne ad literam expoſuit. Hic eſt de quo ſcriptum eſt: Ecce ego mitto angelum meum. Suapte natura homo erat, legatione verò angelus, ideſt, nũtius. Vel ob id

ob id homo vocatur, ne quis ob nimiū vitæ illius cādorem angelum putaret. Notādum quòd vbi de æternitate verbi euangeliſta loquebatur dixit, in principio erat, eo quod ſemper erat & eſt. Quando autem de creatura loquitur ait, fuit. Nam more fluctis aquæ, quæ tēporaria ſunt prætereunt. Iuxta illud: Omnes morimur, & quaſi aqua delabimur in terram, quæ non reuertetur. Nempe appoſitiſsima cōparatio hæc eſt, niſi homines cæcutientes, magna ſibi promiſiſſent, fragilitatem ſuam ignorātes. Hinc rex quidam dixit: Præciſſa eſt velut à texēte vita mea, & dū adhuc ordirer ſuccidit me. O quot hominibus in hac vita hoc cōtingit, ſane du adhuc ordiūtur ſucciduntur, breui admodū mors foribūda illos rapit, dum lōgam ſibi promittebant vitam. Verbum dñi manet in æternum. Ob eam rem dictum eſt: In principio erat verbum. De viro ſancto Baptiſta qui iam obierat appoſitè dicitur, fuit homo. Profectò non oportebat vt angelus è cælo veniret, qui teſtimonium de lumine Chriſto daret, ſed homo, quia iā Deus homo factus, per hominem ſanctū & pium hominibus oſtenderetur. At quoniam omnis homo mēdax eſt, à Deo miſſus dicitur, qui eſt verax, imò ipſamet veritas. Nec ideò miſſus dicitur quaſi anteà anima eius fuerit, quàm eſſet cōceptus; ſimul creatur & corpori organizato infunditur. Probat hoc apoſtolus diſſertè vbi ait: Cum adhuc non aliquid boni aut mali egiſſent, & nōdum nati fuiſſent, Iacob elegit, Eſau autem odio habuit. Ecce animæ paruulorū nunquā fuere, ante cōceptionem eorum, quoniam demerita aut merita non habuerūt. Miſsio Ioannis vel ex eo quod in mēte diuina electus fuit dicitur, aut quia in deſerto reuelatio facta eſt illi, vt veniret in Iordanē, ſuoq; miniſterio fungeretur. Fidelis teſtis & omni acceptione dign⁹, qui nō ab hominibus ſed à ſummo Deo doctus, & ſelectus fuit, qui cū Paulo dicere potuit: Nō ab hominib⁹ euāgeliū accepi, ſed à dño.

Cui nomen erat Ioānes. Id eſt in quo eſt gratia. Nomen ſecundū philoſophum diffinitio rei eſt. Non ergo à cognatione hoc nomen accepit Baptiſta, imò mater eius forti animo cognatis reſiſtens aiebat: Non ſed vocabitur Ioannes. Non quidem ab euētu, ſicut Ioſeph vocauit primogenitū ſuū Manaſſem dicēs: Obliuiſci fecit me Deus omniū laborū meorū. Sed diuinitùs ab angelo Gabriele hoc nomen delatum eſt. Nomina autem diuinitùs collata, ſemper ſignificāt aliquod donū gratuitū in eis quibus data ſunt. S. Tho. p. 3. q. 37. art. 2. Id quod palàm eſt, in Abraham, & in Petro. Ioannes ſic vocatus eſt ob abundātem gratiā, quam habuit. Repletus eſt Spiritu ſancto adhuc

Nota. Eſai. 38. Roma. 9. 2. Cor. 11. Math. 4. Gene. 25 Gene. 17

ex vtero

ex vtero matris ſuæ,ſecundum Gabrielis pollicitationem. Vel quia illũ indicare venerat,qui fons & plenitudo gratiæ eſt. De cuius plenitudine omnes accepimus gratiam pro gratia. Vel tandem, Ioãnes
Matt. 5. appellatur,quia in eo cœpit lex gratiæ in mundo illuceſcere. Regnũ cælorum à diebus Ioannis Baptiſtæ vim patitur, & violenti rapiunt illud. Et iterũ Saluator noſter ait: Lex & prophetæ vſq; ad Ioãnem. Perſpicatius intueamur virtutem huius nominis, poſtquam Zacharias quamuis mutus,ſtatim vt ſcripſit: Ioãnes eſt nomen eius, nedum vinculum linguæ eius ſolutũ fuit,ſed plenus Spiritu ſancto, mira prophetauit,tam de Chriſto,quàm de præcurſore eius Ioanne. Quid obſecro maius,aut ſanctius, de Baptiſta dici poteſt? Non ergo ex illius meritis ſelectus fuit,ad obeundum hoc inſigne munus, ſed ex gratia dicente apoſtolo: Gratia Dei ſum,id quod ſum. Recte igitur nomen
1.Cor.15. eius eſt Ioannes.

Text. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimonium perhiberet de lumine. Et vt omnes crederent per illum.

Nuper dixit lucem,nunc lumen vocauit filium Dei. Nam lux in ſuo fonte eſſe ſolet, lumen in alieno corpore. Eſt verbum Dei lux æterna in ſe,lumen autẽ in humanitate aſſumpta. Miſerat ſanè Deus optimus hunc teſtem inſignem in mundum, pietate & gratia decoratum, vt præcurſoris officio fungeretur. Et teſtimoniũ perhiberet
Pſal. 13. de lumine quod in humanitate noſtra propalandum erat. Iuxta illud: Paraui lucernam in Chriſto meo. Quænam lucernam hæc eſt, niſi illa de qua dominus dixit, ille erat lucerna ardens & lucẽs? Vbi paucis verbis, Ioannis flammigeram caritatem, & prædicationem depinxit. Ardebat nimirum vt facula, & vt rogus magnus flammas emittẽs loquebatur. Nihil tamen ex hoc teſtimonio accreuerat Chriſto, nec ipſe eo indigebat. Ego,inquit, ab hominibus teſtimonium non accipio. Sed infirmitati noſtræ conſultum fuit, vt Ioannes qui lucer-
S. Augu. tracta.2. ſuper Ioã. na erat oſtenderet ſolem iuſtitiæ Chriſtum. Vnde Sanctus Auguſtinus: Qualis eſt iſte, qui teſtimonium perhiberet de lumine? Magnum aliquid iſte Ioannes, ingens merito, magna gratia, magna celſitudo. Verum quia oculos lipos mundus habebat, & tam ingentem lucem intueri non poterat, venit lucifer ante ſolem, præcurſor ante regem gloriæ. Non ergo Chriſtus indigebat Ioanne, ſed nos quorum oculi caligarent ante ſolem Chriſtum, niſi lucerna ardens eſſet mediatrix. Verumenimuerò, vt oculi Noctuæ ad lumen ſolis, ſic mens noſtra ſe habet, ad ea quę ſunt natura manifeſtiſsima, Philoſopho teſte. Sequi

tur

tur: Vt omnes crederēt per illum. Vbi notandum eſt, quod non oēs crediderunt, Ioanne prædicante & indicāte Meſsiam Chriſtū, quā- *Nota.* uis voluntate antecedēti Deus optimus, qui vult omnes ſaluos fieri, & ad agnitionē veritatis peruenire, id voluit, & ad hoc miſit Ioannē. Quoniam homo liber eſt ſuapte natura, niſi velit, non credet. Antecedenter aliquid velle eſt, quātum in ſe eſt velle. Et ſic Deus & Ioannes, omnes volebant credere in Chriſtum. Nihilominus non ſic euenit. Eam ob rem angelus ſapienter locutus eſt Zachariæ dicens: Multos conuertet ad Deum ipſorum. Non dixit oēs, vox non credētium ea eſt: Palpauimus ſicut cæci parietem. O miſeros quibus occiderat *Eſai.59.* ſol in meridie, vt ait Amos.8. Notanter dicit, per illum crederēt, non in illum, quia fides noſtra ſancta, primę veritati tantū innititur. Eam ob rem dicimus in Symbolo: Credo in vnum Deum. Et iterum: Cre- *Nota.* do in Spiritū ſanctum. Et ſtatim: Credo vnam ſanctam catholicam Eccleſiam. Non credo in eam, quia creatura eſt, ſed eam fore vnā columbam dilectam, ſanctam, vniuerſalem, vt eſt ſancta Romana Eccleſia. Quare non in Baptiſtam credendum eſt ſed in Chriſtum per Ioannem, quod euangeliſta non tacuit.

Non erat ille lux, ſed vt teſtimoniū perhiberet de lumine. Græcè: *Text.* Non erat ille illa lux. Hoc eſt, non erat lux illa æterna filius Dei, ſed eo tantum venit vt teſtimonium daret de lumine Chriſtō Ieſu. Sed ſi ita res habet, quorſum Saluator Apoſtolis dixit: Vos eſtis lux mū- *Matth.5.* di? Sanè lux illuminās & non illuminata Deus eſt: ſancti lux ſunt ſed à Deo illuminati. Hinc lunæ comparatur Eccleſia, quæ à ſe lumen non habet, ſed à ſole eam mutuat. Pulchra vt luna, in canticis appel- *Canti.5.* latur, & rectè. Sol autem Chriſtus eſt illuminans, tum angelos, tum etiam ſuos electos. Valde timebat Euangeliſta ne ſeruum ſuſciperēt pro domino, nūtium pro rege magno. Eam ob rem notāter ait: Non erat ille lux illa ſuprema filius Dei. De quo rurſus apertiùs addidit.

Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem veniētem in hunc *Text.* mundum. Stultitiam phariſæorum retundens, qui ablegarunt ſacerdotes, & Leuitas, vt interrogarēt Ioannem, tu quis es? hæc dicit. Etiā *Ioann.1.* populi dementiam taxat, qui exiſtimabat quod præcurſor Meſsias eſſet, vt Lucas narrat. Ideò vbi aſſeruit Ioannem non eſſe lucem il- *Lucæ.3.* lam æternam, nunc excellentiam huius lucis apertiùs indicat. Erat lux vera, Græcè habetur: Erat illa lux, illa vera. Et nequis myſteriū putet, vbi verè non eſt, quod aliquando euangeliſta dicat, lux, aliquando lumē, nihil refert. Græcè ipſe ſcripſit, & apud Græcos, *phos,*

lumen & lucem ſignificat. Aduertendum quod eſt lux falſa qualis fuit ſcientia phyloſophorum, qui cum Deum cognouiſſent, non vt
Rom. 1. Deum glorificauerunt. Quin obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, di
Nota. centesq; ſe ſapientes ſtulti facti ſunt. Eſt lux figuralis, & hæc in lege, & prophetis inuenta eſt. Lex per Moiſen data eſt, gratia & veritas
Hebr. 5. per Ieſum Chriſtum facta eſt. Et apoſtolus: Lex vmbram habens futurorum. Lux vera Chriſtus eſt non figuralis, vnde ait: Ego ſum lux
Roma. 1. mundi. Hæc lux vera, falſam ſapientiam perdidit. Iuxta illud: Perdā ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vmbraticam lucem euacuat, ideò ait: non veni ſoluere legem ſed adimplere. Adimplendo legem, vmbratilem eam effugauit. Huius lucis veræ functio eſt, illumminare omnes, tū lumine naturali, quam omnibus etiam Barbaris non denegat, tum etiam lumine fidei, qua ſalui fiant. Non ſic illuminat omneis, vt iam tetigimus, quin pleriquenon maneant hebetes, & amentes perſiſtant. Proh dolor alij permanent
Roma. 2 Deum neſcientes, & ſacramentorum ignari ob ſuam duritiam. Alij autē in vacuum gratiam Dei recipientes peccatores ſunt, & ſecundum pertinatiam ſuam, theſaurizant ſibi iram in die iræ. Veruntamen
Oſeæ. 13 men perditio ſua ex ſe oritur, ex hac autem luce, quæ nulli deeſt, omnium auxilium & ſalus. Sanè natiua ſuapte clementia, Deus omnes vult ſaluos fieri. Equidem ſi ſole illuſcente quis oculos claudat ſuapte malitia in tenebris erit, nec de ſole poterit cauſari. Deus huius ſe-
2. Cor. 4. culi, ait Apoſtolus, excæcauit mentes eorum. Itaq; lux hæc vera verbum Dei eſt, ſplendorem ſuum paſsim diffundens ad omnes, qui ambulantes vt cæci, neſciunt quò vadant.

Text. In mundo erat, & mundus per ipſum factus eſt, & mūdus eū non cognouit. In propria venit, & ſui eum non receperunt.

Nempe verbum in hoc vniuerſo erat non tamē incluſum, ſed tanquam exemplar in exēplato. Intra omnia, ait Auguſtinus, Deus eſt,
Iere. 23. & non incluſus, extra omnia non excluſus. Huc pertinet illud: Ego cælum & terram impleo. Hic erat & huc venit, erat vt dominus, venit formam ſerui accipiens. Non poterat antea videri, quia Deus ſpiritus eſt, factus eſt homo vt homines eum videntes, illum ſequantur, & toto corde diligant eum, qui tantoperè eos dilexit, vt inuiſere eos dignatus eſt. Aduertendum quam ſit abditum Trinitatis ſacramentum, quod naturali ratione, nec homines, nec angeli agnoſcere pote-
Matt. 11. rant. Vnde Saluator: Nemo nouit filium niſi pater, & patrem quis nouit niſi filius, & cui voluerit filius reuelare? Mundus per ipſum

factus

factus eſt. De vniuerſo orbe intelligendum erat, nam vtroſq; tam homines quàm angelos latuit, hoc myſterium Trinitatis, donec filius Dei illud reuelaret. Et hoc ſibi vult quod ſequitur: mundus eum non cognouit. Dicendum erat vt integra reddatur grammatica, mundus ipſum verbum non cognouit. Vel cum primo, & ſecundò mundus dicitur: In mundo erat & mundus per ipſum factus eſt, de hac mũdi machina intelligamus, cum vero tertiò, mundus eum non cognouit addidit euangeliſta, ibi mundus dilectores mũdi præſignãtur. Hinc *Ioan. 19.*
dominus ait: Quia ego elegi vos de mundo, ideo mundus odit vos. Perinde dicat. Eatenus ſuperbi auari, & mũdi amatores vos inſectantur, quatenus mei diſcipuli facti, pauperes ſpiritu, humiles, & omni virtute candidati eſtis. Nam ſi de mundo eſſetis, mundus, quod ſuum eſſet, diligeret. Nempe, ait ſanctus Auguſtinus, angeli Chriſtum cognouerunt, aſtra & cæli creatorem ſuum agnouerunt, imò dæmonia ipſum laudarunt, & filium Dei benedicti illum vocauerunt, omnia vndique teſtimonium de Chriſto dederunt. Illi tamen non cognoue *S. Augu.*
runt Saluatorem, qui amando mundum, dicti ſunt mundus. Tract. 2. ſuper Ioannem. Nempe qui mundum diligunt, corde in mũdo ſunt. Qui verò eum non amant, etſi corpore verſentur in mundo, corde tamen in cælo ſunt. Sicut dicit apoſtolus: Noſtra conuerſatio in cælis eſt. O felices viros, quibus hoc munus cæleſte contigerit, quiq; cum *Philip. 3.*
Dauid acclamare poterunt: Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Hieruſalem. Pedes animæ effectus ſunt, quibus mouemur quocunq; incedimus. Sit corpus terreum, in terra, animi affectus hæreat cælo, ſic hic erit requies & pax, ſi ibi fixa ſint corda noſtra. Mundus itaq; eum non cognouit, nam mundus & tenebræ, quæ lucem hanc comprehendere non potuerunt, idem ſunt. Mundus odit me quia ego teſtimonium perhibeo de illo, quia opera eius mala ſunt, ait dñs. Væ *Ioann. 7.*
mundo, qui Spiritum ſanctum accipere non valet! Vos nolite diligere mundum nec ea quę in illo ſunt. Sanè totus in maligno poſitus eſt, *Ioan. 14.*
Ioanne teſte. Vulgo dicitur domus mala, etſi pulchra & bene fabre facta, eò ꝙ viri ſcelerati eam inhabitãt. Sic malum, ſubdolum, & iniquum mũdum vocamus, quoniam improbi in eo degũt, ea quæ mundialia ſunt, vehemẽter amãtes. O execrãda cæcitas! o vehementer in *Nota.*
grata demẽtia! Mare, cælũ, & terra, dæmones, mors ipſa obediuit authori ſuo, eũq; cognouit, tot mortuos, ſuo verbo ſuſcitando, homines autẽ propter quos Deus homo fact⁹ eſt, eũ nõ cognoſcere voluerũt. Quid plura, iumenta muta, & craſſa Deum laudãt, homines iumẽtis

N 2 peiores

peiores facti, illũ non cognouerunt. Cognouit bos poſſeſſorem ſuũ,
Eſai. 1. & aſina præſepe domini ſui, Iſrael autẽ non cognouit me. En quanta
ſit brutorum gratitudo, quamq́; inſignis hominum erga Deum inſci-
tia. Vnde alibi pater beneficẽtiſsimus clamat: Filios enutriui, & exal
taui, ipſi autem ſpreuerunt me. Quomodo venientem ſolem iuſtitiæ
agnoſcerent, qui dorſum ad ſanctuarium verterant? Contra quos do-
Ezech. 8 minus velut iratus multa Ezechieli locutus eſt. Nedum eum mũdus
non agnouit, ſed quod execratius eſt iam ſequitur.

In propria venit & ſui eum non receperũt. Suos hic homines vel
maximè appellat, quos ſic nobilitauit, ſic propemodum innumeris
donis ornauit, & ſuper cuncta viſibilia euexit, vt ſua imagine & ſimi
litudine magnificè inſigniret, ratione & intellectu mirũ in modum
Iob. 7. decorauit. Eã ob rẽ ſanctus Iob ſtupefactus ait: Quid eſt homo quia
magnificas eũ, aut quid apponis erga eũ cor tuum? Quis verbis enar-
rare valeat, quam magnifaceret Deus primos parentes, in amœniſsi-
ma paradiſo illos collocans, & principatum animalium, auium, & pi
ſcium illis præbẽs? Inſuper & cor ſuum erga hominẽ poſuit, vbi amo
re eius ſic allectus fuit, vt carnẽ indueret factus homo. Ceterùm, pro-
pria Chriſti populum Hebræorum vocat Ioannes; de quo dominus:
Primogenitus meus Iſrael. Et rectè quidem, nam hunc populum tot
portentis patratis de Pharaonis iniquo liberauit imperio. Trophea
plurima de regibus barbaris exhibuit, pane cælico quadraginta an-
nis illum pauit. Inſuper & legem ſanctam, ac prophetas ei præbuit.
Nihilominus in propria veniens, de hoc populo proſapiam ducens,
ſui eum non receperunt. In quos inuehitur ipſe dominus dicens: Fi-
Eſai. 1. lios enutriui, & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Sanè niſi quis pe-
ctora ferrea habeat lacrymet neceſſe eſt, verba paterna hęc audiens,
igne amoris erga nos flãmantia. Nec contra Hebræos ingratiſsimos
verba illa militãt tantũ, ſed etiã aduerſus Chriſticolas, rurſus in ſemet
ipſis Chriſtum crucifigẽtes. Sanè vbi augentur dona, rationes dono-
rum accreſcũt: nos qui maiora dona ſuſcepimus maius iudiciũ expe-
Matt. 21. ctãt. Atqui parũ eſt, vt Chriſtũ non ſuſceperint, inſuper, & eiecerunt
Luce. 4. extra vineam & occiderũt. Duxerunt illũ ad ſupercilium mõtis vt
præcipitarent, Barabam facinoroſum hominem elegerunt, & Meſ-
Eſai. 5. ſiam verũ cruci affixerunt. Ipſi ſpreuerũt me. Ecce vinea electa con
uerſa eſt in amaritudinẽ, vt Eſaias vltimis ſuſpirijs deplorat: Væ gẽ-
ti peccatrici graui populo iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis,
Eſai. 1. blaſphemauerũt ſanctum Iſrael, dereliquerunt dñm, alienati ſunt re-
trorſum.

trorſum. Pater cæleſtis filium ſuum Ioſeph miſit, cuius typum quon dam ille gerebat. Qui veniens, vt videret rectè ageretur circa fratres eius, necne, at ipſi tunica polimita eum ſpoliantes, ideſt, debitum ſibi ab hominibus honorem, & promeritam gloriam auferentes, probris affecerunt. Denique in ciſternam mortis proijcitur, qui de mortis imperio venerat nos liberare. O ſtulte & inſipiens popule, hæccine reddis domino tuo, redemptori tuo? Popule meus quid feci tibi aut in quo moleſtus fui? Reſponde mihi. En Hebræorum ſcelus & ingratitudo magna. Vtinam cōtra orthodoxos quoſdam hęc querimonia non ſit. Nos vtiq; genus electum, gens ſancta populus acquiſitionis iure à beato Petro appellamur. Verumenimuerò, non vnde quaque à cunctis Iudæis ſeu gentilibus, Chriſtus dominus noſter ignoratur, & abijcitur. Imò omni tēpore aſſeruauit ſibi aliquot millia virorum, quippe qui genua ſua non curuauerunt ante Baal, ſed memores ſunt mandatorum Dei ad faciendum ea. Multi fidei feruore accenſi, eum ſuſceperunt, quāuis extra ſynagogam fierēt. De quibus ſequitur nūc. *Mich.6* *1.Petr.* *3.Re.19.* *Pſal.102.*

Quotquot autem receperunt eum, poteſtatem dedit eis filios Dei fieri, ijs qui credunt in nomine eius.

Nunc exuberantem fidei fructum oſtēdit ſacerrimus euangeliſta. Sanè omnis qui illibata fide Ieſum excipit in corde ſuo, & ſacri baptiſmatis latice abluitur, is adoptionis filiationem recipit, & hæc eſt poteſtas magna, quā filius Dei prębet ſpōte fidelibus ſuis. Is, inquam, de numero ſtellarum eſt, de quibus dn̄s ad Abraham: Reſpice cælum & numera ſtellas ſi potes, ſic erit ſemen tuum. Viri ſancti vt ſtellæ radijs virtutum fulgent, & in alto cælo verſantur, quæ ſurſum ſunt quærentes, non quę ſuper terram, quippe quę futilia & vana ſunt. Videte qualem dedit nobis Deus caritatem, vt filij Dei nominemur & ſimus. Quod ſi filij, & heredes quidem Dei coheredes autem Chriſti, vt optimè arguit ſanctus Paulus. Quid hac poteſtate præclarius? aut quid obſecro pręcellentius & vtilius? Ex filijs iræ filij altiſsimi efficimur, & perinde atque ſoboles regis Chriſti Ieſu, heredes regni cæleſtis ſumus. Mira res, Spiritus ſanctus reddit teſtimoniū ſpiritui noſtro quod filij Dei ſumus, & ipſe eſt pignus & arrabo hereditatis noſtræ. Væ hi qui hanc poteſtatē ſperniūt, & dura ceruice Spiritui ſancto reſiſtunt. Ii ſanè non, vt filij Adæ, ex carnali generatione pronaſcuntur, ſed ex ſpiritali renaſci dicuntur. Vnde dominus ad Nichodemū: Amen dico tibi, quia niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu ſancto, non introibit in regnum cælorum. Ad hæc, quodammodo quotidie *Gene.15.* *1.Ioann.1* *Rom.8.* *Acto.7.* *Ioann.3.*

renaſcimur, quoties de carnis natiuitate triumphũ obtinemus. Agẽdũ itaq; vt facta carnis oratione, & operibus ſanctis vincamus. Alioqui mors imminet exhorrenda. Ecce poſt natiuitatem æternam verbi noſtram ſpiritalem natiuitatem Ioãnes recenſuit, nam incarnationis opus eò tendit, vt homines filij Dei per adoptionem effecti, regni cælorum ſint heredes. O quam immenſa, nec ſatis commendanda Chriſti in nos beneuolentia. Vnicus patris natus eſt, ſed nec vnus manere ſtatuit ſed coheredes accerſiuit, quod in hac vita non contingit, imò qui vnicus eſt, totam hereditatem ſibi vult ſoli. O nimium infelices qui tam inclitam generationem contemnunt, & malunt filios

Ioan. 8. Satanæ quàm Dei fieri. De quibus Saluator: *Vos ex patre diabolo eſtis, & voluntatem eius vultis adimplere.* Nos verò fratres ex Deo nati, & gratia eius regenerati patris noſtri cęleſtis, quę in mãdatis eius ſanctis conſpicua eſt, volũtatem impleamus, in omnibus ſuppliciter orantes: Fiat voluntas tua, ſicut in cælo, & in terra. Quandoquidem euangeliſta rem tam eximiam valdeque difficilem volens perſuadere fidelibus, quod filij Dei ſunt & heredes cæleſtis regni aliquid maius protulit.

Text. Et verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Perinde dicat, ne miremini, ſi nobis optimus Deus, quæ ſua ſunt, nobis largitus eſt, & dono gratiæ ſuæ adoptionis, filios nos fecit, Audite quid mirabilius, & longe maius, ipſe filius, verbum patris, ipſe, inquam, quem conſtituit heredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula, ſua dignatione ſic exinaniuit ſe homo factus, vt aſſumpſerit quæ noſtra ſunt, parua & exigua. Magnum ſanè donum nobis impẽſum eſt ab eo, vt ex illo nati filij eius nominemur & ſimus, longè maius imò maximũ, quod

S. Augu. ipſe homo ſit factus. Vnde beatus Auguſtinus, factus eſt Deus homo: vt homo fieret Deus. Duobus ferè verbis myſterium incarnationis abſoluit ſubtiliſsimè quidem. Caro in ſacra pagina paſsim pro homine ponitur: Omnis caro fœnũ, dixit Eſaias, id eſt, omnis homo fœnũ. Videbit omnis caro ſalutare Dei noſtri, hoc eſt omnis homo. Et iterum Saluator ad Petrũ dixit: Caro & ſanguis non reuelauit tibi. Perinde dicat: Homo non te docuit quod de me confeſſus es, ſed à patre cæleſti didiciſti. Verbum caro factum eſt, non carneum ſed caro

S. Thom. verbum Dei fuit factum. Hoc eſt verbum quod erat & eſt, hypoſta-

p. 3. q. 2. ſis diuina, factum eſt, hypoſtaſis carnis, ſiue hominis, quem ſibi vni-

art. 3. uit, in vnitatem ſuppoſiti, qua vnione nulla maior, aut præcellẽtior. Scotus. 3. d. 5. Quandoquidem, fratres, tam eſt hæc lectio ſuauis, vt de-

cies

cies vel millies repetita faſtidio nõ ſit animabus noſtris. Quin magis ac magis dulceſcit. Animal ruminãs ſecũdum legem, mundũ erat, & accõmodũ ſacrificio. Sic & mẽs quæ diu noctuq; verſat hoc mellitũ verbum, quod Ioannes nobis protulit. Verbum caro factum eſt, & habitabit in nobis. Sed de ijs in ſequenti declamatione latius. Sat ſit nũc conſiderare, quam venerit filius Dei amore noſtro captus, quippe qui non celeriter, non curſim gradu concito, pertranſiuit, ſed moras trahens triginta tribus annis, in hoc calamitoſo mũdo vixit, cum Salomone clamans: Delitiæ meæ cum filijs hominũ, vobiſcum ſum vſq; ad conſummationem ſeculi ait. Idque in ſancto altari cernimus adimpletum, nam in Sacroſancta hoſtia illa, Chriſtum Ieſum habemus toto corde adoramus, necnon & in hoſpiciolum pectoris noſtri collocamus. Inibi videmus eum quotidie oculis fidei, gloria & honore coronatum, plenum gratiæ & veritatis. Vnigenitus patris eſt cœleſtis, in quo erat à principio apud Deum, Deus de Deo lumen de lumine. Vnigenitus etiam eſt ſacerrimę matris Mariæ: quipeque nobis eum peperit in Bethleem. Vbi paſtores iubilantes eum adorauerũt, & reges procumbentes dona ſua, paruulo vagienti Ieſu, ſponte obtulerunt. Hunc regem noſtrum quæramus, fide, & ſpe, & caritate, vnicè diligentes amplectemur. Vt in cunabulis nunc recumbentem illum conſiderãtes, vita hac conſummata, adoremus in cælo regnantem. Cui ſit honor & gloria, cum patre & Spiritu ſancto. Amen.

Deut. 14

Prou. 31.

IN FESTO IVcundiſsimæ Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti.

DECLAMATIO. VIII.

IAM eſt pacis amator,& largitor Saluator no
ſter; fratres cariſsimi, vt princeps pacis, ab Eſaia
vate ſacerrimo ſit appellatus. Sanè vt Satanas
*Iob.*41. qui rex eſt ſuper omnes filios ſuperbiæ, ſeditio
nibus, bellis, & diſidijs delectatur, ſic Chriſtus
Ieſus rex pacificus, quiq́; pax noſtra eſt, qui fe
cit vtraq; vnum, Apoſtolo teſte, vehementer
vnitatem, cōcordiam, atque pacem diligit. Si-
quidem pulchrè pacis princeps nuncupatur, qui ſolus poteſt pacem
veram cordibus noſtris inſerere, & corda noſtra trāquillare. Pacem
habete ait Apoſtolus & Deus pacis erit vobiſcum. Mira res, nihil ma
gis gratiam Dei nobis conciliat, quam ſi pacem viciſsim habeamus.
Huc tendit quod paccatiſsimo tempore ſeculi naſci voluit, vt pacem
quærere nos doceat, & pacis ſectatores inuiſere dignetur. Non eſt
Deus diſſenſionis ſed pacis, inquit Paulus. Quam mirabilem & inſo-
*Mich.*4. litam pacem in toto orbe, tum Michæas, tum Eſaias multis retrò ſe-
culis, prophetarunt, tanquam ſignum oſtendens aduentus Meſsiæ:
habitabit lupus cum agno, & pardus cum hœdo accubabit. Vitulus
*Eſai.*11. & leo, & ouis paſcentur ſimul, & puer paruulus minabitur eos. De
quibus ſigilatim in prima declamatione aduētus, fuſiùs tractauimus.
*Eſai.*2. Explicantes illud: Ecce rex tuum venit tibi māſuetus. Et alibi idem
propheta eandem concordiam inſolitam deſcribens ait: Conflabūt
gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces, non elabit gens con
tra gentem gladiū, nec exercebuntur vltra ad prælium. Idq; factum
B. Lucas nobis narrat, in præſenti Euāgelio, vbi deſcriptionem hanc

à Cæſare

à Ceſare Auguſto factam recenſuit. In qua primo de tempore & loco, deinde de angelorū cantico & paſtorum gaudio ingēti nato domino, exactè ſcribit. Lectio ſancti Euangelij ſic habet.

Exijt edictum à Cæſare Auguſto, vt deſcriberetur vniuerſus orbis. Hæc deſcriptio prima facta eſt à Præſide Siriæ Cirino. *Text.*

More prophetarum, necnon & aliorum ſcriptorū, qui tempore inſinuare ſolent, Regesque indicare, quando aliquid egregium contingit, Euangeliſta Octauiani Imperium recēſet, quo domināte Chriſtus ſalus noſtra natus eſt. Is ethnicus ſuperbia ductus talem titulum ſibi vendicarat, vt dominus totius orbis vocaretur. Nihilominus nec ipſe nec alius, vniuerſi princeps vnquā fuit, ſed totius mūdi Imperiū ſolus habet qui creauit illū, dicēte dn̄o: Ego dominus & non eſt alius. *Eſai. 45.* Edictum ergo Octauiani, eò tendebat vt deſcriberetur maior pars orbis, nam Romanorū ditio, longè lateq; diuagata erat. Quam quidem deſcriptionem, Cirinus Syriæ præſes antea fecerat. Iam latenter indicat Lucas impletum forè illud: Non auferetur ſceptrum de Iuda *Gene. 49* nec Dux de femore eius, donec veniat qui mittēdus eſt. Ipſe erit expectatio gentium. Erat tunc Hebræorum populus imperio Romanorum ſubactus, & regia dignitate orbatus. Idq; Daniel non tacuit, ſub certo hebdomadarum numero exponēs tempus, quo peccatum erat auferendum & ſanctus ſanctorum vngēdus, qui Chriſtus eſt, iuxta illud: Spiritus domini ſuper me, eò quod vnxit me. Euangelizare *Eſai. 61.* pauperibus miſit me. Quod Saluator de ſeipſo palam expoſuit. Miranda res, quoniā non venerat miniſtrari ſed miniſtrare, qui formam ſerui acceperat, cum ſit dominus, omnium, ſub ipſa ſeruitutis voluit profeſsione naſci. Ceterùm quia pacificare veniebat ea quæ in cælis, & quæ in terris ſunt, mundani imperij vnitate, pacem quam allaturus erat voluit ſignificari. Orietur in diebus eius iuſtitia & abundantia pacis, dixerat olim regius pſaltes, de aduētu Meſsiæ loquens. *Pſal.* Ecce ſcopus in quem tendebat exuberans pax imperij Romani. Obſeruandum quod Rex Dauid populum ſuum enumerans, non vulgare *Nota.* piaculum commiſsit. Vnde dominus valde iratus, ſtragem magnam *2. Reg. 24* fecit in populo. Nam in quo quis peccauerit, in eo punietur, teſte ſcriptura ſacra. Veruntamen hic ethnicus enumerādo populum ſuum, nil paſſus eſt. Ratio, quia quos amat dominus, arguit, & caſtigat, ne cum hoc mundo damnentur, vt Apoſtolus aſſerit.

Et ibant omnes vt profiterētur, ſinguli in ſuam ciuitatem. Aſcendit autē Ioſeph à Galilea de ciuitate Nazaret, in ciuitatē Dauid quæ *Text.*

vocatur Bethleem. Eò quòd eſſet de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria deſponſata ſibi vxore prægnante. Profeſſio hęc non verbo tenus fiebat, ſed vnuſquiſq; exhibita obedientia imperatori denarium ſoluebat. Vnde annuntium tributum manſit
Matt.17. in Iudæa, quod dominus noſter ſoluit pro ſe & Petro. Aſcendebant quidem omnes, & aſcendit Ioſeph cum beata Maria, in natiuum locum Ioſeph, id eſt in Bethleem. Nam in quibus legi
1.*Petr.*2 Dei non officiunt, principibus parere debemus. Siuè regi tanquam præcellenti ſiue ducibus tanquam ab eo miſsis, ad vindictam malefactorum: ad laudem verò bonorum, admonet Sanctus Petrus, & dominus. Qui vos audit me audit. Mirabile dictu, in hac humili obedientia Ioſeph natum vidit Saluatorem & virgo ſancta, quem tantoperè videre, lactare, & brachijs amplecti cupiebat, iubare ipſo fulgentiorem adorauit pannisque in-
*Prou.*21. uoluit. Quampulchrè dictum eſt: Vir obediens narrabit victorias. Nos ergo fratres regi noſtro Chriſto Ieſu obediamus, qui
Nota. edicto ſuo iubet nos aſcendere in ciuitatem noſtram Bethleem, nam in hac vita quaſi in Nazareth ſumus, in florida Sacroſancta Eccleſia Romana, peregrinamur. Nec habemus ciuitatem manentem, ſed profectò futuram inquirimus, teſte Apoſtolo. Aſcendamus, inquam, & ſurſum corda habeamus, quæ ſurſum ſunt, vera bona totis medullis cordis amantes. Felix qui cum Maria, & Ioſeph aſcendit in Bethleem Iuda, vt adoret Chriſtum Ieſum videatque, ad dexteram patris regnantem. Vel, vt
S.*Bern.* ſanctus Bernard. ait, ſermone. 1. Vigiliæ natiuitatis domini, nos ipſi ſumus Bethleem Iuda, Bethleem domum panis, Iuda, confeſsionem ſignificat. Erimus domus panis, ſi omnigena deuotione, & reuerentia panem illum qui de cælo deſcendit Chriſtum Ieſum in hoſpicium pectoris noſtri excipiamus. Confeſsione tamen peracta omnium peccatorum noſtrorum, & abſolutione ſa-
1.*Cor.*11. cra ſuſcepta, dicentę Apoſtolo: Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Sic in libro vitæ conſcripti erimus, de quo Eſaias: Sanctus vocabitur, omnis qui ſcri-
*Eſai.*4. ptus fuerit in vita in Hieruſalem. Idque Daniel aſſerit, capi.12. gaudete, inquit Saluator noſter, & exultate quia nomina ve-
*Matt.*5. ſtra ſcripta ſunt in cælis. Nec aliò ſpectabat dominum naſci quando deſcriptio orbis fiebat, niſi quòd iam venerat in carne, qui ſuos,

ſuos aſcriberet in æternitate. Væh autem reprobis de quibus Da uid: Deleantur de libro viuentium, & cum iuſtis non ſcribantur. Qui peccauerit in me delebo eum de libro meo. O cariſſimi, tanquam à facie colubri fugite peccatum, ne fortè Deus optimus deleat vos de regali ſuo libro, in quo nomina electorum ſuorum conſcripta ſunt. Ore & opere profiteamini Chriſtum Ieſum imperatorem angelorum oportet, nam corde creditur ad iuſtitiam, oris confeſsio fit ad ſalutem. Denarium offerte ſponte, cuncta Dei mandata ſeruantes, quippe quæ decem ſunt. Alioqui ſiquis deliquerit in vno factus eſt omnium reus, ceu beatus Iacobus hortatur. Adhæc in Bethleem virgo alma aſcendit, vt qui de ſemine Dauid erat venturus homo factus in ciuitate Dauid naſceretur. Sactus Thomas, partit. 3. quæſtione. 35. articul. 7. nec fas erat, vt iota vnum aut vnus apex de ſacra ſcriptura deficeret, dicente domino: Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita. Dixerat ipſe per Micheam, Meſsiam in Bethleem naſciturum, ergo alto Dei conſilio geſtum eſt, vt Ioſeph, & ſponſa ſua benedicta, aſcenderent in hanc ciuitatem. O Bethleem non parua ſed magna, & à Deo magnificata, quia in te paruus natus eſt, magnus ille, cuius magnitudinis non eſt finis. Quænam ciuitas vſque adeo magna & opulenta, non poſthac inuidebit tibi? Aduertendum fratres quod humilis magiſter in paruo oppidulo naſci elegit, inibique ab angelis adorari, & à regibus ac paſtoribus voluit venerari. In Hieroſolyma verò ciuitate opulentiſsima, voluit tot ludibria, & crucis ignominiam pati. At ſuperbia noſtra coram omnibus honores quæritat, probra ob Chriſti amorem nec clam obire vult. Sed iam mihi altius rem hanc expendite cariſsimi, & videte quàm ſit obedientiæ amator filius Dei, quippe qui, iubente Octauiano ethnico naſcitur in Bethleem: præcipiente Pilato improbo, mortem, vt agnus in cruce obiuit, & eo volente deponitur de ligno, & in Mauſoleo ſepelitur.

Exo. 32. *Rom. 10.* *Iacobi.* *S. Tho.* *Mich. 2.* *Nota.*

O mirabilem ac modis omnibus, laudibus euehendam, necnon toto conatu ſectandam Saluatoris noſtri humilitatem & obedientiam. Quid obſecro poſt hac homũtio terra & cinis ſuperbis? Quorſum reluctaris, & volũtati ſummi numinis obſiſtis? Dominus angelorum parere dignatur hominibus etiam diſcolis, diſce iam obedire

creatori

creatori tuo, necnon & prelatis ſacroſanctæ eccleſiæ. Imò ſubiectus eſto, omni humanæ creaturæ propter Deum. Sequitur in euāgelio,

Text. Et factum eſt dum eſſent ibi, impleti ſunt dies vt pareret. Et peperit filium ſuum primogenitum, & pannis eū inuoluit, & reclinabit in præſepio. Quia non erat locus in diuerſorio.

Breui admodum compendio Lucas rem geſtam recenſuit, relinquens animæ fideli quam plurima contemplanda, quæ ipſe ſilenter præterijt: Cū eſſēt ibi impleti ſunt dies vt pareret. In qua domo, marmoreis colūnis fabrefacta? Vel in qua aula, laquearia habente deaurata? Dum eſſent ibi, ait, in ſtabulo iumentorum, in diuerſorio vbi bruta paſcuntur. Ieſu bone, quære quē quæris, dragma eſt pretioſa homo, quē tua imagine inſigniſti, qui cum in honore eſſet, non intel

Pſal.48. lexit, propterea comparatus iumētis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Eo nāque ſtultitiæ deuenit vt in ſtabulo iaceat, carnis obleƈtamenta quærat, & ijs fecibus inhærens ſpurcitijs duntaxat vacet. Quod extremis ſuſpirijs deplorans propheta ait: Computruerunt iu

Ioelis. 1. mēta in ſtercore ſuo. En vt alter Iob, homo peſsimis plagis ſauciatus in ſterquilinio ſedet, ſana vulnera eius, medere pientiſsime medice noſtris langoribus. Accendiſti lucernam, humanitatem noſtram induens, euerte domum, nec quieſcas donec inuenias dragmam, quam perdidiſti. Peperit filium ſuum primogenitum. Faceſſat peſtilens & lethalis error dicentiū virginem ſacram alios edidiſſe filios poſt Chriſtum. Verum in lege pro primogenito, parentes oblationem in templo dabant, quamuis mater eius alium non genuiſſet. Primogenitus vocatur, hoc eſt vnigenitus, tam à patre in æternite, quam à matre in tempore genitus. Primogenitus omnis craturæ eſt, vt in omni gente

Collo.1. primatum teneat. Imò & primogenitus in multis fratribus dicitur, quibus hereditatem cæleſtem non denegabit. Peperit filium ſuum ſacra virgo, vt vera mater filij æterni patris, quē ex puriſsimis ſuis ſan

S. Cypri. guinibus Spiritu ſancto concepit operante. Erat Mariæ priuilgium, ait Cyprianus, ſermone de natiuitate Chriſti, quod nulla mulierum, nec ante nec deinceps meruit obtinere, nam erat ſimul materq́, & virgo ſingulis titulis inſignita. Vnde & matri plenitudo gratiæ debebatur, & virgini abundantior gloria, quæ carnis & mētis integritate inſignis, ſpirituali & corporali, intus & extra Chriſti præſentia fruebatur. Ornamenta quæ deerant etſi adeſſent, non haberēt oculos inſpectores. Quia præſentia paruuli Ieſu, ſic eorum, qui aderant oculos, occuparat, ſic illuminarat animos, ſic corda prorſus allexerat, vt in hoc

ſummo

ſummo bono omnium bonorũ vnita collectio videretur. Nec opus
eſſet vagari, & mendicari per partes, quod ſimul in ſe vno fidelibus
omnipotens infantia præſentabat. Dubio procul cariſsimi vbi puer
pera ſacra enixa eſt angelorum regem, Eſaiæ vaticinium impletum
cernimus: Egredietur virga de radice Geſſe, & flos de radice eius *Eſai. 7.*
aſcendet. Geſſe Dauid fuit pater, de cuius proſapia alma virgo orta
eſt. Ex hac virga pulcherrima, virga vigilante, quam multis retrò ſe
culis vidit Hieremias, vigilat quidẽ vt vera mater ſuper nos inopes
& exules filios Adæ. De hac, inquam, virga, flos pulcherrimus Chri-
ſtus prodijt, & floris inſtar matrẽ ſacram nihil læſit, ſed mirum in mo
dum honorauit decorauitque. Ego, inquit ipſe in canticis, flos campi, *Canti. 2.*
& lilium conuallium. Et bene flos campi, qui rore cæleſti duntaxat,
hoc eſt ſpiritus ſancti ope, in vtero matris genitus, viri cõſortij expers
fuit. En lapis paruus abſque manibus excisſus de monte excelſo, id *Danie. 2*
eſt, de virgine ſancta. Deſcendit, vt monſtroſam ſtatuam Nabuchu-
donoſor regis Babiloniæ in fauillã conuertat. Omneſque ſuperbos,
& turgidos homines ſua potẽti manu præcipitet, & humiles in ſubli-
me prouehat. Veluti Deipara perbellè in ſuo cãtico perſuadit. Cre *Luce. 1.*
ſcatque paruulus hic in montem magnum, quique longè lateq; tum
miraculorum fama, tum vita conſpicua, cæleſtique doctrina, vniuer
ſam terram impleat, iuxta Danielis interpretationẽ. Eh porta clau-
ſa quam demiratus Ezechiel contemplabatur olim, virgo ſancta eſt, *Eze. 44*
per quam nullus hominũ intrauit vnquam. Sed principi Chriſto Ie
ſu tantùm ſeruabatur, quipe qui ſua potenti virtute, eam illęſam reli
quit, poſtquã natus eſt. Mirabile dictu! ter porta hæc orietalis claufa *Nota.*
ibi vocatur, vt intelligamus Mariam ante partũ, in partu, & poſt par
tum inuiolatam manſiſſe. Hanc prophetiam latius, & egregiè, tum
diuus Auguſtinus, tum etiam ſanctus Gregorius, expoluere. Ecce ru *Exo. 3.*
bus ardens, nec ob id combuſtus, eſt virgo ſacra quæ filium Dei pa-
rit, qui quę ignis comburens à Moſe dicitur, non tamen ex partu vi-
ror puritatis & integritatis defluxit. Sed quoniam de hac Mariæ vir
ginitate plura in feſto expectationis diximus, ſit ſatis:

Pannis inuoluit & reclinauit in præſepio, quia non erat ei locus in *Text.*
diuerſorio. Hactenus audiſtis quomodo Chriſtus Saluator noſter *Eccle. 36*
innouauit ſigna, mutabitque mirabilia iuxta illud: Domine innoua *S. Bern.*
ſigna, nam priora, vt creatio & gubernatio mundi aſsiduitate apud *ſer. 4. ui-*
homines viluerunt. Imò vt in Apocalypſi legimus, qui ſedebat in *giliæ.*
throno agnus ille manſuetus dixit: Ecce noua facio omnia. Dedit no *Apoc. 5.*
uum

uam legem, noua ſacramenta, nouum ſacerdotium, nouamque inſtituit matrem, quæ eum conciperet ſine pudore, pareret ſine dolore,
S. Tho. mater quæ ſimul & virgo perſiſteret. O vere noua & inaudita mira-
2.p.q.35. cula, noua & quauis nouitate plena mirabilia. Nunc fratres obſecro
art.4. audite de puero Ieſu, quomodo diuitias omneis, & delitias paruifecerit. Ad literam hic oſtenditur nullum obſequium obſtetricis, aut alterius mulieris adfuiſſe, ſed ſolis maternis manibus fuit inuolutus puer ſacerrimus, & omnis ſanctitatis fons. Græcè habetur: Eſparganoſem, id eſt faſcijs inuoluit. Ecce liber inuolutus quem vidit pro-
Ezec. 2. pheta quondam, Liber eſt in quo ſunt omnes theſauri ſapientiæ &
Ioan.1. ſcientiæ Dei abſconditi. Cuius caput primum illud eſt: In principio erat verbum & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Videte quàm defatigata quamque laſſata regina cælorum manſit, poſt partum benedictum, vbi ſuis ſacris manibus puerum Ieſum tenuit, ſtatim & pannis inuoluit. Sanè magno iubilo affecta edidit Saluatorem, maledictionem Euæ euadens, ad quam dictum eſt: In dolore paries filios tuos. Reclinauit eum in præſepio. Veniat nunc regina Sabba, apprime erudita, & demirata non habeat vltra ſpiritum. Videat Salomonem regem in throno regni ſui ſedentem, imo ecce
3.Re.10. pluſquam Salomon hic; creator & magiſter Salomonis Ieſus Dei filius eſt. Conſideret ordines miniſtrantium, & bos aſina adſunt. Sanè virgo mater Dei regina angelorum & hominum hic eſtaſim paſſa eſt, dominum orbis in anguſto præſepio collocans. Nos fideles vna miremur cum Deipara gratias inexhauſtas dantes Chriſto, qui tantopere nos dilexit, vt tanta pro nobis obiret, quo ſuas diuitias nobis daret.

Ceterum quamuis in præſepio latet, in cælo fulget & cuneis angelorum conuolantibus præſepium cælites mentes circumeunt, & laudantes dulciſona carmina concinunt. Quandoquidem opere tunc di-
Ioann.19 cebat quod Pilato interroganti reſpondit: Regnum meum non eſt de hoc mundo. Diuitias omnes ſpreuit, omne quod mundus glorioſum falſò putat, conculcauit noſter Emanuel, ſciens reprobare malum & eligere bonum. Idque nos docere conatur, in diuerſorio na-
Luce.6. tus, & in præſepio collocatus. Væh vobis diuitibus, qui hic habetis veſtram conſolationem, ait puer Ieſus ijs, qui delitias plus æquo dili-
Amos.6. gunt. Et iterum: Væh qui in lectis eburneis dormitis, laſciuientes in
Iob.28. ſtratis veſtris. Sanè teſte Iob, ſapientia non inuenitur in terra ſuauiter viuentium. At contrà: Beati pauperes ſpiritu quoniam ipſorum

rum eſt regnum cælorum. Sed iam rationem mirabilem rei huius audite. Non erat ei locus in diuerſorio, ait Lucas. Mirabile dictu! non aderant virginis brachia & ſacrum pectus eius, vt in eo quieſceret paruulus Ieſus? An tam erat ponderoſus, vt mater benedicta, ſuſtinere illum non poſſet, Planè cariſsimi dicam hoc, vt potero, non quidem vt ſentio, balbutiens eſt quæuis lingua, vt diuina myſteria exactè loquatur. Ita eſt quòd iumentis diuerſorium erat plenum, vt Euangelium receſuit, nec era tibi locus in quo infans ſanctiſsimus poneretur. Loquatur autē in præſepio ipſo volente imo iubēte, blandimēta materna contemnens, vt in præſepio vagitus emittens nobis loquatur: Pauper ſum ego & in laboribus à iuuētute mea: exaltatus autem & humiliatus. Verba ſunt regalis Prophetæ, ceu in Chriſti Ieſu perſona loquentis. Pauper ſum ego ait Saluator, & paupertatis amator, ita vt matrem inopem non diuitem delegerim. Pauperem locum quæſiui, & in diuerſorio malui naſci quàm in aula regali. Quid plura? Adeò pauperiem dilexi, vt cum diues eſſem, inops factus ſim, quo mea inopia electos meos ditare poſsim. Atqui in laboribus enutritus ſum à iuuentute mea. Eam ob rem in hoc arcto præſepio procūbere volo, in quo moras traham donec paſtores pauperes, audito angeli nuntio vagientem me inueniant adorentq́; Ad hæc exaltatus ſum & humiliatus. O mirabilem Chriſti Ieſu exaltationē & deiectionē. Angeli inſtar examinum apum ex alto ad præſepe volitāt & inibi verbum patris, Deum & creatorem ſuum trepidantes adorant. Vnde S. Cypria. ſerm. Natiuitatis domini. Gloriantur in cæleſtibus ſuperi, pax in terra hominibus bonæ volūtatis cōfirmatur. Adſunt angeli, nec dedignātur loqui paſtorib⁹ humilibus, cum ipſi ſublimes ſint, caritas quidem infimos non aſpernatur. Sub hæc humiliatus eſt Chriſtus faſciolis obuolutus virgineo lacte nutritus, qui lilia & flores natiuo colore depingit, auiculas mira varietatē veſtit, cælos tot aſtris ornauit, is pānis inuoluitur. Et q dat eſcā omni carni, qui angelos in cælo beat, quiq́; pullis coruorū inuocātibus eū, pabula nō denegat, paruo lacte paſtus eſt, per quem nec formicæ in cauernis terræ, nec piſculi in profundo maris, aut paſſerculi non eſuriunt. Benè ergo dictum eſt, exaltatus autem & humiliatus. Quātum doloris virgo Deipara paſſa eſt, quādo ipſo inſpirāte in pręſepio illū collocauit, vos fratres mei, in corde veſtro recogitate attētius, & parūper in hac cōteplatione gradum figite, precatu virginis almæ ſentire poteritis, quod verbis ipſe loqui non valeo. Feruentiſsimè enim

Pſal. 87.

Nota.

S. Cypri.

Nota.

diligebat amore, vtpotè vera parens, omni illum venerabatur effe-
ctu, tanquam creatorem & totius mundi opificem adorans. Hic ad-
monendi ſunt pauperes, vt ſi non gaudenter, ſaltim egeſtatem ſuam
pacienter ferant, ob oculos ſemper habẽtes Chriſti Ieſu inopiá, nec-
non & mente ſæpius repetentes dogma illud adeò frugiferum: Bea-
Matth.5 ti pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Vbi vo-
luntaria paupertas vehementer commendatur & laudatur. Rurſus
monendi ſunt diuites, ne ciues Bethleem imitentur, qui agnoſcentes
Mariæ virginis & Ioſeph iuſti paupertatem eis hoſpicium denega-
runt, quam ob rem in diuerſorium venientes rex cælorum natus eſt.
Facite vobis amicos, ait dominus, de mammona iniquitatis, vt cum
defeceritis, ſuſcipiant vos in æterna tabernacula. Sanè morte aduen
tante, honor & mundialis faſtus euaneſcent, diuitiæ fallaces deficiẽt,
& auari aurum & argentum affectantes in baratrum deſcendent.
Quam ſit vtilis eleemoſyna paucis indicauit ſanctus vir Thobias fi-
Thob.4. lio ſuo. Eleemoſyna à morte liberat, ipſaque extinguit peccata, & fa
cit inuenire vitam æternam. En triplex cõmodum, quod in eleemo-
ſyna ſitum eſt. Cęterum Ieſus ſalus noſtra qui ſummoperè pauperta
tẽ dilexit, primo pauperes ad ſe vocauit, quibus hoc admirabile my
ſterium reuelauit. [illegible]

Text. Et paſtores erant in regione eadem vigilantes, & cuſtodientes vi-
gilias noctis ſuper gregem ſuum. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta
illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno.
Singula myſterijs plurimis ſcatent: verum non vacat omnia proſe-
S. Baſil. qui. Timeo, ait ſanctus Baſilius, homi. 16. ſuper illud: in principio erat
verbum, & non poſſumus ſemel vobis omnia docere. Ne fortè ora-
tionis lõgitudine, quæ ſtudioſe ſelecta ſunt, inutilia reddamus. Obſer
uanda vtique verba, & maximè concionatoribus verbi Dei adnotã-
da. Ne prolixitate ſermonis infrugifera fiant quæ dicta ſunt, & audi-
toribus faſtidio ſint verba Dei, quæ ſuapte natura dulciora ſunt, ſu-
per mel & fauum, regali propheta teſte. Quamuis hoc, in ſcribendo
non æquè vt prædicãdo obtingere poteſt. Ad rem veniamus: Paſto
res erant propè Bethleem, eò quòd paupertas non longè eſt à Chri-
ſto, velúti nuper tetigimus. Exultate paupores, nã in eadem regione
Eſai.31. in qua Chriſtus natus eſt vos eſtis. Vnde Eſaias ait: Et pauperes homi
nes in ſancto Iſrael exultabunt. Quis obſecro ſanctus Iſrael, ſanctifi-
cans animas, niſi Chriſtus Ieſus? De quo Gabriel ad Chriſtiferã Ma-
Luce.1. riam: Quod enim naſcetur ex te ſanctum, vocabitur filius Dei. Equi-

dem

dem non diuites auari, non mundi diuitijs opulenti, ſed pauperes pa
ſtores, in ſancto Iſrael Meſsia exultauerunt, exultantque hodie viri
religioſi, & omnes qui ſponte omnia reliquerunt quo expeditius, re
geni Chriſtum Ieſum ſequantur, quocunque ierit. Sanctus Hierony *S.Hiero.*
mus qui in Bethleem habitauit iuxta præſepe domini, cuius corpus
cum præſepio deinceps Romã trãſlatum eſt, is refert mille paſsibus
ferè à Bethleem turrim eſſe Ador nomine, quæ interpretatur turris
gregis, iuxta quã paſtores cuſtodiebãt gregẽ ſuum: Et tu turris nebu *Mich.4.*
loſa Syon, vſq; ad te veniet, & veniet poteſtas prima, regnũ filiæ Hie
ruſalem. Quod vaticinium priſci patres de natiuitate Saluatoris no-
ſtri intellexerunt. Nam ibi Michæas, turrim gregis illam vocat. Sed
quid paſtores ij aiebant? Num ſomno indulgentes, in lectis ſterte-
bant? Abſit, erant vigilantes ait Lucas, ne fera peſsima, aut lupus ra-
pax aditum inueniret, oueſq; dilaceraret. Ecce omni ſolertia excu-
bias agunt, qui animalia bruta duntaxat cuſtodiunt, vt paſtores ſan-
ctæ eccleſiæ vel ab ijs paſtoribus diſcant, inuigilare ſuper oues ſibi
creditas quippe quas princeps paſtorum Chriſtus, roſeo cruore ſuo,
in cruce mortem appetens redemit. Beatum dixerim animarum cu
ſtodem, qui more Iacob paſtoris optimi, noctes ducit inſomnes, ne
leo rugiens Satanas, aut improbus hæreticus, gregem domini inua-
dat. Lupus non dormitat neque dormit, imò circuit quærens quem
deuoret, cui reſiſtendum magnoperè eſt, ne fortè oues Chriſti iugu-
lare poſsit. Alioqui vt in Ezechiele ſcriptum eſt: Ouis peribit, & ſan- *Ezech.3*
guinem eius de manu paſtoris exquiret dominus. Hinc Sanctus Gre *S.Grego.*
gorius dogmata egregia in libro paſtorali, prælatis reliquit. Quippe *l.paſtor.*
quæ literis aureis ſcribenda forent. Ecce ego, ſuper paſtores clamat *Eze.34.*
bonus paſtor, qui animam ſuam dedit pro ouibus ſuis. Ipſe ſanè ſtri-
ctam rationem exiget de ſingulis etiam minimis ouiculis. Quas ob
res opus eſt vigilia, & labore nimio, in re tam ſeria. Vrgebar gelu & *Gene.31.*
æſtu aiebat Iacob, quod longè melius paſtor noſter Chriſtus in præ
ſepio iacens dicere poteſt. Væ tamen paſtoribus, ait dominus, qui
ſeipſos paſcunt. Qui magno ſatellitio ſtipati incedunt, menſam opi-
param, aureis & argenteis poculis ornatam poſsident. Vigilantibus
paſtoribus cæleſtia reuelantur, ijs angelus loquitur & fauſtiſsimum
nuntium narrat. Benè paſtores vigilant, ait diuus Gregorius, quos *S.Grego.*
bonus paſtor Chriſtus informat. Nempe prælatis dormientibus, ini
micus homo ſuperſeminauit Cizania, vt Saluator noſter recẽſet, dæ-
mon tot hæreſes excitauit, potiſsimè in hac noſtra tempeſtate. Erra

dicet illa pientiſsimus, ac potentiſsimus agricola Chriſtus Ieſus, vt optimum triticum euangelij ſacri iactum accreſcat, rore gratiæ irrigatum. Agite vos fratres mei vigilate & vos ſuper gregem veſtrum, familiam veſtram cuſtodite, filios & ſeruos in timore Dei educate, ne truculentus lupus dæmon, quem leonem rugientem iure optimo Petrus appellat, iacturam inferat Chriſticolis ſub tutela veſtra degē-
1. Petr. 5 tibus. Sobrij eſtote & vigilate, ſobrietati orationem addentes iugem, dicente domino: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Chriſtus Saluator noſter lux eſt, & ob id vigilantibus vigilat, dormientibus
Pſal. 20. bus obdormit. Tametſi ſcriptum eſt: ecce non dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael. Sanè vox noſtri paſtoris vehementer ſuauis
Sapi. 8. ea eſt: Qui mane vigilāt ad me, inuenient me. At quid paſtoribus vigilantibus euenerit nunc videamus.

Text. Et ecce angelus domini ſtetit iuxta illos, & claritas Dei circumfulſit illos, & timuerunt timore magno.

Obſeruandum maximè hic eſt, quod Saluatore nato, non principibus terræ, non ſapientibus ſeculi, non denique ſacerdotibus legis antiquæ, aut inter pocula conuiuātibus, ſed agreſtibus & rudibus paſtoribus, ſimplicitatem ſectantibus myſterium, à ſeculis abſconditum, angelicis nuntiatur præconijs. Hinc apoſtolus ad Corinthios
1. Cor. 1. clamat: Videte vocationem veſtram, quia non multi nobiles, non multum ſapientes. Sed quæ infirma ſunt mūdi elegit dominus, vt confundat fortia. Et ea, quæ non ſunt, vt ea, quæ ſunt, deſtrueret, vt nō glorietur omnis caro in cōſpectu eius. Hinc Saluator in Spiritu ſancto exultās gratias egit patri, quod abſcōderit arcana ſua à ſapientibus & prudentibus, & reuelarit ea paruulis. Et ſtatim rationem indicans ait: Quoniam ſic placitum eſt ante te: ne quis ſcrutator ſit ma-
Matt. 11. ieſtatis, & profundi conſilij eius. Sed quid cauſæ ſubeſt, vt non propheta aut patriarca iuſtus, id muneris acciperet, natiuitatem domini
Deut. 32 nuntians? Equidem Dei perfecta ſunt opera, & quoniam angelorum rex natus erat, par fuit vt angelus hoc ſacramentum hominibus reſeraret. Potiſsimè qui a legem acceperat populus ille in diſpoſitione an-
Pſal. 18. gelorum. Acto. 7. Ad hæc S. Aug. ſerm. Epipha. cælos angeli habitāt & ſydera ornant, vtrinq; cæli enarrant gloriam Dei, vt regalis pſaltes
Gene. 28 prophetarat. S. Tho. 3. p. q. 36. ar. 5. Quid quod ſcala Iacob terram & cælum tangens in Bethleem ſita erat, nam Saluator homo & Deus in præſepio recumbebat. Vt homo humilis terram tangebat, vt verbū patris cælos omnes penetrabat. Deſcendant & aſcendant angeli oportet,

oportet, alij vt hominibus euãgelizẽt regem ſuum natum, alij aſcendentes nouem choris ſpirituum, reuelent prodigiũ prodigioſum nunquam auditum, quoniam verbum caro factum eſt. Ceterum nõ modo angelus ſtetit iuxta illos, vel vt Græce habetur, eminens ſuper illos, ſed claritas Dei eos circunfulſit. En ſingulare priuilegium natiuitati Chriſti reſeruatum. Sæpe angeli apparuerunt patribus antiquis, nõ autem luce fulgurãtes: nempe nato Meſsia, qui erat lux vera, quæ illuminat omnem hominẽ veniẽtem in hunc mundum, par erat, vt angelus fulgurans natale eius referaret. Sic ſanè nimio ſplendore irradiãs viſus eſt, Saluatore ſuſcitato, & etiã in carcere Petri. Vt in actis legimus. Vel claritas Dei, non ſolis lunæve, paſtores circũfulſit, quoniã legis vmbræ iã declinabãt, ſole iuſtitiæ radiãte in diuerſorio illo. Lex per Moyſen data eſt, quæ vmbram habebat futurorũ non imaginem rerum, gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Vbi veritas lucem euãgelij præſignat, vnde nouam lucem intuentur illi, & noctem illam ſanctam inſtar diei illuminatã, vt propheta iam vaticinatus fuerat, contemplantur: Timuerunt valde. Nempe horror hic ex humana inſurgit fragilitate, quæ peccatum inſequitur. Id profectò miſerabile eſt, vt poſteri Adæ, plerunq; timemus ea, quæ ſpiritalem conſolationem nobis adferunt. Proh dolor, humana infirmitas ſuæ beatitudinis, quam expectat, non ſuſtinet claritatẽ. Hinc apoſtoli in monte faciem domini reſplendentem vt ſol videntes, & patris de nube vocem audiẽtes, in facies ſuas ceciderũt. Necnon & Saulus, in apparitione lucis cæleſtis, excæcatur & extemplò corruit. Daniel in viſione mirabili concidit. Idq; de Ezechiele, memoriæ literis proditum eſt. c. 2. Oremus ſupplices cariſsimi vt Chriſtus Ieſus, lucis ſuæ radium nobis mittat, quo cum paſtoribus ineffabile myſterium hoc, pro modulo noſtro indagare poſsimus. Ieſu bone, lux vera lucẽ habitans inacceſsibilem, emitte nobis lucem tuã & veritatem tuam. Reuela obſecro oculos mentis noſtræ, vt conſiderare valeamus mirabilia, quæ pro nobis immeritis patraſti. Nec angelus domini ſuſtinuit quominus corda eorum ſedaret. Idcircò ſequitur.

Nota. *Ioann. 1.* *Pſal. 138* *Matt. 16.* *Acto. 9.* *Danie. 10*

Ait angelus illis, nolite timere, ecce euangelizo vobis gaudium, magnum, quod erit omni populo. Quia natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Chriſtus dominus, in ciuitate Dauid. *Text.*

Blandiẽtis affectu eos alloquitur, veluti infirmitati eorum ex peccato obortæ condolens, ſic angelus ad Danielem affatur blãdè, proſtratũ illum vides. Noli metuere vir deſideriorũ pax tibi, cõfortare. *Danie. 10*

& eſto robuſtus. Vtinam hanc claritatem Saluator noſtris impertiat
paſtoribus, quatenus inuigilent ſuper gregem ſuum, necnon, fulgore
gratiæ illuſtrati, oues ſuas ad caulas cæleſtes ducant: Ecce euãgelizo
vobis gaudium magnum. Serpens ille verſutus in paradiſo Euæ appa
rens, non gaudium ſed ingentem mœſtitiam, non lætitiam ſed letha
lem triſtitiam præ ſe tulit, nuntiauitq́; ideo in ſerpẽtis figura horren
da loquebatur, quia mortem afferebat vniuerſo orbi. At contrà, an-
Prou.25. gelus domini lætum nuntium profert. Nam ſicut aqua frigida ſitien
ti, ſic bonus nũtius de terra longinqua. Exacta quidem comparatio,
& nimium decora retulit ſapiens. Nuntius de terra propinqua mun-
dus, diabolus, caro inimica, vos ab ijs cauete, equidem narrant confa
Pſal.118. bulationes, & non vt lex Dei docent. Narrauerunt mihi fabulatio-
nes ſed non vt lex tua. Tales ſunt peſsimi hæretici, ore improbo ve-
nena ſua auribus hominum effundentes. Veruntamen nũtius bonus
de cælo veniat oportet, non de terra, terrena docẽs & venenata dog-
mata ſeminans. Ecce Euangelizo vobis gaudium magnum. O mira-
bilem ſacri Euangelij dignitatem, angeli primi prædicatores eius ex
Prædi- titerunt. Ecce quod munus vobis commiſſum eſt, qui in populo, fi-
catores. delibus verba Dei propinatis. Quandoquidem angelica dignitas, an
gelicam vitam expoſcit, candidaq́; opera extorquet. Nec dedigna-
tur angelus pannoſis & agreſtibus paſtoribus tam ſublime myſte-
Nota. rium prædicare. Verè ſuperbiam eorum retundit, taxatque vehemẽ
ter, qui niſi magnatibus & principibus, niſi in curijs & ciuitatibus, de
Eſai.61. Chriſto Ieſu loqui, nec volunt, nec valẽt. Audiant ij ꝙ ſapiẽtia Dei,
ore ſuo in ſynagoga deprõpſit, oraculum Eſaiæ legens: Spiritus do-
mini ſuper me, eò quòd vnxit me, euãgelizare pauperibus miſit me.
Hodie completa eſt prophetia hæc in oculis veſtris. O caritatem ſtu
pendam! o humilitatem Chriſti Ieſu non ſatis laudandam! Non regi
bus purpuratis, nec magnatibus huius ſeculi euangelizare ſe dicit,
Lucæ.22 ſed pauperibus, humilibus, quales erant paſtores quos alloquebatur
angelus. Gaudium quidem nõ vulgare, ſed magnum annũtio vobis,
quod omni populo erit, quod cælos & angelorum choros, & viros iu
ſtos in terra, necnon & priſcos patres in limbo lętificat. Siquidem an
Lucæ.15 geli gaudent in cælo ſuper vno peccatore pœnitentiam agente. En
quantum gaudij habebunt ſuperi, vbi nato domino omnes peccato-
res ad pœnitentiam accerſuntur? Non ſic mundi gaudium magnum
eſt, ſed paruum, & exiguum, quod parum habet mellis, multum verò
Iob.20. aloes & fellis. Gaudium hypocritæ, ait Iob, ad inſtar pũcti. Chriſtus
Ieſus

Ieſus gaudio fuit Ioanni etſi in tētorio vteri matris ſuę clauſo. Simeō in vlnas ſuas eum tenens, mirum in modum fuit lætatus. Diſcipuli gauiſi ſunt viſo domino. Quin & ſacrilegus Herodes gauiſus eſt valde, poſtquàm eū vidit ligatum. Deſiderabat eum videre. Ieſu bone, noſtri cupidiſsime, qui etiam facinoroſos homines tua præſentia lætificas, ſupplices precamur, tua exuberante beneficentia, corda noſtra lætificat, vt in lætitia & exultatione tibi ſeruiamus, teque exultantes vnicè amemus, aduerſa quæq; ob tui amorem ouanter obeūtes. Sed quid eſt hoc, erit gaudium hoc omni populo? Nónne in propria venit & ſui eum non receperunt, ceu in præcedenti declamatione adnotauimus? Verùm omni populo tam Hebræo quam Gentili Chriſtus natus eſt. Nunquid Iudæorum Deus tantum? Nónne & gētium ait apoſtolus? Non eſt diſtinctio Græci & Hebræi, ſed idē dominus diues in omnes qui inuocant illum. Hæc quippe dies eſt, quam fecit dominus exultemus & lætemur in ea. Non fas eſt locus eſſe triſtitiæ, vbi natalis eſt domini, ait Leo papa, nemo ab hac alacritate ſecernitur, gaudeat iuſtus quia vocatur ad palmam gloriæ, lætetur peccator qui accerſitur ad veniam. Philiſthim tantummodò ingemiſcūt dicentes: Heu quia nō fuit heri & nudiustertius, tāta lætitia in Iſrael. Hoc de arca domini aduentante, & introeunte in Caſtra Hebræorum dicebāt illi. Planè arca domini iā venit in caſtra, Saluator mūdi iamiā apparuit, qui infeſtiſsimos inimicos proſternat, & ſua potēti virtute victoriam nobis præbeat. Non quidem tanta lætitia fuit in lege naturæ, nō heri, ideſt in lege ſcripta, ſed hodie in lege gratiæ, arca fœderis dñi, in qua eſt plenitudo diuinitatis nos inuiſere dignata eſt, gaudeamus. Vnde tā ingens gaudiū emanarit nūc apertius oſtēdit angelus.

Nota. *Quæſtio* *Rom. 10.* *Pſal. 119.* *Figura.*

Quia natus eſt vobis hodie Saluator. Ni fallor, rerum dicendarum obruimur copia, cuncta hæc verba magna emphaſim habent. Obiter dicam, natus eſt Chriſtus, quia verè carnem noſtram aſſumpſit, & non apparuit, ſed naſcitur ex Maria virgine. Idque pulchrè in Symbolo profitemur quotidie dicentes: Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus eſt de Maria virgine. Vbi cathecíſmus Romanus, perbellè ſic ait. Sicut ab Eua naſcimur filij iræ, ſic à Maria Chriſtum Ieſum accepimus, per quem filij gratiæ generamur. Euæ dictum eſt: In dolore paries filios tuos, Maria verò hac lege ſoluta eſt, vt quæ Saluatorem mūdi Deum & hominē peperit. Cetrùm vobis natus eſt, non nobis angelis, quia nuſquā angelos apprehendit ſed ſemen Abrahæ apprehēdit. Non eſt redemptor angelorū ſed homi-

Text. *Cathecíſmus.*

num. Hodie natus eſt vobis, nobis verò ab æterno ex patre naſcitur, quãuis in æuo nos creauit & eius eſſentia fruimur. Saluator eſt, nõ vt Moſes aut Ioſue, cæterique populi ſaluatores, qui corpora tantum à
Matt. 2. ſeruitute tyrãnica liberabant. Hic Saluator eſt animarum, nam ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Saluabit & corpora in reſurrectione, quando mortale hoc induerit immortalitatem. Qui eſt Chriſtus dominus. Verus Meſsias promiſſus, & multis retrò diebus deſideratus ipſe eſt, vnctus rex & ſacerdos in æternum ſecũdum ordinem Melchiſedech. Qui etſi paruulus oculis carnis videatur, dominus eſt omnium, quiq; cælum & terram implet ſua eſſentia, atque
Figura. ſua præſentia. In ciuitate Dauid eſt in Bethleem natus apparuit. Ibi
Ioſue. 6. velut ſanctiſsimum rorem in aream ſiccam effudit. Maria ſuum edit filium, vt corda noſtrã rore gratiæ madefacta, exuberãtem fructum proferant. Inibi concha illa diuina, deipara virgo protulit margaritum pretioſum Ieſum, omnium electorum brauium. Non in ciuitate Dauid quæ Sion vocatur, quam ipſe conſtruxit, ſed in Bethleem, in qua dominus rex ille, naſci dignatus eſt, noſter Dauid manu fortis. Et, vt Saluatorem hunc facilius inuenire valerent, ait.

Text. Hoc erit vobis ſignum, inuenietis infantem pannis inuolutum, & poſitum in præſepio.

O ſignum omni admiratione digniſsimum, pãnis inuoluitur æterni Dei filius, in præſepio iacet qui orbẽ implet. Sanè oculos carneos claudamus oportet, & aures præbeamus oraculo angeli, Chriſtus dominus eſt hic paruulus gigas magnificus, qui exultauit vt potenter currat viam hanc ſenticoſam, & tribulis plenam. Quam ob rem cum eccleſiaſtico ait: Primam vocem emiſi plorans ſimilem filijs homi-
Sapi. 7. num. En Moſes in fiſcella iuncea iacet, pauper ille quondam fuit & pauper Ieſus in præſepio, nihilominus dux ille fortiſsimus, populum
Exo. 5. domini de AEgypto liberauit, portentis multis patratis. Ad eũdem modum noſter Moſes aſſumptus ex aquis laborioſis, ex vſuris & iniquitate redemit animas noſtras. Non in ſanguine agni occiſi, ſed ſanguine proprio ſuum populum vltro redemit, è faucibus Zabuli. Hoc
S. Bern. erit vobis ſignum. Vbi ſanctus Bernard. ſerm. 4. Natalis domini. In ſignum poſiti ſunt panni tui domine Ieſu, ſed in ſignum cui contradicitur à multis vſq; hodie. Multi vocati ſed non multi electi, & ideo nec ſignati. Agnoſco certè Ieſum magnũ ſacerdotem ſordidis opertum veſtibus, dum altercaretur cum diabolo, vt Zacharias refert.
Zacha. 3.
Exemplum dedit nobis, vt & nos ita faciamus, ecce Symbolum certum

tum quò in ſe & ſeruis ſuis agnoſcitur Chriſtus, vexilli ſui hoc vnicũ ſignum eſt humilitas. Quotquot elati ſunt & tument, ij verum Chriſti habitum & veſtitum haud circunferunt, ſubiecti potius diaboli vexillo, vnde & contradicunt, humilitati Chriſti. O quanta hodie exercetur inſolentia, etiam cum infantibus, & pueris. Humiles autem ſignum illud agnoſcunt Chriſti, & placidè ſuſcipiunt, atque cum gaudio dicunt: Fac mecum domine ſignum bonum, vt videant me qui me oderunt & confundantur. Expleto iam ſuo myniſterio angelus canere cœpit, non ſeorſum ſed cum magno angelorum exercitu. *Pſal. 85.*

Et ſubitò facta eſt cum angelo multitudo militiæ cæleſtis laudantium Deum & dicentium: Gloria in altiſsimis Deo & in terra pax, hominibus bonæ voluntatis. *Text.*

Vnus locutus eſt, ſed multi laudant Deum, quos non abſre milites vocat. Nam vicerunt malignum, dum factum eſt prælium in cælo, & Michael prælıabatur cum dracone. Multitudo angelorum aſfuit, eò quòd rex ille natus erat, cui miniſtrant millia millium, & decies centena millia aſsiſtunt, vt bene refert Daniel. Sed vos ordinem mirum huius cantici attendite. Primò gloriam Deo cãtant, nam verba ſummi Dei ea ſunt, gloriam meam altari nõ dabo. Et Apoſtolus: Soli Deo honor & gloria, in ſecula ſeculorum. Ob hãc Dei gloriam cuncta operatus eſt Chriſtus potiſsimè: Ego honorifico patrem meũ ait. Et iterũ: Si ego glorifico meipſum, gloria mea nihil eſt. Tametſi pro noſtra vtilitate laborauit & paſſus eſt. Omnia ergo fratres in gloriã Dei faciamus, ſiue parua, ſiue magna ſint. Pax hominibus datur, non omnibus, ſed ijs qui bona deſideria habent, dicente Eſaia: Erit opus iuſtitiæ pax. En fons pacis noſtræ, vtique opus iuſtitiæ. Alioqui non eſt pax impijs, dicit dominus. Neoterici legunt. Hominibus bona voluntas. Quod in idẽ redit, ĩſdem eſt pax per Chriſtum, quibus & bona volũtas. Si autem perſpicaciter angelorum cãticum tã præcellens cõſideramus, tria beneficia magna ex incarnationis mirabili opere exorta intelligere poterimus. In altiſsimis, hoc eſt in cælo gloria datur Deo optimo, cui ſoli gloria de quibuſuis bonis patratis exibenda eſt. In terra pax hominibus, & bona volũtas. Quibus maximè indigebant. Pax, vt ait ſanctus Auguſtinus, & tranquillitas ordinis. lib. 19. de ciuitate Dei. cap. 13. vel eſt ordinata concordia. Vnde impij concordiam habere poſſunt, non autem pacem, quippe quæ concordiam includit & aliquid addit. Sanctus Thom. 2. 2. quæſt. 29. art. 1. *Apoc. 12.* *Eſai. 42.* *Ioan. 8.* *Eſai. 32.* *S. Aug.*

Matt.10 Nec mirum ſi Saluator dixit: Nō veni pacem mittere ſuper terram. Erat pax ſubdola inter iniquos, vt illa quam Ioab oſtendit Amaſſa, fratrem eum appellans, & ſtatim gladio illum interfecit. Pax quam Saluator nobis attulit vera eſt, quæ exuperat omnem ſenſum & omnem intellectum. De qua in Pſalm. *Pſal.118.* Pax multa diligentibus legem tuam. Vbi multa, emphraſim habet magnam. Pulchrè ergo angeli, hoc dulciſsimum canticum concinunt, compendium ſitientes trium bonorum, quæ ex incarnatione filij Dei conſurgunt. Olim dæmoni vetiuto in dolis gloriam dabant homines cæcutientes, nunc honorificant Deu verum: antea belligeri erant, vt de Cain occidēte fratrem *Nota.* ſuum iuſtum Abel legimus: nunc vno corde & ore fraternitatem, caritatemq; obſeruant in Eccleſia ſancta. Prauam volūtatem & ad malum propenſam ſequebantur, delicijs fræna laxātes, iuxta illud. *Gene.8.* Senſus & cogitatio humani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcētia ſua. Nato autem domino & eius gratia fulti, ſibi vim inferunt, ita vt cum paulo dicāt: Caſtigo corpus meū, & in ſeruitutem redigo. Agite obſecro fratres cum angelis & nos melos demus gloriæ Deo noſtro, gratias agentes Chriſto Ieſu Saluatori noſtro, qui tātopere nos amauit, vt trabe carnis noſtræ indutus nos inuiſere dignatus eſt. Quam ob rē, diu noctuq;, corde & ore perſonemus: Gloria in altiſsimis *Deo*, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et hæc de lectione Euangelij ſint dicta.

SECVNDA PARS
Declamationis.

Lucæ.2. TRanſeamus vſque Bethleem, & videamus verbum quod factū eſt. Quod fecit dominus, & oſtendit nobis. Confeſtim vt ab angelo edocti fuere paſtores, de re tam ſeria, & inſolita, pertractare cœperunt, & ijs verbis inuicem loquebantur: Tranſeamus vſque Bethleem. Tranſeamus cūcta obliuiſcentes, diuitias, honores, & quæ oblectamenta carnis ſunt poſthabentes, vt in domus panis, quod Bethleem interpretatur nos recipere poſsimus. Domus panis ſancta Eccleſia eſt, vbi in ſacra regali menſa altaris, quotidie panem illum cælicum manducamus, qui ore ſuo benedicto ait: *Ioann.6.* Ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendit. *S. Bern. in uig. na ti. domi.* Viuus eſt panis, non vt ille quo veſcimur, ſed adeo viuus panis Chriſtus Ieſus eſt, vt det vitam mundo. Imò ipſe eſt reſurrectio & vita. Tranſeamus, aiunt paſtores, ſed vſque Bethleem.

leem. S.Bernardus. Non Bethleem pertranſeamus. Quin & ibi vita comite immoremur oportet. O quàm multi veniunt ad Bethleem fratres, & extēplò vt vidēt paupertatem Chriſti & matris eius, dum vagitus audiunt pueri Ieſu, tranſeuntes contēnunt. Venire credere eſt, iuxta illud: Nemo venit ad me niſi pater meus traxerit eum. Vnde Sanctus Auguſtinus, nihil aliud eſt venire ad Chriſtum, quàm credere in Chriſtum. Videre eſt quāplurimos Chriſticolas, heu ſic inhiare diuitijs, ſic honores volaticos ſeculi huius quæritare, quaſi Chriſtū Ieſum non viderint inopia afflictum in præſepio, & lacrymas eius ignorent. Ii non abſimiles ſunt illis qui præteribant, & videntes Chriſtum Ieſum in cruce pendentem, illudebant ei dicentes: Vah qui deſtruis templum Dei & poſtriduum reædificas illud. Si filius Dei eſt deſcendat nunc de cruce & crederemus ei. Ecce illuſores improbi ſeipſos decipientes, paupertatem domini & labores ſpernentes. Vos cariſsimi animaduertite obſecro, non modo filius Dei carnis noſtræ velamē induit, vt nos eriperet ex tyrannide diaboli, iuxta illud: Langores noſtros ipſe tulit & infirmitates noſtras ipſe portauit, cuius liuore ſanati ſumus. Sed etiam, vt nos erudiat, & ſuo exemplo, ad virtutis faſtigia prouocet, & accendat. Hinc Diuus Petrus clamat: Chriſtus paſſus eſt pro nobis, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. En ſcopus aduentus domini, & quo tendit eius candida vita & paſsio. Nempe vt eius veſtigia ſequamur & heroicas illius virtutes pro modulo noſtro imitemur, ipſo dicente, qui nō n baiulat crucem ſuam & ſequitur me, non eſt me dignus. Hæc fuſius Sanctus Auguſt. ſer. 4. Natiuitatis domini. Si ergò, cariſsimi, cum paſtoribus luce fidei circunfulſi in Bethleem deueniſtis, & Aegyptum relinquētes Chriſtum Ieſum terram lacte & melle fluentem adoraſtis, hanc ciuitatem Dei Bethleem nullatenus pertranſeatis. Nam teſte regio Propheta: Glorioſa dicta ſunt de illa.

S. Augu. *Matt. 27.* *Eſai. 53.* 1. *Petr. 2.*

Ceterum videamus hoc verbum quod factum eſt, dicunt paſtores ſancti. Vbi verbum, rem geſtam ſignificat, vt ibi: Quod eſt verbum quod factum eſt? Nuntia mihi. Perinde dicat Rex Dauid Amalecitæ redeunti de bello. Quod nuntium affers? aut quid euenit in prælio, enarra mihi. Hæc ad literam, nihilominus rem magnā, & ſapienter viri hi loquuntur, & ſi rudes & agreſtes. Videamus verbum quod factum eſt caro. Dei filium videamus, qui pro hominibus factus eſt homo. O mirabile commercium! O ſtupendam commutationem, & verſam vicem moralium! Ecce qui hominem fecit ad imaginem

2. *Re.* 1.

ſuam, in initio mundi naſcentis, in hac die Deus ipſe omnipotens, in imagine & ſimilitudine noſtra apparuit. Sanè hæc mutatio aliunde non prodijt, niſi ex dextera Dei excelſi. Hinc Sanctus Auguſtinus ſermo.5. Natiuitatis Chriſti. In primis, Deus de ſuis meliora contulit hominibus. In ſecundis, de noſtris inferiora ſuſcepit. Tunc homo ſollicitante diabolo, Deus eſſe voluit per ſuperbiam, & nunc Deus homo factus eſt, propter miſericordiam. Adam ex terra virgine formatur tunc, nunc verò filius æterni patris ex alma virgine Maria naſcitur. Nec mirũ quod ſine corruptione naſcitur, qui opere Spiritus ſancti concipitur. Non enim decebat, vt qui nobis afferebat ſalutem, & dolores noſtros auferebat, ſoli matri præriperet dignitatem virginalem. O dies dierum omnium noua, diſpẽdium cæcitatis, in quo æternus de ſumma altitudine patris deſcendens, vteri Mariæ aditum reſeruauit, & totius mundi caliginẽ fulgida corruſcatione repreſsit,

S. Augu.

Videamus fratres, & linceis oculis ſacræ fidei, intueamur verbũ quod factũ eſt caro. Quid obſecro fratres caro ipſa eſt? dicat propheta: Omnis caro fœnũ & omnis gloria eius quod flos fœni? En fragilitas noſtra graphicè depicta. Inſtar fœni naſcimur infirmi fragiles & nullius roboris vt fœnum morte imminẽte marceſsimus, & areſcimus. Quoniam fallax gratia & vana eſt omnis pulchritudo. Imò homo ſicut fœnum, dies eius tãquam flos agri, ſic effloreuit. Quemdamodum teſtatus eſt regius pſaltes. Quid ergo fragilius fœno? Ceterum quid verbum patris? Planè in principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Omnia per ipſum facta ſunt. Maieſtas æterna Deus verus, factus eſt fœnũ, verbum quod manet in ęternum noſtram, & ſi infirmam ſponte induit naturam. Vnde S. Auguſtinus ſer.23. de Natiuitate domini. Filius Dei de patre ſine matre, filius hominis de matre ſine patre, magnus Deus angelorum, paruus in die hominum. Verbum Dei ante tẽpora, verbum caro opportuno tempore. Cõditor ſolis, conditus ſub ſole, effector cæli & terræ, ſub cælo exortus in terra. Sic qui attingit à fine vſq; in finem fortiter diſponit cũcta ſuauiter. Magna & ſatis mirabilis mutatio, filius Dei factus eſt homo, & gentiles qui lapides erãt & lapidũ cultores, facti ſunt filij Dei. Sed iam Chriſtus Ieſus loquatur vt Deus: Ego & pater vnum ſumus. Vbi vnitatem eſſentiæ, & diuiſionem perſonarũ patris & filij, ſubtili ſermone indicauit, & rurſus: Antequam Abraham fieret ego ſum. Loquatur etiam vt homo: Pater maior me eſt. Obmuteſcat nunc Arrianorum peſtilens dogma, nos verò Deum & hominem Chriſtum

Eſai.40. Pſal.102 Ioann.1. Sapi.8. Ioannis. S. Tho. 3.p.q.16. art.6.

Ieſum

Ieſum toto corde profitemur. Qui verò aliter temerè aſſerit anathema ſit. Nam, vt verus homo in deſerto eſurijt ieiunans, vt verus Deus *Matt. 4.*
quinque panibus ſaturauit quinque millia hominum. Vt homo in cruce pendet inter iniquos, vt Deus latroni facinoroſo clamanti reſpondet: Hodie mecũ eris in paradiſo. Quaſi homo ſuſcepit mortem, & quaſi Deus ſuperat ipſam mortem. Hæc ſanctus Auguſt. ſermo. 2. Natiuit. domini. *S. Augu.*

Ceterùm paſtores venerũt feſtinantes, & viderũt de verbo, quod *Lucæ. 2.*
dictum erat illis de puero hoc. Feſtinare nos oportet cariſsimi, vt Ieſum adorare mereamur, non moroſè, non cum tædio in via Dei ambulemus. Nempe ſancta animalia, Ezechiele teſte, vbi erat impetus *Ezech. 1.*
ſpiritus illuc gradiebantur nec reuertebantur cum ambularent. Aduertendum quod non impetus iræ, non carnis improbæ, ſed impetus & virtus Spiritus ſancti ducit electos Dei. Hinc Apoſtolus ait: Qui ſpiritu Dei agũtur, ij filij Dei ſunt. O felices homnies qui afflatu diuino allecti in omne opus bonum ducuntur. Agunt ſponte operantes, *Roma. 8.*
& quaſi aguntur amorẽ Dei ſummi rapti. At cõtra, auari & ſuperbi, & quotquot ſpiritu malo mouẽtur, ij filij diaboli ſunt. In quos inuehitur dominus dicẽs: Vos ex patre diabolo eſtis, & voluntatẽ eius vultis adimplere. Nõ natura filij' dæmonis, ſed veſtraq; malitia heredes *Ioan. 10.*
miſerè illius eſtis. Agite fratres ſpiritu feruẽtes dño ſeruiẽtes, nedum ambulemus ſed feſtino gradu incedamus oportet. Brauiũ in hoc ſtadio ob oculos noſtros poſitũ eſt, ſic curramus vt illud cõprehendamus, veluti Paulus admonet. Feſtinemus ingredi in illã ciuitatẽ cæleſtẽ, quoniã nõ habemus hic ciuitatẽ manẽtem. Interim autem cum paſtoribus iter agentes, non gradu teſtudineo ambulemus, quoniam neſcit tarda mollimina Spiritus ſancti gratia. Obſeruãdum, quod paſtores nõ vt crederẽt videre cupiũt Ieſum natũ & vt Thomæ poſtea *Nota.*
contigit, credentes nuntio angelico, iter arripiunt. Imò angelus eis præcepit vt irent in Bethleem, & adorarent Principem paſtorum Chriſtum. Necnon, ceu Chryſoſtomus, ait, vt primitiæ forent popu- *S. Chryſ.*
li Iudæorum in Chriſtum Ieſum credẽtium, quemadmodum magi gentium principes in fide extiterunt. Notãdum quam ſit res magna quamq; modis omnibus amplectenda paupertas ſancta. Paſtores eò ꝙ inopes expeditiùs & agiliùs ad Ieſum currũt, nam hoc ſibi vult verbũ hoc. Venerũt feſtinãtes, de magis nil huic ſimile lego. Erãt quidẽ *Paupertatis laus.*
reges theſauros auri & thuris ac myrrhæ portarãt. O beatũ pauperẽ ſpiritu, quoniã ipſius regnũ eſt cælorũ. Huc accedit qđ nihil periculi

in via

artifex habitator & ſanctificator ipſe Deus. Ipſa dicēte deipara. Qui *Eccl. 24.*
creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Inuenerūt thalamū ſponſi benedicti Christi Ieſu, quippequi ex ea proceſsit tanquam ſponſus de thalamo ſuo, nā in ea poſuit tabernaculū ſuum filius Dei. Ad hæc infantē in præſepio iacebat. Ne poſthac mugiat eſuriens bos iuxta illud Iob: Nūquid mugiet bos habēs præſepe plenū? O quā exuberās, *Iob. 6.*
quāq; plenū erat præſepiū illud benedictū. Infans Deus & homo eſt angelos in cælo ſatians, homines fideles in terra eſuriētes replens bonis iuxta illud: Qui replet in bonis deſideriū tuū. Non amplius ingemiſcat animal mundum, ruminans & fidens vngulā. Bos poſthac nō *Pſal. 102.*
mugiat, habet iā præſepe plenū, Ieſus inibi iaceat, tota trinitas adeſt nam trium perſonarum vna eſt eſſentia, ſapientia, bonitas, & potentia. Ibi eſt Christi humanitas verbo Dei vnita. O thronum regale, ò cælum impireum, ò ſedem veri Regis Salomonis, ò præſepe bene dictum, quouis eburneo vel aureo throno gemmis vernantibus ornato præcellētius. Ieſu ſancte & totius ſanctitatis fons, vt iumentum *Nota.*
apud te factus ſum, non mea poſthac ſed tua in omnibus fiat voluntas. Ad te confugi doce me ſuppliciter obſecro facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu, niſallor, vt video domine, homines, & iumenta ſaluabis, quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam. Ne ergo deſpondeant animum qui more iumentorum vixerunt, in *Pſal. 25.*
præſepio collocari voluiſti, inexhauſtas tibi pro ijs omnibus repēdimus grates.

Et vidētes cognouerūt de verbo, quod dictū erat illis de puero hoc. *Text.*

Equidem videntes pulcherrimum infantem, in quem deſiderant angeli proſpicere, ſtatim cognouerunt ita eſſe, vt angelus eis prædixerat. Natus eſt vobis hodie Saluator, qui eſt Christus Dominus. Ipſi proprius accedentes clara luce agnouerunt, poſt carnis retia ſponſus reſpiciētem omnia. Et poſt parietem noſtrum latitātem Deum. Vnde cum ſponſa dixere: En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum proſpiciēs *Canti. 2.*
per cancellos, reſpiciens per feneſtras. Et cum Eſaia: Vere tu es Deus abſconditus, rex noſter Saluator. Non vt olim Moſes, Ioſue, Sanſon, ſed longè aliter ſaluabis nos, iuxta illud Oſeæ. 1. Saluabo eos in domino Deo ſuo. Græcè habetur: Videntes notum fecerunt, ſiue diuulgauerunt. Veruntamen quia eorum corda Deus non tetigerat, audiētes quæ paſtores affabantur, mirati ſunt, non tamen conuerſi in Christum Ieſum crediderunt: Non enim omnium eſt fides, ait Apoſtolus. *Luce. 2.*
Paſtores vero reuerſi ſunt glorificantes & laudantes Deum pro ijs,

quæ audierant, & viderant. Nos cariſsimi tranſeuntes, ea quæ retrò ſunt obliuiſcentes, in Bethleem pergamus, ad quam feſtinantes Chriſtum Ieſum inquiramus, quo inuento humi procumbẽtes corde candido & ore laudemus. Deiparam & ſalutãtes, gratias agamus, quippe quæ nobis Saluatorem edidit, vt nos de ore leonis Satanę eripiat, peccata omnia nobis remittat, & ſua gratia, aditum regni cælorum præbeat. Cui ſit gloria in ſecula. Amen.

APPENDICES
Annotationes.

Annot.1. QVAM ſit admirabilis hæc ſolẽnitas, multis retrò ſeculis Propheta, ſubindicauit, veluti ſtupefactus dicens: Domine audiui auditum tuum & timui, conſideraui opera tua, & expaui. In medio duorum animalium cognoſceris. Abach, tertio. Quis obſecro pueri Ieſu vagitus audiat, & non ſtupeat, lacrymasque non effundat, niſi ſaxeum aut ferreum pectus habeat? Vel quis homo tam inſolens, qui non pertimeſcat, videns filium Dei noſtra peccata deflentem, & in diuerſorio natum nimio frigore algentem? Orat beatus Bernardus *Ezec.11.* & quidem rectè. Ieſu bone vtinam ſicut verbum caro factum eſt, ita cor meũ carneum fiat ſicut pollicitus es per Prophetam, auferam à vobis cor lapideum & ponam cor carneum. O duritia cordis mei, lacrymæ Chriſti pudorem mihi pariunt & dolorem, ſerm. 3. natiuit. domini. Ceterùm cõſideraui opera tua, & expaui. O miranda opera! Deus homo factus eſt, alma virgo eum peperit ſingulis titulis inſignita, nam mater & virgo permanſit. Paſtores feſtinãtes ad præſepe veniunt. Magi ab Oriente, vt aquilæ conuolãtes Bethleem ouantes intrant. Conſideraui opera tua domine & expaui. De hoc S. Augu. ſermone vigiliæ Natiuitatis domini latius.

Annot.2. NOTANDVM quomodo angelus domini nõ principes terræ, non diuites, nec ſacerdotes legis alloquitur ſed homines rudes, agreſtes, & pannoſos. Sanè Rex Regum Saluator noſter, humilitatem & paupertatem magnifaciens, humiles & pauperes aſciuit. Iam *Matth.5* opere docens, quod ſubinde ore ſuo benedicto deprompſit: Beati *Mat.19.* pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Itidem: Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, & da pauperibus & ſequere me. Hiſce verbis Diuus Hieronymus, confundit Vigilantij blaſphemiam, qua funditus euertere conabatur improbus, voluntariam

tariã paupertatem. Miror ethnicũ Philoſophum dicẽtem, abundantiam diuitiarũ, corruptio fuit. Ethi.4.lib.c.1. Quam efficax ſit virtus paupertatis, ad perfectionẽ capeſendã oſtẽdit. S. Tho.2.2.q.186.ar.3.

Deinde magnopere aduertendum eſt quam ſit mirabilis, & prorſum 3.
delaudabilis, ſummi numinis prouidentia. Nõ modo elicere poteſt bonum ex bono, ſed quod plus admirationis habet, ſæpeſæpius elicit bonum ex malo. Equidẽ deſcriptio illa facta, Imperatore Octauiano iubente, vel ad oſtentationẽ fuit, vt olim tẽpore Dauid Regis geſtũ legimus vel quæſtus & auaritiæ prætextu. Deus autẽ rem hãc vertit in ſui obſequiũ & gloriã, & ſic Micheæ vaticiniũ impletũ eſt. Nam de Bethleem egreſſurus erat Dux qui regeret Iſrael. Ad eandẽ imaginẽ ex lapſu Adæ incarnatio verbi Dei, oborta eſt, & ex inuidẽtia fratrũ, Ioſeph potẽtatus ſuper omnẽ Aegyptũ naſcitur. Et tandẽ ex truculenta Phariſæorũ & ſacerdotũ perſecutione in Chriſtum Ieſum, totius mundi ſalus & redemptio orta eſt. Huc attinet quod dictum eſt, quanuis à ſeruo nequam: Domine metis quod non ſeminaſti. Vnde perſpicuum eſt, omnia gubernationi diuinæ ſubiacere. *Lucæ.19.*
Hinc Sapien.14. Tu autem pater omnia tua gubernas prouidentia. Idque, tam eſt conſentaneum rationi, vt etiam ſapientes abſq; Chriſto, Ariſtoteles Plato, & plerique alij Philoſophi, hoc ipſum pro ſua virili aſſererẽt. Quod nimirum attingere potuerunt, ex miro ordine vniuerſi, qui abſq; directore & gubernatore ſubſiſtere minimè poſſet. De hoc S.Thom.p.1.q.103.art.1. Non tantum cælum & terra, angeli & homines, ſed nec exigua quæque, nec herbæ, floſculi, ſine gubernatione & prouidentia Dei ſunt. S.Aug.lib.5.de Ciuitate. Prouidentia Dei eſt ratio ordinis omnium in finem, S.Tho.p.1.q.23.arti.1. *Prouidentia Dei.*

Notãdum vel maxime eſt, quàm rectè angelus diuiſionem in can 4.
tico ſuo fecerit, gloriam exibens Deo, hominibus verò pacem. Nempe tria ſibi optimus Deus ſeruauit. Primo gloriam, quæ iure optimo illi debetur. Vnde ipſemet illam expoſcit dicens: Gloriam meam alteri non dabo. Eſai.4 . Secundò vindictam nemini tribuit. Quo attinet illud Moiſi: Mihi vindictam & ego retribuam eis in tempore. Deuterono.32. Et ad Roman.12. Tertiò denique iudicium: Cum ac- *Pſal.29.*
cepero tempus ego iuſtitias iudicabo inquit. Et rurſus: Ego teſtis & iudex. Vnde Apoſtolus admonet. Tu quis es qui iudicas ſeruũ alie- *Hier.29.*
num? Roma.14. Cum ergo ſoli Deo ſit dãda gloria & honor, pulchrè angeli concinũt dicẽtes: Gloria in altiſsimis Deo. Idẽq; paſtores angelos imitãtes fecerũt, vt Lucas teſtis eſt. Væ filijs Adę ſuperbis q̃ præ

poſterè

poſterè agũt, gloriam totis niſibus in hac calamitoſa vita vendicare conantur. De pace cum proximo, deq́ue tranquillitate cõſcientiæ, nihil curæ habent. Vnde alto Dei cõſilio ſæpius contingit, vt vtrũq; amittant, confuſionem & ingens bellum inuenientes. At viri probi cum Dauide indefeſsè clamant: Non nobis domine nõ nobis, ſed no

Apoc.4. mini tuo da gloriam. Ii, inſtar beatorũ, quos Ioannes in Apocalypſi vidit, ſi quid boni cogitant, loquuntur & operãtur, coronas ſuas ante pedes agni Ieſu mittunt, laudãtes & magnificantes regẽ ſuum, cuius ope & virtute operati ſunt bona. Magnum documẽtum eſt hoc.

5\. Animaduertendum eſt, quod artificio ſubtili Ioannes vſus eſt dicens: Verbum caro factum eſt & habitauit in nobis. Paulò antè verbum lumen & lucem appellauit, quorſum ergo non dixit, lumen caro factum eſt, aut lux caro facta eſt? Sanè lumen & lux nomina ſunt

1.Ioan.1. quæ toti Trinitati conueniunt. Vnde Ioannes in ſua canonica: Deus lux & tenebræ in eo non ſunt vllæ. Atqui, verbum filio Dei tãtum cõuenit. Nam verbum in diuinis proprie importat rationem formæ exẽplaris quia ars eſt. 2.d.12. S.Tho. Imò reſpectu patris imago Dei eſt, reſpectu creaturarũ exẽplar. Quam ob rem vt lucidius appareat quod non Pater aut Spiritus ſanctus, ſed ſolus filius noſtrã aſſumpſit

S. Baſil. humanitatem, ſic loquitur: Verbum caro factum eſt. Quæ verba ex-

S. Augu. ponit quam optimè Sanctus Baſilius, tom.1. homi.16. & S. Aug. ſer.2.

S. Bern. nati. domini. Et Diuus Bernard. ſerm.2. natiu. domini.

6. Quantum vigilare debeant animarum paſtores, vel ex eo diſcãt, quod non dormientibus, ſed ſcubias agentibus ſuper gregem ſuum angelus domini apparuit, eoſq; de tam mirabili myſterio inſtruxit. Vnde paſtor Eccleſiæ quidam clamat: Attendite vobis & vniuerſo

Act.20. gregi, in quo poſuit vos Spiritus ſanctus Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quã acquiſiuit Chriſtus ſanguine ſuo. Singula verba emphaſim habent, & ſpiritum inſpirant, quippe qui in Paulo loquebatur. Haud dubiè prælatos decet maximè vigilare, vt theſaurũ hunc cuſtodiant, non auro vel argento emptum ſed ſangine filij Dei. Alioquin ſpeculatoribus dormientibus, luporum rabies truculenta, caulas ouium inuadẽs, eas deuorabit. Simon dormis? Non potuiſti vna hora vigilare mecum? Tres Apoſtoli ſimul dormiebãt, & Saluator Petrum taxat tantum, eo quòd futurus paſtor Eccleſiæ erat, iuxta illud: Tibi dabo

Matt.16 claues regni cælorum. Qui habent aures audiendi audiant, ſcientes quia duriſsimum iudicium fiet ijs qui præſſunt. Vigilent paſtores in eccleſia veniant ad Bethleem, Chriſtũ Ieſum in pauperibus ſuis honorent

norent, eleemoſynis eos ſubleuent, nam hoc munus ſuum eſt. Auctoritas paſtorũ cœpit ab Abel iuſto, & Abraham. Cyprian. ſerm. nati.

Inuenerunt Mariam & Ioſeph & infantem poſitum in præſepio: 7.
Perinde dicat, matrem ſanctam & filium eius in diuerſorio, ceu cupiebant adinuenerunt. Aduertẽdum, quòd alma virgo ſtatim vt peperit, flexis genibus Saluatorem adorauit, nec dubito, ſed mihi perſuaſum ſemper habui, quod tunc in raptu lõgè meliùs quàm Paulus eſſentiam diuinam vidit ſub corpuſculo illo latitantem. Quandoqui quidem ſi Moſes qui legem attulit Hebræis eſſentiam diuinam intuitus eſt, beato Auguſtino teſte, ſuper Geneſ. ad literam. lib. 12. ca. 4. Et ad Oroſium. q. 63. & Paulus, vt ad Corinthios ipſe ſcripſit, raptus fuit ad tertium cælum vſque, ignorans an in corpore an extra corpus fuerit tunc, quid prohibet vt mater ſacerrima, quam peccati noxa non tetigit, vt nato Chriſto ſaltim per modum paſsionis tranſeuntis, eſſentiam verbi Dei non viderit? Sanè iubilo magno rapta deipara tunc denuo cecinit: Magnificat anima mea dominum. Et exultauit ſpiritus meus in Deo ſalutari meo. Videns tamen filium ſuũ tanta inopia affectum, vagiẽtem, & noſtra delicta deflentem, non potuit non triſtari & flere cum Ieſu vnicè dilecto flente. Siquis autem ſcire cupit quandò Saluator noſter natus fuit: ſecundùm Hebræos, anno ab initio creationis mundi. 3962. Vt ſeptuaginta volunt, Anno. 5201. A diluuio. 2306. Ab Abrahæ natiuitate. 214. A Moyſe. 1500. A Dauidis vnctione. 1032. Ab vrbe Romana condita. 751. Quando pax abundabat Octauiano Cæſare Imperante, tunc natus eſt Ieſus, iuxta Michcæ & Danielis vaticinium. Mich. 5. Danie. 9

Octauo annotare collibuit, nonnihil de protomartyre ſancto Stephano, cuius natiuitas glorioſa hodie in Eccleſia Romana celebratur. Sanè vt pia parens filios ſuos Eccleſia, velut parturiẽs ad cælum emittit. Vnde natale ſanctorum appellat obitum eorum. Verùm ſi angelum appellauerim hunc martyrem Chriſti, ab ſcopo minimè errarem, Videbant Iudæi infeſtiſsimi, vultum eius tanquàm angeli. Erat quippe Spiritu ſancto plenus, qui beat in cælo omnes angelos. Quid ni, facies eius inſtar angeli fulguraret? Moſes ex conſortio Dei, deſcendit de monte adeò ſplendens, vt neutiquã populus faciem eius intueri poterat, niſi velamine poſito, quo faciem operiebat. Tamen ille in tabulis lapideis, inſtrumentum mortis literis deformatum portabat. Vt optimè apoſtolus indicat. Stephanus verò Chriſtum legiſlatorem, eiuſq; mandata, cum corde, tum ore geſtabat, oſtendens il- 8.

lum fore verum filium Dei, verumq; Meſsiam quem tantoperè patres priſci, ac Prophetæ venturum pollicebantur. Equidem vnus angelus paſtoribus vigilantibus gaudiũ magnum euãgelizauit, & Meſſiam pannis inuolutum in præſepioque iacentem ſubindicauit. Atqui alter angelus Sthephanus nobis Chriſtum Ieſum non pannis inuolutum, non vbera virginea lambentem, nec in ſtricto præſepio va-

Apoc.7. gientem, ſed ad dexteram patris ſtantem indicat: Vidi alterum angelum aſcẽdentem ab ortu ſolis, habentem ſignũ Dei viui, dixit Diuus Ioannes. Sanè ab ortu ſolis aſcendit Sthephanus, quando ſol iuſtitiæ Chriſtus eum ſplendore fidei illũminauit. Signum Dei viui crux benedicta eſt, quam nedum in corde, ſed in ore habebat Stephanus forti animo Chriſtum Ieſum crucifixum verum Dei filium prædicans. Ecce inquit video cælos apertos, & Ieſum ſtatem à dextris virtutis Dei. Equidẽ rex noſter athletis ſuis certantibus aſtat, vt adiuuet, ſuaq; virtute roboret. Nec fruſtra ſeſe galinæ cõparauit, quæ inter omnes aues ſolicitior erga filios eſt. Eos circuit tota die, infirmatur cum infirmis, quæ omnia iure optimo Saluatori conueniunt, nam ipſe, miſertus nobis eſt filiolis ſuis. Quin & ex ore ſuo grana mittit ad nutrien-

Nota. dos pullos, vt pulchrè Diuus Auguſtinus notat. Mira res inter ſaxorum crepitãtium ictus, cælos reſeratos intuetur, nam regni cælorum

Ezech.2. clauis, tribulatio ipſa eſt. Huc pertinet illud Ezechielis; qui iuxta fluuium Cobar cælos apertos ſe vidiſſe aſtruit. Et rurſus beatus Ioannes

Apoc. 4. in inſula Pathmos relegatus, oſtium cæli apertũ vidit. Denique hic angelus cælitus, tam fuit, mitis & manſuetudine fretus, vt flexis genuis Chriſtum Ieſum orarit dicens: Domine ne ſtatuas illis hoc peccatum. Sane vt belluarum, taurorum & leonum eſt vindictam ſumere de perſecutoribus, ſic angelorum eſt malum pro malo non reddere, ſed inimicos corde diligere, pro eiſque exorare dominũ, & bene mereri de omnibus. Donãtes vobiſmetipſis ait Paulus ſicut Chriſtus donauit vobis. Parcite vicißim alter alterius onera portantes, & adimplentes legem Chriſti Ieſu, in quo vir ſanctus oratione hac peracta obdormiuit. Nos cariſsimi, huius angelici viri geſtus & veſtigia per omnia ſectantes, morte aduentãte cum propheta decantabimus: In pace in idipſum dormiam & requieſcam.

Pſal.4. Faxit Chriſtus Ieſus, vt hæc omnia opere impleamus, quò cum Chriſto in cælis regnante regnemus.

Finis Declamatio. VIII.

IN FESTO SANctiIoannis Euangeliſtæ.

DECLAMATIO. IX.

DILECTI Ieſu Saluatoris noſtri, hodie feſtum celebramus cariſsimi, cuius priuilegia tam ſunt magna, & innumera, vt humana lingua ea non poſsit enarrare. Beatus Ioannes tantoperè à Chriſto Ieſu dilectus, non potuit non titulis egregijs, meritiſque opimis decorari. Quādoquidem ipſe eſt de quo ſtupefactus S. Iob dicebat: Nunquid ad præceptum tuū eleuabitur aquila, & in arduis ponit nidum ſuum? In petris manet, in præruptis ſilicibus commoratur, atque inacceſsis rupibus. Inde contemplatur eſcam, oculi eius de lōgè reſpiciunt. Non hic aquila perſecutorem ſignificat vt in Hieremia legimus. Perſecutores noſtri velociores ſunt aquilis cæli. Nec poteſtas terrena nunc per aquilā oſtenditur, vt in Ezechiele rex Babyloniæ appellatus eſt, aquila magnarū alarū. Sed hoc loco aquilæ nomine ſubtilis ſanctorū intelligentia, & ſublimis eorū contēplatio figuratur. Veluti S. Gregor. li. 31. Moral. c. 34. Optimè exponit. Cunctarū quippe auiū viſum acies aquilæ ſuperat, ita vt ſolis radius fixos in ſe oculos eius, nulla lucis ſuæ corruſcatione reuerberandus claudat. Quod pulchrè Ioanni dilecto Ieſu conuenit: is ſanè inter quatuor animalia ſancta, quæ Ezechiel vidit, aquilæ imaginē ſortitus eſt. Quiq; ſublimius ceteris tribus Euangeliſtis volauit, de generatione verbi ſubtilius ediſſerens. Quin & ipſe de ſeipſo ait: Quartum animal ſimile aquilæ volanti. Profectò ſingula ad vnumquēq; Euangeliſtam rectè cōueniunt, dū alius humanæ natiuitatis ordinē, alius per mūdi ſacrificij oblationē, quaſi veluti mortē, alius poteſtatis fortitudinē quaſi leonis clamorē inſinuat. Ioānes verò natiuitatem verbi æterni intuēs, quaſi ortū ſolis velut aquila aſpectat. Hæc aquila precepto Chriſti Ieſu tam eſt hodie eleuata in ſublime cælū, vt angeli ipſi meritò in admirationem rapti, videntes filiū piſcatoris ſupra pectus Regis ſui, dignationē & affectū domini erga homines

Iob.39.

Hier.4.

Ezec.7.

Apoc.4.

homines miris præconijs collaudēt. Ecce aquila cæleſtis in petra manet, & ibidē poſuit nidum ſuum. Petra autem erat Chriſtus, in quo ſolo, pax, gaudium, & felicitas noſtra poſita eſt. De quibus in ſecunda parte declamationis fuſiùs, domino opitulante dicemus. Nunc primò, nonnulla de ſacra Euangalij lectione explicemus.

Euāgeliū Dixit Ieſus Petro ſequere me. Ioan. 21.

Ioann. 21. Si tempus quæramus quando hæc contigerunt, poſt reſurrectionem Chriſti morte iam expuncta, Zabuloque ſuperato, & inferno expoliato, omnia geſta ſunt. Tunc bonus paſtor qui vitam ſuam ex poſuit pro animabus noſtris, oues ſuas immenſe dilectas, iuſſere dignatus eſt, & ſolita benignitate cum Apoſtolis veſcens, quo certior redderetur eius mirabilis reſurrectio. Tunc ſanè Petrum tèr interrogarat an diligeret eum plus ceteris, & ipſe humiliter reſpōdit: Domine tu ſcis quia amo te. Eam ob rem tāquam idoneus ad paſtorale officium audiuit à Chriſto. Paſce oues meas. Sanè qui Chriſtum non diligit, dignus non eſt tanto munere. Fieri non poteſt vt quis gloriam Chriſti Ieſu quærat in omnib⁹, nec in eius grege fidelis ſeruus ſit, qui toto corde Saluatorem haud diligit. Tandem, quod ad optimum paſtorem attinet dominus Petro reſerauit, videlicet mortem qua erat glorificaturus Deum. Cum ſenueris ait alius cinget te & ibis quò tu non vis. Oſtendens planè dominus: quod in vnoquoque paſtore requiritur dum opus fuerit, vitam ſuam pro ouiū ſalute exponat, exem-
Ioan. 10. plo boni paſtoris Chriſti Ieſu commotus. Equidem paſtoris munus eò tendit, vt nedum ſua, ſed ſemet offerat, ne fortè animæ ſubditorum in præcipitium incidant. Ait ergo dominus Petro, ſequere me. Idq; non tam de greſsibus corporis, quàm de ſimili morte obeunda dixit. Ego crucis patibulū ſponte aſcendi ne mūdus periret, tu quem caput eccleſiæ meæ conſtitui eandem mortem ſuſtine amoris mei cauſa. En quaſi viā, ſe eſſe profiterur dominus, extra quam errabun-
S. Augu. dus eſt, omnis qui iter agit. Ego ait alibi ſum via, veritas, & vita. Via quidem eſt abſque præcipitio, veritas ſine errore, vita ſine morte, te-
Ioan. 8. ſte diuo Auguſtino. Et rurſus: Qui ſequitur me non ambulat in tenebris, ſed habebit lumē vitæ. Imo ſcopus totius vitæ Chriſtianæ candida Saluatoris noſtri vit[illegible] eſt. Alioqui ipſe non diceret orthodoxos
Matt. 11. oēs alloquēs: Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde. Verum,
Eccl. 23. vt ſapiens aſſerit, gloria magna eſt ſequi dominum, longitudo enim dierum aſſumetur ab eo. Quid obſecro honorabilius? quidve ſalubrius, quàm dominum ac regem noſtrum Chriſtum, per omnia imi-

tari ac ſequi? Aſylum tutiſsimum, turris inexpugnabilis, in quã nos *Nota.*
oportet cõfugere, immaculata Chriſti vita eſt. In hac fortiſsima arce,
tum apoſtoli & martyres dñi, tum cõfeſſores, omnesq; Virgines ani
mæquiores facti, triũphalem coronam gloriæ acceperunt, & Satanam, mũdum, & carnem potenter vicerunt. Quid ergo eſt, ſequere
me, quod nobis quotidie ait Saluator, niſi palã ſignificare, Chriſtianam vitã abſque labore non eſſe. Qui vult venire poſt me abneget
ſemetipſum, & tollat crucem ſuã, & ſequatur me. Quotus quiſque no
ſtrum eſt, qui regnare non appetat cum Chriſto? Si ergo cõpatimur
ait apoſtolus cõglorificabimur, conditionem appoſitã notare opor
tet. Siquidẽ ſeruus non eſt maior domino ſuo. Dicamus igitur, & nos
cum Iacob, precedat dñs meus, & ſequar ego, prout videro paruulos *Gene. 33.*
meos poſſe. En præceſsit frater noſter Chriſtus, nõ eſt quod deſpon
deamus animum, ipſe belligerãs, vicit principem huius ſeculi, ſuperauit mũdi faſtum, & gloriam, poſtrauit carnis noſtrę ſuperbiam, vt
nos armis eius vincamus. Ecce dux robuſtiſsimus & verus Moſes, cu
ius typum olim ille gerebat, Chriſtus pugnat pro nobis Phraonẽ inſolentem: & cuneos illius euertens. Ipſe per medium maris mũdi fluctuantis, iter oſtẽdit per quod intrare poſsimus ac poſsidere terrã vi
uẽtium, votis omnibus optandã, in qua pſalmographus ſuam hæredi
tatem locauit, dicens: Portio mea in terra viuẽtium. Non in terra mo *Pſal. 118.*
riẽtium, aut in hac lacrymarum valle, vbi omnes morimur, & quaſi
aqua delabimur in terra, quæ non reuertetur vnquam. Audiẽs ergo
Petrus quoniã Saluator eum ad martyriũ vocarit, cœpit de Ioanne
inquirere, quid de illo fieret. Vnde ſequitur.

Conuerſus Petrus, vidit diſcipulum quẽ diligebat Ieſus ſequẽtem *Text.*
qui & recubuit in cœna ſuper pectus eius, & dixit: Domine, quis eſt
qui tradet te? Hũc ergo cum vidiſſet Petrus dixit Ieſu: Domine hic
autem quid?

Dubio procul, duo apoſtoli hi ſe viciſsim diligebant, eratq; magna inter eos neceſsitudo, vt ex ſacra ſcriptura cõſtat. Petrus & Ioan- *Acto. 3.*
nes aſcẽdebãt in templum ad horam orationis nonã, & rurſus. Petrus
& Ioannes ad monumentum currẽtes venerunt, vt experimẽto agnoſcerent, verum eſſet ſanctarum mulierum nuntiũ de reſurrectione *Ioann. 20*
Chriſti necne. Ecce quos dilectionis vis coniungerat, etiam ambula
re ſimul cõpellebat. Hinc diuus Petrus Ieſum rogat: Domine hic autem quid? Hoc eſt, quid paſſurus eſt: Aut quã mortẽ ſuſtinebit? Hic
mihi obſeruate chariſsimi, quãta ſit vis & efficacia veræ pœnitentiæ. *Nota.*

Petrus in cœna ante caſum illum & negationē triplicem, non audet
interrogare qs ſit traditor; nūc verò poſtquā egreſſus foras fleuit ama
re, lacrymis ſcelera ſua diluens, audet de morte Ioānis dilecti, Ieſum
Pœnitentia. interrogare. Non internūtium mittit vti in cœna fecit, ſed ipſe omni
terrore poſito, magiſtrū adoriri hac quæſtione non metuit. O præ-
cellentem, & modis omnibus exoptādam, & amplexādam pœniten
tiā! Facite obſecro fratres fructus dignos pœnitētiæ, vt præco Dei Ba
ptiſta ſacer clamat. Certo certius ſciētes, quod niſi pœnitētiam ege-
ritis omnes ſimul peribitis. Ecce dn̄s cōminatur gehēnam improbis,
qui pœnitere cōtemnunt. Quod ſi lapſi eſtis, vt Petrus, ſurgite, flete,
integram exhomologeſim coram ſacerdote dn̄i facite. Expoliantes
veterem hominē, & induentes nouum, qui ſecūdum Deum creatus
Iob. 39. eſt. Nunquid plumeſcit acipiter expādens alas ſuas ad auſtrum? Aci
Greg. li. piter orthodoxus quiſque eſt, quippe qui dum in cōfeſsione ſacramē-
31. mora. tali ſua delicta cōfitetur ad auſtrū, qui ventus calidus eſt, & ſpiritum
c. 32. ſanctum ſignificat alas expādit, vt pēnis veteribus depoſitis inouen
Confeſ- tur virtutes omnes in anima. Verūenimuerò, homo noſter qui foris
ſio. eſt quāuis corrūpatur, & orationibus, ieiunijs, & pœnitētia ſatiſcat,
Collo. 4. intus tamen eſt qui renouatur de die in diem. Per ſapiētiam Dei plu
meſcit acipiter: ideſt anima, in pœnitentia, vetera delicta abijciēs, &
virtutibus egregijs nouum hominem induēs. Mitto Iubēs nomen il-
lud mirificū ſceptris omnibus prę̧ferēdum, quo Ioannes ſeipſum vo
cat, dilectum Ieſu benemerito ſe appellās. De quo in ſecūda parte.

Text. Ieſus autem ſolita clemētia & māſuetudine, reſpondit: Sic eum vō
lo manere donec veniam, quid ad te? Tu me ſequere.

Quæſtionē ſuperuacaneā taxat, & ſecurā habere de Ioanne dilecto
Theoph. ſubiudicat. Quid tua Petre? Tu munus tuū exerce, vicariū in eccleſia
te relinquo, vices meas gere, ſequere me, tū officio, tū etiā crucis mor
te. Aduertēdum hic eſt quod græce habetur. Si volo eū manere, quid
ad te? Ioānes autē græcè ſcripſit, & ad græcanica exēplaria, velut ad
Nota. fontes recurrendū eſt, vbi ambiguitas adeſt. Ecce cariſsimi quā ſit in
firmitas noſtra antiqua, imò vetus inſipiētia eorū hic oſtenditur, qui
plus ſolicitudinis habent de vita aliena, quam de cādore ſuæ cōſcien
tiæ. Proh dolor! oculos linceos erga dicta, factaq; proximorū haben
tes, cæcutiētes ſumus vt propriā vitam exploremus. Hypocrita, ait
Saluator noſter, eijce primo trabē de oculo tuo, & deinde eijcies fe-
Matth. 7 ſtucam de oculo fratris tui. En quā cæci ſint nōnulli, trabē verſantes
in oculis, ideſt magna ſcelera habētes, nō vidēt, & leuiuſcula peccata
fra-

fratrum ſuorū magnificiētes ſuper aſtra exagerant. Quid ad te? Si reges tyrānicè imperāt, ait Chriſtus? Per me reges regnant & ego illorum iudex iuſtus ero. Si paſtores eccleſiæ meæ, opiparā habēt menſam, ſeipſos paſcūt, & non oues meas, ſi in curijs vagātur gregē ſuum dimittētes, quid ad te? Ecce ego ſuper paſtores, & requirā oues meas ſuo tēpore. Si clerici, ſi magnates, ſi deniq; religioſi, non vt decet ambulāt, nihil tua. Tu me ſequere teipſum reſpice, aliorū curā dimitte, niſi tuo miniſterio incūbat. Dogma ſalubre hoc eſt, vos cordi veſtro infigite illud, & vita comite obliuioni ne tradatis regulā, quā magiſter noſter Chriſtus omnibus tradidit. Sunt pleriq; velut oculi, qui cum omnia videāt ſeſe nūquam vidēt. Vt notat Sanctus Cyprianus. Sic planè, qui vt Petrus de alijs ſoliciti ſunt, nullū nō mouēt lapidē, vt eorum vitā inquirāt, ſuæ vitæ nequā obliti, adeò vt ab alijs facinora ſua audire ægrè ferāt. Rurſus curioſius nemo inquirat, quid ſubſit cauſæ, quod optimus Deus, tres pueros in camino ardēti illæſos ſeruarit, Machabæos autē diris cū matre ſancta cruciatibus obire reliquerit. Iacobū gladio ferire cōſenſit, Ioānem in feruētis olei dolio non permiſit mori. In his & ſimilibus nulla homini quærēda eſt ratio, ſed iudicio Dei relinquēdā ſunt omnia. Nā inueſtigabiles viæ eius. Cunctis ergo curioſis maieſtatis ſcrutatoribus vna eſt reſpōſio: Qid ad te? Tu me ſequere, mirabilis hiſtoria illa Eſdræ. 4. c. 3. & 4. Huc pertinet cui dixit angelus Vriel: Si ea quæ tecū ſunt ab adoleſcētia tua agnoſcere nō potes, quomodo poterit vas tuū capere viā altiſsimi? Ex hac Chriſti reſpōſione perperā tū intellecta rumor exoritur inter fratres.

Ezech. 34

Collatio.

Danie. 3.

Eſdr. 4.

›Exijt ſermo inter fratres qđ diſcipulus hic nō moritur. Et nō dixit Ieſus nō morietur. Sed ſic eum volo manere donec veniā. Quid ad te?

Text.

Diſcipulorū errorē Ioānes ipſe correxit, quia nō dixit Ieſus nō morietur, cū propheta clamet: Quis eſt homo qui viuit, & nō videbit mortem. Quin & inter philoſophos nota eſt hæc ſentētia: Omne generabile eſt corruptibile. Atqui diuus Hieronymus, li. 1. cōtra Iouinianū ſic ait: Si eum ſic volo eſſe quid ad te? Vnde ſequitur non mori, ſed manere cum Chriſto, & dormitionem eius tranſitum eſſe non mortem. Alioqui ſi virgo non fuit, cur præ ceteris amatur à Chriſto? Imo niſi Petrus ſenior foret, Ioanni cōmendata eſſet eccleſia. Denique vt breui ſermone multa comprehendam, doceamq; cuius priuilegij ſit in Ioanne virginitas, à domino virgo mater virgini commendatur. Hæc ille. Nec ſolus beatus Hieronymus ita legit, ſed Cyrillus etiam non, ſic, ſed ſi eum volo manere donec veniam, ſcripſit.

S. Hiero.

Vnde conſtat librarij inertia, magis quã interpretis factũ eſſe. Quod autẽ de morte Ioãnis dubiũ non ſit, quã multis rationibus ſuadet Diuus Aug. tract. vlt. in Ioannẽ. Nam ſiquis aſſerere voluerit eũ adhuc viuere donec antichriſtus veniat. Verum in Apocalypſi ſua, Heliæ & Enoch tãtum meminit, quos duo cãdelabra & duas oliuas nũcupauit, tum ob doctrinã ſuam præclaram, tum etiã ob ingẽtem fructum, quem ex prædicatione colligẽt. Quorum alter de lege naturæ, alter de tẽpore legis ſcriptæ cõſurget cõtra belluã immaniſsimã antichriſtũ. De lege gratiæ tũc viri egregij perſiſtent, & ideò Ioãnes ob hoc viuus nõ ſeruatur, quia opus eſt. Adhæc, ſi ob id quis dicat, quod Ioãnes nõ obijt adhuc, eò quòd ſacrũ eius corpus nõ reperitur, eadẽ ratione dicẽdum, quod Moſes nõ mortuus eſt, cuius corpus nuſquam inueni tur. Verumtamẽ ex ſacra pagina perſpicuũ eſt, Moſen obijſſe, in mõte Nebo. Quid pluribus immoror? Equidẽ non eſſet magnu dare dilecto Ioãni nõ mori, cũ (apoſtolo teſte) longè melius ſit mori & eſſe cũ Chriſto, vt egregiè S. Aug. probat. Perſuaſum mihi ſemper habui dilectũ Ieſu è corpore migraſſe. Imò, vt nõnulli ſenſere, ſubinde vt nonagenarius obdormiuit in dño, cum eſſet Epheſi, corpus eius benedictũ ſuſcitauit. Vnde D. Hieronymus nihil addubitat de morte eius, quippe ſicut vita, ita & mors Ioãnis ſine corruptiõe fuit. Nec obſtat quicquam verbũ illud: Donec veniã, nam hoc de aduẽtu mortis cuiuſuis apoſtoli doctores explicãt. Iuxta illud: Iterũ veniam ad vos, & aſſumã vos ad meipſum, vt, vbi ego ſum, & vos ſitis. Atqui circa omnem dolorẽ exhalaſſe animã, argumẽto eſt, quod non lecto decubuit, ſed lubẽs mauſoleũ intrauit, populo aſpectãte, & ibidẽ hilariter emiſit ſpiritum. Nec mirũ ſi in morte vexatus non eſt, qui iuxta crucem dñi ſic doluit, vt pluſquã martyr euaſerit, videns Chriſtũ Ieſum pendentẽ in cruce mori, quẽ maximoperè diligebat. Nẽpe dura eſt, velut infernus, æmulatio, vt in canticis legimus. Sanè quicquid in corpore Saluator nr̃ eſt paſſus, id in corde patiebatur dilectus eius Ioannes. Et quod ſacerrimæ virgini ꝓphetauit iuxtus Symeõ, dici poteſt de Ioãne, tuã ipſius animã pertrãſibit gladius. Deniq; niſi poſt exhalatam animã ſtatim corpus eius ſurrexiſſet, quam ob cauſam, nõ oſſa ſanctiſsima eius in terra honorẽ à chriſticolis accipiunt, vt corpus Petri & Pauli, aliorũq; ſanctorum, quarũ reliquias tãti facimus? Quandoquidẽ corpus Moſi, iure optimo nõ adinuẽtum eſt, nã populus Hebræorũ aliàs procliuis ad idolatriã, idolatriãdi anſam acciperet. Nempe qui vitulũ aureũ, & ſerpẽtem æneũ, quẽ Moſes fecit, adorauerat, nil

S. Aug. *Apocal.* *Gene. 5.* *4. Re. 2.* *Deut. 34* *Philip. 1.* *S. Hiero.* *Ioann.* *Canti. 8.* *Luce. 2.* *Nota.*

nil minus faceret, ſi ducis ſui corpus ob oculos haberet. Quod pericu lũ profectò nõ imminebat, apud orthodoxos, qui Deũ ſolum adorãt in ſpiritu & veritate, quãuis Ioãnis corpus poſsiderẽt. Mãſit hic Apo ſtolus in Iudæa vſq; ad excidiũ Hieroſolymitanũ, per Titum & Ve ſpaſianũ, & venit in Aſiam, vbi poſt Traiani perſequutiõnẽ, in ſenectute bona dormiuit in pace. Summa. Ijs verbis, ſi eum volo manere, quid ad te? voluit dñs ſanctũ Ioãnem non per tormẽta, aut agones diros, non manibus carnificũ dilaniari, aut per ſanguinis effuſionem ad ætherea præmia trãſire, ſed in ſpiritus trãquillitate, & in vtriuſq; hominis dulcedine, in diuinæ ſuæ bonitatis cõtemplatione, quam de pectore ſuo ſacro hauſerat inſtituit manere, donec de hac valle calamitoſa multarũ ærũnarum referta tranſlatus, conſummatæ redderetur fruitioni. Quod quidẽ per ſomnũ mortis vſqueadeò placidum ac ſuauem, nonaginta expletis annis geſtũ eſt. De quo longè melius quàm de Gedæon aſſerere poſſumus. Mortuus eſt in ſenectute bona. Ille Dux erat populi Dei & Madianitarũ cuneos, dño adiuuãte proſtrauit, hic autẽ ſpiritu dni Chriſti Ieſu fret⁹, Ebionitarũ Cherintorũ, alioruq; hæreticorũ Saluatoris diuinitatẽ negãtiũ, gladio ancipiti, exercitus iniquos deuicit, ſacrũ euãgeliũ ſcribẽs. Quo planè perlecto, oẽs hęreticorũ phalãges extẽplò ſuccũbũt. Deniq; ſequitur in Euãgelio. *Summa.* *Iudi.8.*

Hic eſt diſcipulus ille qui teſtimoniũ perhibet de ijs. Et ſcimus qa verũ eſt teſtimoniũ eius. Non vt Lucas & Marcus quæ audierunt ab alijs, qui cum Chriſto fuerũt ab initio Ioannes ſcripſit, ſed, vt teſtis oculatus euangelium & epiſtolas ſuas dictauit. Alludit hoc ad illud quod in canonica ſua ipſe dixit. Quod fuit ab initio, qđ audiuimus, quod vidimus, & manus noſtræ cõtrectauerunt de verbo vitæ. Et vita manifeſtata eſt, & vidimus & teſtãmur, & annũtiamus vitã æternam, quæ erat apud patrem, & apparuit nobis. Ecce ſe vidiſſe quæ nobis narrauit de vita æterna Chriſto Ieſu, imò & manibus ſe contrectaſſe dicit, quod verbis cõteſtatur, quod plus certitudinis afferre ſolet. Nihilominus minoris authoritatis nõ ſunt, quæ Spiritu ſancto afflante Lucas, & Marcus ſcripſere. Credimus euangelijs quatuor, eo q̃ ſancta Eccleſia Romana ſponſa Chriſti Ieſu ſpiritu ſponſi ſui affla ta, ea nobis tradidit credenda. Aduertendum autem eſt, quod Ioannes loco totius eccleſiæ hic loquitur dicens: Scimus quia verum eſt teſtimonium eius, vnde Spiritu ſancto agente proculdubio ſic locutus eſt. Alioqui ſat erat dicere: Scio quia verũ eſt teſtimoniũ meum. Et hactenus de lectione ſacri euangelij. *Text.* *Luc.1.10.* *1.Ioan.1.*

SECVNDA PARS Declamationis.

2.Pars VIdit Petrus diſcipulum quē diligebat Ieſus veniētem, qui & ſupra pectus in cœna recubuit. Ecce cariſsimi duo eximia priuilegia Sancti Ioannis, è quibus quāplurima alia ſcaturiunt dona. Dilectum Ieſu ſeſe nominauit, & ita dilectū à Chriſto ſe aſſerit, vt inſigne amoris illi oſtēderet pectus ſuum ei præbens: ſuper quo in cœna vehemēter dilectus diſpulus requieſcat. Res ſanè dictu mirabilis! quā multos, & præcellētes titulos euāgeliſta noſter habeat. Nēpe ſe prophetam apellare rectè poterat, quo nomine mirū in modū ſacra ſcriptura Moſem, Heliam, alioſq; vates diu honorare ſolet. Huc pertinet illud: Surrexit Helias propheta, ſicut ignis, & verba eius ſicut facula ar-
Eccle. 48 debāt. Quod, ni fallor, de Ioāne multo melius dicere oportet. Vt ignis ipſe arſit, amore Chriſti Ieſu accēſus, adeò, vt ipſe ſolus inter apoſtolos inuētus ſit cum rege noſtro, in mōte Caluario, quando moriēs in cruce, qui eſt via, veritas & vita, abſorta eſt mors in victoria. En quā-
Canti. 8. tum veritatis habeat, quod ſpōſa in cāticis loquitur. Fortis eſt vt mors dilectio, dura velut infernus æmulatio. Lāpades eius lāpades ignis atq; flammarū. Aquæ multæ non potuerūt extinguere caritatē. O fortiſsimum regis regū Chriſti militem, qui nec Phariſæorum aut ſacerdotū rabiem truculētam, nec Pylati cuneos timēs, ad crucē vſq; Saluatoris deuenit, cupiēs mori cum dño ſuo? magis, quàm viuere ſine illo. Fortis quidē vt mors, eſt vera dilectio Chriſti. Imò morte ipſa fortior, ita vt aquæ multæ inundātes in Ieſum, nec caritatē apoſtoli qui uiſſent extinguere, quominus cōſtanter, infractoq; animo, iuxta cru-
1. Reg. 14 cem ſanctam ſtaret. Aſcēdit Ionathas manibus & pedibus reptās, & armiger eius ſecutus eſt eū. Contra Philiſtim Chriſtus Ieſus aſcēdit, affixus cruci quaſi manibus & pedibus reptās, vt expoliaret principes tenebrarū, eoſq; triumpharet in carne ſua. Quem ſanè nō deſeruit armiger eius B. Ioānes, ſed ſecutus eſt eū, nedū vſq; ad crucē, ſed vſq; ad ſepulchrū, in quo ſuis manib⁹ corpus magiſtri collocauit. Vidiſtis quomodo inſtar Heliæ prophetæ ſurrexerit noſter ꝓpheta Ioānes. Nūc verba eius ardētia inſpicite. Quid obſecro euāgeliu & epiſtolæ eius ſpirāt, niſi caritatē, niſi Dei ſummi, & proximi amorē? Diligam⁹ Deū ait quoniā ipſe prior dilexit nos. Sermonē Chriſti Ieſu in cœna factū ſolus ipſe exarauit, cuius verba, vt rogus ingēs ardēt, ni noſtra
1. Ioan. 3. pectora adamante duriora ſint, & quouis gelu frigidiora. Qui nō diligit

ligit manet in morte,inquit.Mortuũ ſe exiſiſtimet neceſſum eſt,qui caritatẽ nõ habuerit.Sed roget quis, vbi ſe prophetã oſtẽdit? Legite ſuã Apocalypſim, & vaticinijs exũdantẽ eã inuenietis. In qua nedũ oĩa quæ vẽtura ſunt aduerſa cõtra eccleſiã militãtẽ inſinuat,ſed quæ poſt hanc vitã eueniẽt patefacit, deſcribẽs graphice ciuitatẽ ſanctã Hieruſalẽ,quæ libera eſt mater noſtra. Ideſt vitã illã beatam ſanctorũ,ſubtili ſtylo depingit,ac ſi oculis proprijs eã intuitus foret. Vnde non ſemel,ſed ſæpe Apocalypſim prophetiã vocauit. Beatus qui legit & qui audit verba prophetiæ huius, & ſeruat ea,quæ in ea ſcripta ſunt. Obſeruãdum quã ſint vtilia opera noſtra, nõ ait beatus erit qui legens,aut audiẽs legẽ dñi ſed qui etiam fecerit,quæ dñs præcepit nobis. Obtumeſcãt iam improbi hæretici neceſſe eſt,quippequi totum meritũ fidei dantes,opera bona contẽnunt. Ceterũ in fine Apocalypſis,prophetiam eſſe dicit,cui qui addiderit vel minuerit,plagis multis vapulabit. Proculdubio prophetæ,quaſi præfatores dici poſſunt, teſte S.Iſidoro.lib.etymo. Eò quod à remotis fantur,& de futuris vera prædicũt. Eam ob rẽ ſcriptũ eſt,qui hodie vocatur propheta,olim vocabatur vides. S.Tho.2.2.q.171.ar.1. Imò vt diuus Hieronymus conteſtatur,prophetia eſt quodàm ſignum diuinæ præſciẽtiæ. Quam ob rem ei non poteſt ſubeſſe falſum. S.Tho.ibid.ar.6. Vnde clarum eſt, Ioãnem ſortitum fuiſſe propheticam dignitatem, quam in hoc euangelio hodierno ſilentio non præterijt.

Apoc.1. *Apoc.21.* *1. Re.9.*

Rurſus martyris nomen ſibi iure optimo vendicare poterat. Non modo quia in feruentis olei dolio miſſus ob fidem Chriſti Ieſu,nec tyrannus defuit, nec volũtas moriẽdi,ſed ſola Dei voluntas. Ideo athleta dñi nõ victus,ſed vnctus euaſit. Mira res,ſemper creatura ſui creatoris famulatur imperio. Niſi homo improbus q ſuapte malitia rebellis eſt factori ſuo. Sed Ioãnes nobilius martyrij genus,quã ceteri apoſtoli paſſus eſt,quãdo Chriſti Ieſu obire in patibulo crucis, tot angores pati vidit. Sanè ſi ita eſt S. Auguſtino teſtãte,quod anima plus eſt vbi amat,quã vbi animat,anima ſancta Ioannis plus erat in manibus & pedibus,& corpore Chriſti Ieſu, quẽ vnicè amabat,quã in corpore ꝓprio. Amore captꝰ ait quidã ſapiẽs, in corpore proprio mortuus eſt,viuit in alieno. Vñ liquet qđ lãcea,qua miles latus Chriſti aperuit poſt mortẽ,cor diſcipuli ſauciauit, qđ in pectore Saluatoris latebat. O nimiũ felix martyrij genus, qđ ſanctꝰ hic adeptus eſt! Quandoquidẽ vox illa Chri etiã Ioãnis eſt: Vulneraſti cor meũ ſoror mea, Verũ niſi dilectus Ieſu in corde ipſius eſſet, æquam à ſanguine nulla tenus diſtin-

Plato. *Canti.4*

Ioan.19. diſtinguere poſſet. Continuo ait,exiuit ſanguis & aqua. O aquilam ſagaci viſu vigētem, ſi parū ſanguinis in magna amphora aquæ quis mittat,amplius aquam non videbit. At beatus Ioannes,ſic acumine oculorum rem hanc myſterijs plenam intuebatur,ſic abſortus in Ieſum pendentem in cruce totus erat, vt ſui oblitus prorſus penderet à Chriſto. Dubio procul etſi de lege ordinata ad perfectā martyrij rationem,requiratur, quod quis mortem ſuſtineat propter Chriſtum,
S.*Hiero.* nihilo ſecius D. Hieronymus in ſerm. Aſſumptionis Deiparæ Mariȩ ſic ait:Rectè dixerim,quod Dei genitrix,virgo & martyr fuit,quamuis in pace vitam finierit. Idq; ſuo modo de Ioanne dici nihil vetat, dicente dño: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.
Matt.5. S.Tho.2.2.q.124.ar.4.Cum ergo tot pericula mortis ſpōte ſuſtinuerit ob Chriſti amorem,tantùm abeſt vt martyrij corona ſit orbatus.

Adhæc apoſtolica dignitas tam eſt magna, vt apoſtolus ad Ro-
Rom.1. manos dixerit: Paulus vocatus apoſtolus ſegregatus in euangelium ſuū Dei. Ecce apoſtolū ſe appellat,titulū illum magnificiēs. Eſt quidē apoſtolorū ſtatus ita perfectus,vt nihil ſupra. Hunc pro virili ſua ſancti patres imitari conantes ſanctas religiones inſtituerūt, vbi viri religioſi paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ vota ſeruarent, quos
S.Diony. B. Dionyſius,de cæleſti Hierar. ca.5. Monachos vel triapentas,ideſt Deo famulantes vocat,S.Tho.1.2.q.184.artic.5.Nec abs re apoſtolis dictū eſt:Sedebitis & vos ſuper duodecim ſedes,iudicātes duodecim
Iob. tribus Iſrael. Ecce quātū gloriæ,& honoris datū eſt apoſtolis Chriſti, & eorū ſectatoribus,dicēte Iob:Pauperib⁹ dedit iudiciū. Eſt & alius titulus non cōtemnēdus,euāgeliſta,quiq; paucis cōtigit, Quatuor tātū ſacroſancta eccleſia delegit,quorū dogmata nobis credēda,& toto pectore amplexāda propoſuit. Inter quos aquila noſtra Ioannes, vt principio dicere cœpimus,eminuit. Atq; ceteris præcellētior habetur,qđ perſpicuū eſt,ſi quis ſacrū euangeliū eius penitius expēdat.

Quid quod virgo fuit à Chriſto Ieſu electus, & innuptijs vocatus, vt B. Hieronymus & D. Auguſtinus,in prologo ſuper illius euangeliū citra omnē controuerſiam aſſerūt. Verum virgines dūtaxat cāti-
Apo.14. cū illud cōcinere poſſunt:Deo & agno,quod nemo alius cātare poterat. Imò virgines tantūmodò ſequūtur agnum Dei,quocunq; ierit. Nonne ij ſunt equi albi, qui inter mirteta ſequebatur eū, qui in albo
Zach.1. equo ſedebat,vt Zacharias narrat? Saluator mundi ex virgine ſacra natus,velut equo albo inſidens,vitam ſuam perfecit opere,& ſermone ſuadens nobis virginalem caſtitatem: Beati,inquit, qui ſe caſtrauerunt

uerunt propter regnum cælorum. Tales erunt in hac vita, vt angeli Dei, qui ſuapte natura virgines ſunt. Ij planè in albis equis militant carnis illecebras, lethaleſq; delectationes horrẽtes. Inter mirteta ambulant, quippe quę ſemper virent, adorentq; nimio fragrant. O mirum virginitatis odorem, ò virorem omni Smaragdo pulchriorem. Nonne virginitatis fragrantia, & pulcherrimus eius viror, filium Dei in ſinu patris cæleſtis allexit, ita vt recũberet in vtero puriſsimæ ſuæ matris homo factus? Equidem qui hanc eximiam virtutem puritatis adamauerit, integer permanebit. Quoniam qui cum vxore eſt diuiſus, & ſolicitus eſt quomodo placet vxori, quemadmodum Apoſtolus clamat. At qui cælebs manſurit, is perfectus & integer eſt, totum ſe Deo dicauit. Nec aliorſum tẽdebat, ſacrificium quod olim Abraham Deo obtulit, in quo diuidẽs animalia, aues tamen haud diuiſit. O felices qui mundo corde & corpore, quaſi duabus pennis in ſublime volitant, cum Paulo dicentes: Conuerſatiò noſtra in cælis eſt. 1. Cor. 7. S. Thom. 2.2.q.152. ar.5.

Quorſum tot titulos magni honoris in Ioanne glorioſo adnumerauimus fratres? Nempe vt toto corde eum honorificetis, ſecteminiq; illius tam excellas virtutes. Ad hæc vt intelligatis quomodo, quaſi omnium oblitus, ſe dilectum à Chriſto vocarit. Mira res, nõ Prophetam, aut Martyrem: non Euangeliſtam, aut Apoſtolum: non deniq; virginem à Chriſto Ieſu ſelectum, ſed quod plus ponderis habet, plus & meriti continet dilectionem Chriſti erga ſe patefacit. Diſcipulus quem diligebat Ieſus, inquit. Quid prodeſt prophetare vt peſsimus Balam, qui tam mira de populo Dei vaticinatus in baratrum deſcendit? Quid iuuat cum illis clamare in die iudicij, nónne domine in nomine tuo prophetauimus? Et in nomine tuo dæmonia eiecimus? Sine caritate tradere corpus vt ardeat, nihil prodeſſe teſtatur Paulus. Virgines erant illę ſtultæ & quanquam lampades ardentes manibus portabant, clauſa ianua ait ſpõſus, neſcio vos. Nimirum niſi Chriſtus diligat nos miſeri ſumus & infelices. At ſi nos dilexerit locupletes, & beati erimus. O ter quaterque beati quibus Rex regum Chriſtus ait: Iam nõ dicam vos ſeruos ſed amicos. Et iterum: Pater amat vos, quia vos ſeruos me amaſtis, & credidiſtis. Nec fieri poteſt, quin Saluator dona propemodum innumera impendat ſuis dilectis, omnium virtutum chariſmatibus eos ditans, potiſsime caritatem cordibus ſuis infundens, quæ ceteris virtutibus præcellẽtior eſt. Imò illarum ſpecimen & forma. Vnde rectè Theologi aſſerunt, quod aliarum virtutum actus per caritatem ordinãtur in ſuum finem, S. Thom. 2.2.q.23. Matt. 7. Ioan. 15.

arti.

arti.8. Nec aliò tendit quod potiſsimè Saluator noſter, omnis & ſacra pagina hanc excellentem virtutem paſsim nobis inculcat. Hinc apoſtolus, caritatem excellentiſsimā virtutem benemeritò appellat.
1.Cor.13. Nunc manēt fides, ſpes, caritas, ſed horum maior eſt caritas. Vbi aduertendum, quod virtutes Theologicæ quia conſiſtunt in attingēdo
Nota. regulam primam, id eſt Deum, longè meliores ſunt moralibus aut intellectualibus virtutibus, quippe quę regulā rationis dūtaxat attingūt. Ideò oportet, ꝙ ea virtus theologalis potior ſit quæ magis Deū
S. Tho. attingit, & hæc eſt caritas. Nēpe fides & ſpes Deū ipſum attingūt, ſe
2.2.q.23. cūdum quod ex eo nobis prouenit cognitio veri, vel adeptio boni.
art.6. At caritas ipſum attingit, vt in ipſo ſiſtat, non vt ex eo nobis aliquid proueniat. Quam ob cauſam caritas pręcellētior eſt fide & ſpe, & alijs virtutibus. Hanc Chriſtus impertiuit affatim beato Ioāni, & ob id maximè gloriatur de Chriſti Ieſu amore, dilectum Ieſu ſe dicēs, quibusuis alijs titulis honorificis, veluti poſthabitis. Demus ergo operā fratres vt à Chriſto diligamur, cuius dilectionē profectò facile aſſequemur ſi eū, vt par eſt, toto corde, totoq; affectu diligamꝰ. Ego ait ipſe, ceu fidelis amator, diligētes me diligo. Sed iam ſigna ingētia præcipui amoris Chriſti erga Ioānem oſtēſa, propēſius inſpiciamus.

Qui ſupra pectus dñi in cœna recubuit. Quid dicā fratres, aut quo me vertā prorſus ignoro. Stupet mēs, lingua obmuteſcit, dū intueor diſcipulū adeò honoratū, adeoq; exaltatū & ſupra pectus cæli & terræ dñi recūbentē. O immēſam Chriſti Ieſu in diſcipulū ſuū caritatē! O modis omnibus laudādā ſummi numinis beneuolentiā. Moſes vo
Exo.3. catus de rubo ardēti in deſerto, ſtatim audit: Ne appropies huc. Ioannes verò nec aſcitus, ſic audet accedere vt recūbat in pectore Saluatoris. Baptiſta alias ſanctificatus & plenus Spiritu ſctō adhuc ex vtero matris, pauet, & tremit tāgere verticē dñi ad baptiſmā aduētantis.
Matt.3. Imò ſubinde, vt veniētem vidit, clamat: Dñe ego debeo baptizari à te, & tu venis ad me? Apoſtolꝰ autē nō veretur, ſed fidēter acceſsit nihil trepidās. Quid plura? Vt populus quōdam legē accipiat, nedū in mente aſcēdere audebat cum Moſe, nec tangere radicem mōtis poterat, pœna mortis imminente. Diuus Ioannes forti animo ipſum legiſlatorem tangere haud expaueſcit & in ipſo requieſcere præſumit.
2.Reg.6 Deniq;, Oza extemplò morte repētina mulctatur, tangens arcā fœderis dñi bobus recalcitrantibus, quippe quæ ex lignis ſectim fabrefa
Nota. cta, māna in vrna aurea, & tabulas legis digito Dei ſcriptas portabat, & Chriſti humanitas vera pacis noſtri arca, in qua habitat plenitu-

do

do diuinitatis,ſic à Ioãne tãgitur & contrectatur? Manus noſtræ,ait ipſe,contrectauerũt de verbo vitæ. O mirabilem ſancti amoris auda ciam,nempe,vt teſtis eſt Bernardus,amor dignitatem neſcit,amãtes æquat. Videte cariſsimi præcellentem gratiam,quam nobis largitus eſt filius Dei, poſtquam ſe fratrem noſtrum effecit & noſtræ carnis cinctorium induit. Olim,vt dñs maieſtatẽ ſuã indicabat,quo terror illius eſſet in corde ſeruorũ ſuorũ. Tunc vt leo vindictã ſumebat de improbis hominibus,nũc vt agnus mãſuetus, verbũ caro factũ eſt & habitauit in nobis. Cui ſententiæ alludit illud prophetæ:Poſt hæc in terris viſus eſt,& cũ hominibus cõuerſatus eſt. Et egreſſus eius à dieb⁹ æternitatis. Adſtipulatur huic ſententiæ D. Paulus dicẽs: Apparuit benignitas,& humanitas Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Apparuit filius Dei homo factus benignè ſe gerẽs erga homines, vt benignitate allectet,quos olim timore ingẽti deterrebat. Ecce aquila magnarum alarũ plena plumis,& varietate,venit ad Libanũ & tulit medullã cedri,& aſportauit eã in ciuitatẽ negotiatorũ. Quæ etſi de rege Babylonis dicta ſunt,qui adeò potens fuit vt ciuitatẽ ſanctã deſtrueret, & regẽ ac magnates captiuos duxerit in Babylonẽ, melius de B. Ioanne hæc omnia dici poſſunt. Grãdis aquila fuit qui dilectus à Chriſto, & electus magnus effectus eſt. Magnas pẽnas habuit, qui ſic volauit vt ſuper Cherubim aſcẽderit, & Trinitatis ſacrũ myſteriũ, nedũ vidit, ſed nobis prædicauit. Vt aquila diuidens eſcã ſuis filijs,in nidulo corporis huius degẽtibus. Varietate colorũ hęc aquila decoratur,dũ tot priuilegijs dilectũ ſuum dñs inſigniuit, vt iã nuperrimè diximus. Sanè illum fecit Saluator prophetam, apoſtolum, euãgeliſtã, & martyrem, necnõ & virginitatis pulchritudine eum decorauit. Hæc aquila ad Libanum, id eſt ad cãdidam eius humanitatẽ exaltatus, in pectore illo ſacro recumbẽs, medullam cedri tulit, verbum patris contemplatur dicens: In principio erat verbum,& verbum erat apud Deum,& Deus erat verbũ. En facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor,ſeipſam excedẽs. Vbi S. Aug. tract. 1. ſuper Ioannem. Tam altum ſumpſit ille exordiũ quod ſi Paulò altius ſumpſiſſet,trãſcenderet omnia cacumina mõtium, terrarum,& omnes choros angelorũ. Niſi omnia creata tranſcenderet,ad eũ qui omnia creauit nõ perueniret. Ecce medulla cedri, filius Dei altiſsimi eſt,cui pater ſuã potentiã æternitatẽ, & deitatem cõmunicat ab æterno. Hanc medullã in ciuitate negotiatorũ poſuit aquila noſtra grãdis, quãdo diuinitatẽ Saluatoris oſtẽdens in ſacra eccleſia myſterium,tã abditũ,tãq; multis retrò ſeculis obſconditum

1. Ioan.

Ioann. 1.

Baruc. 3.

Iere. 17.

S. Augu. in Ioann.

ditum reſerauit. Tres ſunt, inquit, qui teſtimonium dant in cælo, pa-
1. Ioan. 5. ter, & verbum & Spiritus ſanctus & ij tres vnum ſunt. Non probat ra-
tionibus, quæ fide indigent, & omnem rationem ſuperant. Quas ob
res intellectus captiuãdus eſt in obſequium Chriſti Ieſu. Negotiato-
res in eccleſia fideles ipſi ſumus, quique optimas quærimus margari-
tas, virtutes omneis capeſere affectantes. Quibus dominus ait: Nego-
tiamini dũ venio. Veniet vtiq; Saluator, vt mercedẽ electis præbeat.
Deut. 33 Ecce fratres, vaticinium Moſi impletum, Beniamin amãtiſsimus
domini in eo habitabit confidenter, quaſi in thalamo tota die mora
bitur, inter humeros illius requieſcet. Bone Deus quam optime cun-
cta dilecto diſcipulo accommodantur. Vos ſigillatim cuncta expen
dite, nobis in præſentiarum minime vacat omnia explanare. Benia-
min filius erat Iacob minor natu; & ob id tenerius eum pater ama-
Gene. 35 bat. Hũc Rachel peperit, & in illius partu obijt. Fuit binomius, nam
mater angore magno affecta vocauit eum benoni, id eſt filius doloris
mei. At pater apellauit illum Beniamin. Hoc eſt, filius dextræ. Ad
eandem imaginem Saluator noſter filium dexteræ vocat Ioannem,
quem tantopere ipſe exaltauit, & donis maximis honeſtauit. Filius
dexteræ fuit qui infracto animo iuxta crucem aſtitit cunctis apoſto-
lis recedentibus. Atqui Rachel pulcherrima virgo ſancta Deipara,
nominat eum beoni. Quia filius doloris eius fuit Ioannes, & tempore
Ioan. 19. anguſtiæ, ſibi à Chriſto Ieſu datus: Mulier ecce filius tuus. Vbi par-
tim alma virgo vehementer gauiſa eſt, audiens vocẽ dilectiſsimi filij
ſui in cruce pendẽtis, partim vero nimia mœſtitia fuit affecta, audiẽs
tam inſolitã & imparem cõmutationem fieri. Filius altiſsimi quem
ipſa concepit tollitur, ſubrogatur autem filius piſcatoris. Seruum pro
domino accipit, creator pro creatura commutatur. O beoni fili do-
loris mei, anxietatis & laboris maximi. Is ergo Beniamin habitat cõ-
fidẽter in pectore Ieſu quieſcẽs, inter humeros omnipotẽtis Dei com
Pſal. 67. moratur, quo nemini apoſtolorum cõceſſum fuit vnquam. Demira
tus regalis propheta de hac ſtupenda re aiebat: Ibi Beniamin adole-
ſcentulus in mentis exceſſu. Quid eſt ibi? Sane ſupra regis noſtri pe-
ctus pro ceruicali habens cor diuinum. Ibi adoleſcentulus Ioannes
Nota. erat. Sed quonã pacto ſe habebat? Equidẽ in mentis exceſſu. Soporẽ
miſit Deus in Adam, & tũc adduxit ad eũ omnia, vt videret quid vo-
caret ea, impoſuitq; nomina reb9. Præcellẽtius in hac paradiſo amœ
niſsima vbi nullũ ſerpẽtis verſuti veſtigiũ, in pectore Chriſti obdor-
miẽs Ioãnes, nedũ omnia nouit, ſed ſupra omnia euectus, omniũ rerũ

molitorē ac moderatorem, acie irreuerberata inſpexit. Nomina peculiaria rebus indidit Adã, Ioãnes tribus perſonis nomina propria impoſuit, patrē & filium & ſpiritum ſanctum, Trinitatem illam ineffabilem appellãs, in vnitate eſſentiæ coadunatam. Ii tres ait vnum ſunt, nō tres dij ſed vnus Deus, nec tres dñi, ſed vnus & idē dñs. Hinc Saluator noſter rectè illud cãticorum ore ſuo benedicto profert: Dilectus meus mihi & ego illi, inter vbera mea cōmorabitur. O verba amoris igne flagratia, quis niſi amore Dei tactus ea poterit indagare? Dilectus meus Ioannes mihi carus, & à me præ ceteris apoſtolis vnicè dilectus eſt, & ego illi magiſter, frater, & amicus. Eas ob res inter vbera mea requieſcet in cœna. O fratres, ſi nos vt columba Noe inter vndas huius diluuij volitantes, non quicquã inueniremus vbi pes affectus noſtri quieſceret. Vtinã ne in honore ſeculi labētis nec in diuitiarũ amplitudine, nec in carnis fallacis voluptate requiē inueniamus, nempe mala, quæ hic nos premũt ad Deum ire cōpellunt. Ad arcam noſtram cōuolantes fugiamus cum Ioãne. Ecce pectus Chriſti Ieſu adeſt, imò oſtium apertum nobis datur quia modicã habemus virtutem, vt dñs in Apocalypſi clamat: Fugiamus Satanæ technas & tendiculas, fugiamus mundi anfractus, fugiamus deniq; nos ipſos, vt in pectore Chriſti tanquam in nidulo trãquilla ſit mens noſtra, cum pſalmographo decãtãtes: In pace in idipſum dormiã & requieſcam. Et iterũ: Hęc requiēs mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam elegi eam. Nōne petra refugium eſt herinacijs, vt in pſalmo legimus? Petra autem ſolida Chriſtus eſt, nos verò herinacij mole delictorum onuſti, & ſpinis peccatorum obſiti, petrã tutiſsimã adeamus fidēter. Quin & ipſe inſtar gallinæ nos vocare nullatenus ceſſat dicēs: venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã vos. Ieſu bone, noſtri amãtiſsime, ſub vmbra alarum tuarum protege nos, à facie eorum qui nos afflixerunt. Audiēs Ioannes preſſuras & labores plurimos, quos Chriſtus Ieſus erat paſſurus, breui admodũ, triſtatus valde Ioãnes, veluti ad arcē tutiſsimã cōfugiens, ad brachia Saluatoris cōuolauit, cũ rege Dauid, dicēs: Sub vmbra alarũ tuarũ ſperabo, donec trãſeat iniquitas, & iudæorũ ſeuera perſecutio. Admonēs nos, vt in quauis calamitate, ita & nos faciamus. Nōne populus Chriſtianus filius doloris eſt Deiparæ Marię, quē ſub arbore crucis angore ingēti adflita peperit? Nec alið attinebat illud, qđ Saluator ei dixit oſtēdēs Ioannē: Ecce filius tuus. Sed pater pientiſsimus Chriſtus filiũ dexteræ orthodoxos vocat, quos vt oues in die iudicij ſtatuet ad dexte-

1. Ioan. 5.
Canti. 2.
S. Greg.
Apoc. 3.
Pſal. 13.
Matt. 11.
Pſal. 16.

rā, benedictos eos dicēs qui digni ſint regno illo feliciſsimo æthereo.

Sed forſitan rogabit quis. Quorſum Ioannes præcipuè dilectus ſit
Ioan. 15. vocatus, cū dñs oēs apoſtolos dilexerit? Iam non dicā vos ſeruos ſed amicos ait ad eos rationēq; tātæ neceſsitudinis ſubinde adnectens in-
Sapi. 11. quit. Quoniā quecūq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Quid plura? Deꝰ ſuapte natura omnia diligit. Diligis omnia, ait ſapiēs, & nihil odiſti eorū quæ feciſti. Imò oēs creaturæ ideò ſunt quia Creator eas
S. Aug. vult eſſe, S. Tho. 1. p. q. 20. art. 2. Ad hoc reſpōdet S. Auguſtinus quod Deus omnia quæ fecit amat, magis aūt rationales creaturas. Et de ijs, amplius eas quæ ſunt mēbra filij ſui. Multo magis ipſum vnigenitū
S. Diony. ſuū. Vnde S. Dionyſius. 4. de diui. nomi. audēdum eſt, & hoc pro veritate dicere, quod & ipſe omniū cauſa per abūdantiam amatiuæ bonitatis, extra ſeipſum fit ad omnia exiſtētia prouidētijs. Multi multa dixerūt ſuper hac quęſtione, nos obiter nōnulla dicemus, remittētes ſapiētem lectorē ad diuū Aug. tracta. vlti. ſuper Ioānem, vbi pleraq;
Scotus. 3. d. 32. q. 1. annotatu digna explicātur. Etiam beatus. Tho. 1. p. q. 22. art. 4. ad tertium. Vnde operæpretiū erit notare quod Deus magis diligere meliora nihil eſt, quàm eis velle maiora bona. Volūtas Dei eſt cauſa bonitatis in rebus, noſtra verò voluntas non ita, ſed amat bonum quod eſt vel apparet in rebus ipſis. Itaq; Chriſtus, quò plus dilexit Ioānem, eò maiora dona illi voluit ac exhibuit. Diligit piētiſsimꝰ Deus in no-
Oſeæ. 14 bis bona quæ ipſe contulit ſponte, iuxta illud: Sanabo cōtritones eorum, diligam eos ſpōtaneè. En primo ſanat mētem noſtram, omnem infirmitatem tollēs, & ſubinde vltro nos diligit, cūcta chariſmatum dona lubēs nobis largiens. Quis autem duorum fuerit melior, Petrus an Ioannes, præſumptuoſum eſt iudicare vt optimè ſanctus Tho. di-
Prou. 16. cit. Dicente Salomone, pōderator ſpirituum Deus eſt. Idque de beato Ioanne Baptiſta & Euāgeliſta dicendum, nemo eſt qui ambigat. Satius nobis eſſet ſaluti noſtræ conſulentes, pręclaras ſanctorum virtutes, manſuetudinem, pietatem, tolerantiam, caritatem, pro captu noſtro imitari, quā curioſius, de eorum ſanctitate & gloria indagare.
Nota. Ceterum quod dñs præ ceteris beatum Ioannem dilexerit, eiq; maiora amoris inditia oſtenderit, primo lenitas & manſuetudo eius cauſa fuit. Sanè Petrus magis concitus mouebatur, vnde increpauit dñm de morte ſua prædicātem, & dixit. Abſitā te nō erit tibi hoc. Adhæc in comprehēſione Chriſti Ieſu, euaginato gladio auriculā ſerui pontificis abſcidit. Quod ægrè ferēs mitiſsimus magiſter ſanauit illū confeſtim. At cōtra Ioānes mitis planè & māſuetus erat, cui melius quā

Moſi

Moſi conuenit encomiũ illud: Erat mitiſsimus vir ſuper oẽs homines qui morabâtur in terra. Nec aliò tẽdit laus illa mirabilis regis Dauid, inueni virũ ſecũdum cor meũ, niſi quia valde mãſuetus fuit, tũ cum Saule ſuperbo, tũ etiam cũ Abſalone filio ſuo peſsimo. Quinimo de hoc vate ſancto ſcriptũ eſt. Dauid ſedet in cathedra ſapiẽtiſsim⁹ princeps inter tres, ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus. Huiuſcemodi mãſuetudine decoratus fuit diuus Ioãnes. Legite eius mellifluas epiſtolas, & videbitis quãtam amoris Dei & proximi dulcedinẽ præ ſe ferãt. Sanè ſi omnes vtriuſq; teſtamẽti libros euoluamus, nullũ inueniemus in quo tantũ de caritate ſcriptũ ſit. Omnia ad caritatem refert, & ſi quid aliud loquitur, illo ſtatim reditũ facit. Quid quod vocabulis vſus eſt, amorẽ tenerrimũ oſtẽdentibus: Filioli mei hæc ſcribo vobis vt nõ peccetis. O viſcera pietatis & caritatis plena ex quib⁹ talia profecta ſunt verba. Quãdo igitur Ioãnes mãſuetus adeò fuit, mitis atq; benignus tenerius à Chriſto Ieſu dilectus eſt nã ipſe agnus Dei, ſuauiſsimus & mãſuetiſsimus extitit inter filios hominũ, adeò, vt pro crucifixoribus in cruce pẽdens orarit, abũdeq; lacrymas pro eorũ ſalute effunderet. Vos cariſsimi ſi à Chriſto diligi cupitis mãſueti eſtote, proximis veſtris parcite vltro, donantes eis ſicut & ipſe dñs donauit vobis. Sic mãſuetos ipſe vehemẽter amat, vt in extremo iudicio oues & agnos ad dexterã ſuã cõſtituat, hœdos verò ad ſiniſtram, quos mittet in gehẽnam ignis. *Num. 12.* *Nota.* *Matt. 2.*

Secũdò Saluator noſter maiora dilectionis ſymbola oſtẽdit cum Ioãne, quia virginitatis mũdiſsimæ priuilegio enituit. Quãdoquidem virtus hæc velmaximè Deo grata eſt. Vnde extat oraculũ annotatione digniſsimũ: Qui diligit cordis mũditiam, propter gratiã labiorum ſuorũ habebit amicũ regẽ. Quis enim rex is eſt, qui tãtopere mũditiam cordis amat, niſi rex regum & dñs dominãtium Chriſtus Ieſus, qui ex virgine ſacra naſci dignatus eſt? Munda ſindone voluit inuolui, mũdumq; mauſoleũ elegit & nouum, in quo nõdum quiſquã poſitus fuerat? Equidem hãc gemmã ſynagoga nõ meruit poſsidere, quin omnes nuptui tradebãtur. Vbi ſanctus Hieronymus lib. 1. Contra Iouinianũ, qui ore improbo matrimonium æquabat virginitati. Inibi doctor egregius exponit illud cãticorũ: Symilitudines auri faciemus tibi vermiculatas argẽto. Synagoga ſimilitudines auri habebat, nõ aurum virginitatis. Argẽtum matrimonij tãtum poſsidebat. Vbi ergo vẽtũ eſt ad Deiparã Mariã eccleſia ſancta aurũ optimum habet, Margaritũ virginitatis poſsidet. Exclamare iã licet cũ ſapiẽte: *Prou. 12.* *Matt. 26.* *Canti. 1.* *S. Hiero.*

Sapi.4. O quã pulchra eſt caſta generatio cũ claritate. Immortalis eſt enim memoria illius, quoniã & apud Deũ nota eſt, & apud homines. Et in perpetuũ coronata triũphat. Quid præcellẽtius? Aut quid ſalubrius, vtiliusve, de caſtitate dici vnquã poteſt? Pulchra quidẽ eſt virginitas & ſole ipſo clarior, quã ſic adamauit rex noſter Chriſtus, ſic laudauit, Matt.5. & ſuis Chriſticolis commẽdauit: Beati mundo corde, ait, quoniã ipſi Deum videbũt. Et rurſus: Beati qui ſe caſtrauerũt propter regnũ cælorũ. Ideſt, qui à ſe abdicarũt lethales voluptates, & carnis ſpurtitias S.Ambr. horrori habẽt, virginitatis pulchritudinẽ amãtes. Hinc diuus Ambroſius. lib. de virginitate. Pulchritudinẽ quis poteſt maiorẽ æſtimare decore virginis, quæ amatur à rege ſummo, probatur à iudice, dicatur dño, cõſecratur Deo? Et S. Tho. 2.2.q.152.ar.5. excellẽtiſsima pulchritudo attribuitur virginitati, quippe quæ omnẽ venereã cõtemnit vo- S. Tho. luptatẽ. Hæc nota eſt apud Deũ, qui ſic integritatẽ etiam corporis di- p.1.q.S?. lexit, vt mulieres in ſtatu illo felici Innocẽtiæ virgines cõciperẽt, & ar.2.ad.4 parerẽt. Sic theologorũ ſentẽtia extat. Ergo in pœnã peccati corruptio data eſt. Nota aſt apud homines etiã ethnicos, vnde tẽplũ virgi- Valerius num veſtaliũ Romani erexerũt. Ob hãc cælicam virtutem ſic Ioan- Maximus nes placuit Chriſto, vt etiã matrẽ ſuam virginẽ illi commẽdaret. Dediſſetq; ei primatũ eccleſiæ & non Petro, niſi iunior foret, vt author eſt diuus Hieronymus. lib.1. contra Iouinianum.

Tertiò, ni fallor, Saluator in Ioãnẽ præcipuum amorẽ habuit, ob acumẽ intellectus, quo dono vltra alios ipſe pollebat. Hoc ſanè vel ſolo ſuo experimur euãgelio, quemadmodum paulò ſuperiùs tetigimus. Ipſe de diuinitate, deq; triadis ſacræ myſterio altius ceteris conſcrîpſit: Vt magiſtri cariores babẽt, qui ante alios ſtudioſiores ſunt, ſic magiſter noſter Ieſus diſcipulũ hũc tãtoperè dilexit propter ſub- Prou.14 tilitatẽ intellectus. Huc ſpectat illud Salomonis: Regi acceptus eſt ſeruus intelligẽs. Quin & de Platone memoriȩ proditũ eſt, quod Ariſtotelem diſcipulũ ſuum præ alijs diligebat, eò ꝙ maiori intellectus acumine erat præditus. Vnde factũ eſt, vt die quodã cathedrã aſcendens à lectione abſtinuit, nõ adeſſe vidẽs Ariſtotelẽ. Tũc Plato ait, intellectus abeſt. Sic cõfeſtim de cathedra deſcẽdit. Ceterũ ſic Deus rudes & inſipiẽtes abominatur, vt lege ſancitũ eſſet, quod aſinus nullatenus in ſacrificio poneretur, imò ouẽ redimeretur. Alioqui occidẽ- Rom.12 dus erat ex præcepto domini. Vos cariſsimi nolite fieri inſipientes ſed intelligẽtes, quæ ſit voluntas Dei, bona, beneplacẽs & perfecta. Ceu Apoſtolus admonet. Ecce ſeruus meus, ait dñs, intelliget, exaltabitur

tabitur & eleuabitur & ſublimis erit valde. Quod ſi de populo illo ru- *Eſai.* 52.
di, hoc dictum eſt, quanto magis de populo Chriſtiano id locum habet? Nos reuelata facie non velata (vt Moſes illam habuit) gloriam domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur. Imò nobis datum eſt noſſe myſteriũ regni Dei. Seruus intelligẽs populus orthodoxorũ eſt, exaltatur & eleuatur à Chriſto Ieſu, & ſublimis erit valde ſuper æthera collocatus. Quæ omnia de beato Ioanne explicãda forẽt, niſi oneroſum eſſet, ſingula explanare. Exaltatus eſt dum in ſinu Saluatoris requieſcit. Eleuatus dum ad arcanũ Trinitatis fuit euectus, ſublimis valde, vbi obdormiuit placidè animam exhalãs, ſuſcitatus ab angelis ſublatus fuit ad gloriam.

Sũmatim dicã quædã, quę in laudẽ tãti apoſtoli nũc tractauimus. *Summa.*
Equidẽ fas erat vt à Chriſto Ieſu ceteris plus diligeretur, qui mãſuetudine magna pollebat, nã omne ſimile diligit ſibi ſimile. Manſuetiſsimus agnus diſcipulos mites valde diligit: iratos, & feros odio habet. Sub hęc, cãdore virginitatis Ioãnes erat decoratus, & ideò regis altiſſimi Chriſti amicitiã ſibi cõcilauit. Enimuerò puritatis amator Chriſtus eſt, adeò vt nõ ex qualibet muliere ſed ex virgine Maria naſci dignaretur. Hæc mirabilis virtus angelis cognata ſemper fuit, vt teſtis eſt S. Hieronymus. Nã quod angeli ſuapte natura habẽt vt ſint mun- *S.Hiero.*
di ac puri, id virgines gratia ſummi numnis vendicant, in carne præter carnẽ viuentes, quod, niſi fallor, plus meriti habet. Tandem dilectus eſt à domino valde apoſtolus Ioannes, eò quòd ſagaci intellectu dotatus fuerat, veluti ſua ſcripta patefaciũt. Aquila grãdis eſt in pectore Chriſti conquieſcens, tanquam in rupi eminenti, & nido ſublimi, nos volemus Ioannem ſectantes, viſibilia omnia traſcendamus, & volantes non deficiamus, donec ad pectus Chriſti Ieſu venientes, inibi requieſcẽtes iubilando concinamus: Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniã elegi eam. Et iterum cum ſponſa lætitia magna perfuſi decãtemus: Tenui eum nec dimittam, donec introducam eum in *Gene.* 3.
domum matris meæ. Inueni theſaurum diu deſideratum, neutiquam dimittam illum. Nempe omne argentum & aurum, omneſque gemmæ vernãtes, arena exigua ſunt, ſi ei conferantur: Inueni ſponſum ſpecioſum præ filijs hominum, etiam præ omnibus angelis: eam ob rem brachijs fidei ſynceræ, caritatis flammigeræ, & ſpei indiuulſæ eum tenere enitar. Introducam illum in domũ matris, quẽ fide ſancta agnoui affectu voluntatis ſponte amplexabor, intrã viſcera mea, & in medio cordis, regem meum Chriſtum collocabo. Velut carceris cuſtos

SECVNDA PARS Declamationis.

2.Pars VIdit Petrus diſcipulum quē diligebat Ieſus veniētem, qui & ſupra pectus in cœna recubuit. Ecce cariſsimi duo eximia priuilegia Sancti Ioannis, è quibus quāplurima alia ſcaturiunt dona. Dilectum Ieſu ſeſe nominauit, & ita dilectū à Chriſto ſe aſſerit, vt inſigne amoris illi oſtēderet pectus ſuum ei præbens: ſuper quo in cœna vehemēter dilectus diſpulus requieſcat. Res ſanè dictu mirabilis! quā multos, & præcellētes titulos euāgeliſta noſter habeat. Nēpe ſe prophetam apellare rectè poterat, quo nomine mirū in modū ſacra ſcriptura Moſem, Heliam, aliosq; vates diū honorare ſolet. Huc pertinet illud: Surrexit Helias propheta, ſicut ignis, & verba eius ſicut facula ar
Eccle. 48 debāt. Quod, ni fallor, de Ioāne multo melius dicere oportet. Vt ignis ipſe arſit, amore Chriſti Ieſu accēſus, adeò, vt ipſe ſolus inter apoſtolos inuētus ſit cum rege noſtro, in mōte Caluario, quando moriēs in cruce, qui eſt via, veritas & vita, abſorta eſt mors in victoria. En quā
Canti. 8. tum veritatis habeat, quod ſpōſa in cāticis loquitur. Fortis eſt vt mors dilectio, dura velut infernus æmulatio. Lāpades eius lāpades ignis atq; flammarū. Aquæ multæ non potuerūt extinguere caritatē. O fortiſsimum regis regū Chriſti militem, qui nec Phariſæorum aut ſacerdotū rabiem truculētam, nec Pylati cuneos timēs, ad crucē vſq; Saluatoris deuenit, cupiēs mori cum dño ſuo? magis, quàm viuere ſine illo. Fortis quidē vt mors, eſt vera dilectio Chriſti. Imò morte ipſa fortior, ita vt aquæ multæ inundātes in Ieſum, nec caritatē apoſtoli qui uiſſent extinguere, quominus cōſtanter, infractoq; animo, iuxta cru-
1.Reg. 14 cem ſanctam ſtaret. Aſcēdit Ionathas manibus & pedibus reptās, & armiger eius ſecutus eſt eū. Contra Philiſtim Chriſtus Ieſus aſcēdit, affixus cruci quaſi manibus & pedibus reptās, vt expoliaret principes tenebrarū, eosq; triumpharet in carne ſua. Quem ſanè nō deſeruit armiger eius B. Ioānes, ſed ſecutus eſt eū, nedū vſq; ad crucē, ſed vſq; ad ſepulchrū, in quo ſuis manib⁹ corpus magiſtri collocauit. Vidiſtis quomodo inſtar Heliæ prophetæ ſurrexerit noſter ꝓpheta Ioānes. Nūc verba eius ardētia inſpicite. Quid obſecro euāgeliū & epiſtolæ eius ſpirāt, niſi caritatē, niſi Dei ſummi, & proximi amorē? Diligam⁹ Deū ait quoniā ipſe prior dilexit nos. Sermonē Chriſti Ieſu in cœna factū ſolus ipſe exarauit, cuius verba, vt rogus ingēs ardēt, ni noſtra
1.Ioan. 3. pectora adamante duriora ſint, & quouis gelu frigidiora. Qui nō diligit

legit manet in morte,inquit.Mortuũ ſe exiſiſtimet neceſſum eſt,qui caritatẽ nõ habuerit.Sed roget quis, vbi ſe prophetã oſtẽdit? Legite ſuã Apocalypſim, & vaticinijs exũdantẽ eã inuenietis. In qua nedũ oĩa quæ vẽtura ſunt aduerſa cõtra eccleſiã militãtẽ inſinuat,ſed quæ poſt hanc vitã eueniẽt patefacit, deſcribẽs graphice ciuitatẽ ſanctã Hieruſalẽ,quæ libera eſt mater noſtra. Ideſt vitã illã beatam ſanctorũ,ſubtili ſtylo depingit,ac ſi oculis proprijs eã intuitus foret. Vnde non ſemel,ſed ſæpe Apocalypſim prophetiã vocauit.Beatus qui legit & qui audit verba prophetiæ huius, & ſeruat ea,quæ in ea ſcripta ſunt.Obſeruãdum quã ſint vtilia opera noſtra, nõ ait beatus erit qui legens,aut audiẽs legẽ dñi ſed qui etiam fecerit,quæ dñs præcepit nobis.Obtumeſcãt iam improbi hæretici neceſſe eſt,quippe qui totum meritũ fidei dantes,opera bona contẽnunt.Ceterũ in fine Apocalypſis,prophetiam eſſe dicit,cui qui addiderit vel minuerit,plagis multis vapulabit.Proculdubio prophetæ,quaſi præfatores dici poſſunt, teſte S.Iſidoro.lib.etymo. Eò quod à remotis fantur,& de futuris vera prædicũt.Eam ob rẽ ſcriptũ eſt,qui hodie vocatur propheta,olim vocabatur vides.S.Tho.2.2.q.171.ar.1.Imò vt diuus Hieronymus conteſtatur,prophetia eſt quodàm ſignum diuinæ præſciẽtiæ.Quam ob rem ei non poteſt ſubeſſe falſum.S.Tho.ibid.ar.6. Vnde clarum eſt, Ioãnem ſortitum fuiſſe propheticam dignitatem, quam in hoc euangelio hodierno ſilentio non præterijt. *Apoc.1.* *Apoc.21.* *1. Re.9.*

Rurſus martyris nomen ſibi iure optimo vendicare poterat. Non modo quia in fruentis olei dolio miſſus ob fidem Chriſti Ieſu,nec tyrannus defuit, nec volũtas moriẽdi,ſed ſola Dei voluntas.Ideo athleta dñi nõ victus,ſed vnctus euaſit.Mira res,ſemper creatura ſui creatoris famulatur imperio.Niſi homo improbus q ſuapte malitia rebellis eſt factori ſuo.Sed Ioãnes nobilius martyrij genus,quã ceteri apoſtoli paſſus eſt,quãdo Chriſti Ieſu obire in patibulo crucis, tot angores pati vidit.Sanè ſi ita eſt S.Auguſtino teſtãte,quod anima plus eſt vbi amat,quã vbi animat,anima ſancta Ioannis plus erat in manibus & pedibus,& corpore Chriſti Ieſu, quẽ vnicè amabat,quã in corpore ꝓprio.Amore capt⁹ ait quidã ſapiẽs, in corpore proprio mortuus eſt,viuit in alieno. Vñ liquet qđ lãcea,qua miles latus Chriſti aperuit poſt mortẽ,cor diſcipuli ſauciauit, qđ in pectore Saluatoris latebat. O nimiũ felix martyrij genus, qđ ſanct⁹ hic adeptus eſt! Quandoquidẽ vox illa Chri etiã Ioãnis eſt: Vulneraſti cor meũ ſoror mea. Verũ niſi dilectus Ieſu in corde ipſius eſſet, nuquam à ſanguine nullatenus diſtin- *Plato.* *Canti.4*

Ioan.19. diſtinguere poſſet. Continuo ait, exiuit ſanguis & aqua. O aquilam ſagaci viſu vigētem, ſi parū ſanguinis in magna amphora aquæ quis mittat, amplius aquam non videbit. At beatus Ioannes, ſic acumine oculorum rem hanc myſterijs plenam intuebatur, ſic abſortus in Ieſum pendentem in cruce totus erat, vt ſui oblitus prorſus penderet à Chriſto. Dubio procul etſi de lege ordinata ad perfectā martyrij rationem, requiratur, quod quis mortem ſuſtineat propter Chriſtum,

S.Hiero. nihilo ſecius D. Hieronymus in ſerm. Aſſumptionis Deiparæ Mariæ ſic ait: Rectè dixerim, quod Dei genitrix, virgo & martyr fuit, quamuis in pace vitam finierit. Idq; ſuo modo de Ioanne dici nihil vetat, dicente dn̄o: Beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam.

Matt.5. S.Tho.2.2.q.124.ar.4. Cum ergo tot pericula mortis ſpōte ſuſtinuerit ob Chriſti amorem, tantùm abeſt vt martyrij corona ſit orbatus.

Adhæc apoſtolica dignitas tam eſt magna, vt apoſtolus ad Ro-

Rom.1. manos dixerit: Paulus vocatus apoſtolus ſegregatus in euangelium ſuu. Dei. Ecce apoſtolū ſe appellat, titulū illum magnifaciēs. Eſt quidē apoſtolorū ſtatus ita perfectus, vt nihil ſupra. Hunc pro virili ſua ſancti patres imitari conantes ſanctas religiones inſtituerūt, vbi viri religioſi paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ vota ſeruarent, quos

S.Diony. B. Dionyſius, de cœleſti Hierar. ca.5. Monachos vel triapentas, ideſt Deo famulantes vocat, S.Tho.1.2.q.184.artic.5. Nec abs re apoſtolis dictū eſt: Sedebitis & vos ſuper duodecim ſedes, iudicātes duodecim

Iob. tribus Iſrael. Ecce quātū gloriæ, & honoris datū eſt apoſtolis Chriſti, & eorū ſectatoribus, dicēte Iob: Pauperib⁹ dedit iudiciū. Eſt & alius titulus non cōtemnēdus, euāgeliſta, quiq; paucis cōtigit. Quatuor tātū ſacroſancta eccleſia delegit, quorū dogmata nobis credēda, & toto pectore amplexāda propoſuit. Inter quos aquila noſtra Ioannes, vt principio dicere cœpimus, eminuit. Atq; ceteris præcellētior habetur, qđ perſpicuū eſt, ſiquis ſacrū euangeliū eius penitiùs expēdat.

Quid quod virgo fuit à Chriſto Ieſu electus, & innuptijs vocatus, vt B. Hieronymus & D. Auguſtinus, in prologo ſuper illius euangeliū citra omnē controuerſiam aſſerūt. Verum virgines dūtaxat cāti-

Apo.14. cū illud cōcinere poſſunt: Deo & agno, quod nemo alius cātare poterat. Imò virgines tantūmodò ſequūtur agnum Dei, quocunq; ierit. Nōnne ij ſunt equi albi, qui inter myrteta ſequebatur eū, qui in albo

Zach.1. equo ſedebat, vt Zacharias narrat? Saluator mundi ex virgine ſacra natus, velut equo albo inſidens, vitam ſuam perfecit opere, & ſermone ſuadens nobis virginalem caſtitatem: Beati, inquit, qui ſe caſtrauerunt

uerunt

uerunt propter regnum cælorum. Tales erunt in hac vita, vt angeli Dei, qui ſuapte natura virgines ſunt. Ij planè in albis equis militant carnis illecebras, lethaleſq; delectationes horrètes. Inter mirteta ambulant, quippe quę ſemper virent, adorentq; nimio fragrant. O mirum virginitatis odorem, ò virorem omni Smaragdo pulchriorem. Nonne virginitatis fragrantia, & pulcherrimus eius viror, filium Dei in ſinu patris cæleſtis allexit, ita vt recùberet in vtero puriſsimæ ſuæ matris homo factus? Equidem qui hanc eximiam virtutem puritatis adamauerit, integer permanebit. Quoniam qui cum vxore eſt diuiſus, & ſolicitus eſt quomodo placet vxori, quemadmodum Apoſtolus clamat. At qui cælebs manſurit, is perfectus & integer eſt, totum ſe Deo dicauit. Nec aliorſum tēdebat, ſacrificium quod olim Abraham Deo obtulit, in quo diuidēs animalia, aues tamen haud diuiſit. O felices qui mundo corde & corpore, quaſi duabus pennis in ſublime volitant, cum Paulo dicentes: Conuerſatio noſtra in cælis eſt. 1. Cor. 7. S. Thom. 2.2.q.152. ar.5.

Quorſum tot titulos magni honoris, in Ioanne glorioſo adnumerauimus fratres? Nempe vt toto corde eum honorificetis, ſecteminiq; illius tam excellas virtutes. Ad hæc vt intelligatis quomodo, quaſi omnium oblitus, ſe dilectum à Chriſto vocarit. Mira res, nō Prophetam, aut Martyrem: non Euangeliſtam, aut Apoſtolum: non deniq; virginem à Chriſto Ieſu ſelectum, ſed quod plus ponderis habet, plus & meriti continet dilectionem Chriſti erga ſe patefacit. Diſcipulus quem diligebat Ieſus, inquit. Quid prodeſt prophetare vt peſsimus Balam, qui tam mira de populo Dei vaticinatus in baratrum deſcendit? Quid iuuat cum illis clamare in die iudicij, nónne domine in nomine tuo prophetauimus? Et in nomine tuo dęmonia eiecimus? Sine caritate tradere corpus vt ardeat, nihil prodeſſe teſtatur Paulus. Virgines erant illę ſtultæ & quanquam lampades ardentes manibus portabant, clauſa ianua ait ſpōſus, neſcio vos. Nimirum niſi Chriſtus diligat nos miſeri ſumus & infelices. At ſi nos dilexerit locupletes, & beati erimus. O ter quaterque beati quibus Rex regum Chriſtus ait: Iam nō dicam vos ſeruos ſed amicos. Et iterum: Pater amat vos, quia vos ſeruos me amaſtis, & crediditis. Nec fieri poteſt, quin Saluator dona propemodum innumera impendat ſuis dilectis, omnium virtutum chariſmatibus eos ditans, potiſsimè caritatem cordibus ſuis infundens, quæ ceteris virtutibus præcellētior eſt. Imò illarum ſpeciemem & forma. Vnde rectè Theologi aſſerunt, quod aliarum virtutum actus per caritatem ordinātur in ſuum finem, S. Thom. 2.2.q.23. Matt. 7. Ioan. 15.

arti.

arti.8. Nec aliò tendit quod potiſsimè Saluator noſter, omnis & ſacra pagina hanc excellentem virtutem paſsim nobis inculcat. Hinc apoſtolus, caritatem excellentiſsimã virtutem benemeritò appellat.
1. Cor. 13. Nunc manẽt fides, ſpes, caritas, ſed horum maior eſt caritas. Vbi aduertendum, quod virtutes Theologicæ quia conſiſtunt in attingẽdo
Nota. regulam primam, id eſt Deum, longè meliores ſunt moralibus aut intellectualibus virtutibus, quippe quę regulã rationis dũtaxat attingũt. Ideò oportet, q̃ ea virtus theologalis potior ſit quæ magis Deũ
S. Tho. attingit, & hæc eſt caritas. Nẽpe fides & ſpes Deũ ipſum attingũt, ſe
2.2. q.23. cũdum quod ex eo nobis prouenit cognitio veri, vel adeptio boni.
art.6. At caritas ipſum attingit, vt in ipſo ſiſtat, non vt ex eo nobis aliquid proueniat. Quam ob cauſam caritas prę cellẽtior eſt fide & ſpe; & alijs virtutibus. Hanc Chriſtus impertiuit affatim beato Ioãni, & ob id maximè gloriatur de Chriſti Ieſu amore, dilectum Ieſu ſe dicẽs, quibusuis alijs titulis honorificis, veluti poſthabitis. Demus ergo operã fratres vt à Chriſto diligamur, cuius dilectionẽ profectò facile aſſequemur ſi eũ, vt par eſt, toto corde, totoq; affectu diligam⁹. Ego ait ipſe, ceu fidelis amator, diligẽtes me diligo. Sed iam ſigna ingẽtia præcipui amoris Chriſti erga Ioãnem oſtẽſa, propẽſius inſpiciamus.

Qui ſupra pectus dñi in cœna recubuit. Quid dicã fratres, aut quo me vertã prorſus ignoro. Stupet mẽs, lingua obmuteſcit, dũ intueor diſcipulũ adeò honoratũ, adeoq; exaltatũ & ſupra pectus cæli & terræ dñi recũbentẽ. O immẽſam Chriſti Ieſu in diſcipulũ ſuũ caritatẽ! O modis omnibus laudãdã ſummi numinis beneuolentiã. Moſes vo
Exo. 3. catus de rubo ardẽti in deſerto, ſtatim audit: Ne appropies huc. Ioannes verò nec aſcitus, ſic audet accedere vt recũbat in pectore Saluatoris. Baptiſta alias ſanctificatus & plenus Spiritu ſctõ adhuc ex ventro matris, pauet, & tremit tãgere verticẽ dñi ad baptiſma aduẽtantis.
Matt. 3. Imò ſubinde, vt veniẽtem vidit, clamat: Dñe ego debeo baptizari à te, & tu venis ad me? Apoſtol⁹ autẽ nõ veretur, ſed fidẽter acceſsit nihil trepidãs. Quid plura? Vt populus quõdam legẽ acciperet, nedũ in mente aſcẽdere audebat cum Moſe, nec tangere radicem mõtis poterat, pœna mortis imminente. Diuus Ioannes forti animo ipſum legiſlatorem tangere haud expaueſcit & in ipſo requieſcere præſumit.
2. Reg. 6 Deniq; Oza extemplò morte repẽtina mulctatur, tangens arcã fœderis dñi bobus recalcitrantibus, quippe quæ ex lignis ſectim fabrefa
Nota. cta, mãna in vrna aurea, & tabulas legis digito Dei ſcriptas portabat, & Chriſti humanitas vera pacis noſtri arca, in qua habitat plenitu-

de

do diuinitatis,ſic à Ioãne tãgitur & contrectatur? Manus noſtræ,ait 1.Ioan.
ipſe,contrectauerũt de verbo vitæ. O mirabilem ſancti amoris auda
ciam,nempe,vt teſtis eſt Bernardus,amor dignitatem neſcit,amãtes
æquat. Videte cariſsimi præcellentem gratiam,quam nobis largitus
eſt filius Dei, poſtquam ſe fratrem noſtrum effecit & noſtræ carnis
cinctorium induit. Olim,vt dñs maieſtatẽ ſuã indicabat,quo terror
illius eſſet in corde ſeruorũ ſuorũ. Tunc vt leo vindictã ſumebat de
improbis hominibus,nũc vt agnus mãſuetus, verbũ caro factũ eſt &
habitauit in nobis. Cui ſententiæ alludit illud prophetæ: Poſt hæc in Ioann.1.
terris viſus eſt,& cũ hominibus cõuerſatus eſt. Et egreſſus eius à die-
b' æternitatis. Adſtipulatur huic ſentẽtiæ D.Paulus dicẽs: Apparuit Baruc.3.
benignitas,& humanitas Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Apparuit fi-
lius Dei homo factus benignè ſe gerẽs erga homines, vt benignitate
allectet,quos olim timore ingẽti deterrebat. Ecce aquila magnarum Iere.17.
alarũ plena plumis,& varietate,venit ad Libanũ & tulit medullã ce-
dri,& aſportauit eã in ciuitatẽ negotiatorũ. Quæ etſi de rege Babylo
nis dicta ſunt,qui adeò potens fuit vt ciuitatẽ ſanctã deſtrueret, & re
gẽ ac magnates captiuos duxerit in Babylonẽ, melius de B. Ioanne
hæc omnia dici poſſunt. Grãdis aquila fuit qui dilectus à Chriſto, &
electus magnus effectus eſt. Magnas pẽnas habuit, qui ſic volauit vt
ſuper Cherubim aſcẽderit, & Trinitatis ſacrũ myſteriũ, nedũ vidit,
ſed nobis prædicauit. Vt aquila diuidens eſcã ſuis filijs,in nidulo cor-
poris huius degẽtibus. Varietate colorũ hęc aquila decoratur,dũ tot
priuilegijs dilectũ ſuum dñs inſigniuit,vt iã nuperrimè diximus. Sa-
nè illum fecit Saluator prophetam,apoſtolum,euãgeliſtã, & marty-
rem,necnõ & virginitatis pulchritudine eum decorauit. Hæc aquila
ad Libanum,ideſt ad cãdidam eius humanitatẽ exaltatus,in pectore
illo ſacro recumbẽs,medullam cedri tulit, verbum patris contempla
tur dicens: In principio erat verbum,& verbum erat apud Deum,&
Deus erat verbũ. En facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor,ſeipſam
excedẽs. Vbi S.Aug. tract.1.ſuper Ioannem. Tam altum ſumpſit ille S. Augu.
exordiũ quòd ſi Paulò altiùs ſumpſiſſet,trãſcenderet omnia cacumi in Ioann.
na mõtium,terrarum,& omnes choros angelorũ. Niſi omnia creata
tranſcenderet,ad eũ qui omnia creauit nõ perueniret. Ecce medulla
cedri,filius Dei altiſsimi eſt,cui pater ſuã potentiã æternitatẽ,& dei-
tatem cõmunicat ab æterno. Hanc medullã in ciuitate negotiatorũ
poſuit aquila noſtra grãdis, quãdo diuinitatẽ Saluatoris oſtẽdens in
ſacra eccleſia myſterium,tã abditũ,tãq; multis retrò ſeculis obſcon-

ditum reſerauit. Tres ſunt, inquit, qui teſtimonium dant in cælo, pater,
1. Ioan. 5. ter, & verbum & Spiritus ſanctus & ij tres vnum ſunt. Non probat rationibus, quæ fide indigent, & omnem rationem ſuperant. Quas ob res intellectus captiuãdus eſt in obſequium Chriſti Ieſu. Negotiatores in eccleſia fideles ipſi ſumus, quique optimas quærimus margaritas, virtutes omneis capeſcere affectantes. Quibus dominus ait: Negotiamini dũ venio. Veniet vtiq; Saluator, vt mercedẽ electis præbeat.

Deut. 33 Ecce fratres, vaticinium Moſi impletum, Beniamin amãtiſsimus domini in eo habitabit confidenter, quaſi in thalamo tota die morabitur, inter humeros illius requieſcet. Bone Deus quam optime cuncta dilecto diſcipulo accommodantur. Vos ſigillatim cuncta expendite, nobis in præſentiarum minimè vacat omnia explanare. Beniamin filius erat Iacob minor natu; & ob id tenerius eum pater amabat.
Gene. 35 Hũc Rachel peperit, & in illius partu obijt. Fuit binomius, nam mater angore magno affecta vocauit eum benoni, id eſt filius doloris mei. At pater apellauit illum Beniamin. Hoc eſt, filius dextræ. Ad eandem imaginem Saluator noſter filium dexteræ vocat Ioannem, quem tantoperè ipſe exaltauit, & donis maximis honeſtauit. Filius dexteræ fuit qui infracto animo iuxta crucem aſtitit cunctis apoſtolis recedentibus. Atqui Rachel pulcherrima virgo ſancta Deipara, nominat eum beoni. Quia filius doloris eius fuit Ioannes, & tempore
Ioan. 19. anguſtiæ, ſibi à Chriſto Ieſu datus: Mulier ecce filius tuus. Vbi partim alma virgo vehementer gauiſa eſt, audiens vocẽ dilectiſsimi filij ſui in cruce pendẽtis, partim verò nimia mœſtitia fuit affecta, audiẽs tam inſolitã & imparem cõmutationem fieri. Filius altiſsimi quem ipſa concepit tollitur, ſubrogatur autem filius piſcatoris. Seruum pro domino accipit, creator pro creatura commutatur. O beoni fili doloris mei, anxietatis & laboris maximi. Is ergo Beniamin habitat cõfidẽter in pectore Ieſu quieſcẽs, inter humeros omnipotẽtis Dei com-
Pſal. 67. moratur, quo nemini apoſtolorum cõceſſum fuit vnquam. Demiratus regalis propheta de hac ſtupenda re aiebat: Ibi Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu. Quid eſt ibi? Sanè ſupra regis noſtri pectus pro ceruicali habens cor diuinum. Ibi adoleſcentulus Ioannes
Nota. erat. Sed quonã pacto ſe habebat? Equidẽ in mentis exceſſu. Soporẽ miſit Deus in Adam, & tũc adduxit ad eũ omnia, vt videret quid vocaret ea, impoſuitq; nomina reb⁹. Præcellẽtius in hac paradiſo amœniſsima vbi nullũ ſerpẽtis verſuti veſtigiũ, in pectore Chriſti obdormiẽs Ioãnes, nedũ omnia nouit, ſed ſuper omnia euectus, omniũ rerũ

molitorem

molitorē ac moderatorem, acie irreuerberata inſpexit. Nomina pe-
culiaria rebus indidit Adā, Ioānes tribus perſonis nomina propria
impoſuit, patrē & filium & ſpiritum ſanctum, Trinitatem illam ineſ- 1. *Ioan.* 5.
fabilem appellās, in vnitate eſſentiæ coadunatam. Ii tres ait vnum
ſunt, nō tres dij ſed vnus Deus, nec tres dn̄i, ſed vnus & idē dn̄s. Hinc
Saluator noſter rectè illud cāticorum ore ſuo benedicto profert: Di
lectus meus mihi & ego illi, inter vbera mea cōmorabitur. O verba *Canti.* 2.
amoris igne flagratia, quis niſi amore Dei tactus ea poterit indagare?
Dilectus meus Ioannes mihi carus, & à me præ ceteris apoſtolis vni-
cè dilectus eſt, & ego illi magiſter, frater, & amicus. Eas ob res inter
vbera mea requieſcet in cœna. O fratres, ſi nos vt columba Noe in-
ter vndas huius diluuij volitantes, non quicquā inueniremus vbi pes
affectus noſtri quieſceret. Vtinā ne in honore ſeculi labētis nec in di
uitiarū amplitudine, nec in carnis fallacis voluptate requiē inuenia-
mus, nempe mala, quæ hic nos premūt ad Deum ire cōpellunt. Ad ar *S. Grego.*
cam noſtram cōuolantes fugiamus cum Ioāne. Ecce pectus Chriſti
Ieſu adeſt, imò oſtium apertum nobis datur quia modicā habemus
virtutem, vt dn̄s in Apocalypſi clamat: Fugiamus Satanæ technas & *Apoc.* 3.
tendiculas, fugiamus mundi anfractus, fugiamus deniq; nos ipſos, vt
in pectore Chriſti tanquam in nidulo trāquilla ſit mens noſtra, cum
pſalmographo decātātes: In pace in idipſum dormiā & requieſcam.
Et iterū: Hęc requiēs mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniam *Pſal.* 13.
elegi eam. Nōne petra refugium eſt herinacijs, vt in pſalmo legimus?
Petra autem ſolida Chriſtus eſt, nos verò herinacij mole delictorum
onuſti, & ſpinis peccatorum obſiti, petrā tutiſsimā adeamus fidēter.
Quin & ipſe inſtar gallinæ nos vocare nullatenus ceſſat dicēs: venite *Matt.* 11.
ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiā vos. Ieſu bo-
ne, noſtri amātiſsime, ſub vmbra alarum tuarum protege nos, à facie
eorum qui nos afflixerunt. Audiēs Ioannes preſſuras & labores plu
rimos, quos Chriſtus Ieſus erat paſſurus, breui admodū, triſtatus val
de Ioānes, veluti ad arcē tutiſsimā cōfugiens, ad brachia Saluatoris
cōuolauit, cū rege Dauid, dicēs: Sub vmbra alarū tuarū ſperabo, do *Pſal.* 16.
nec trāſeat iniquitas, & iudæorū ſeuera perſecutio. Admonēs nos, vt
in quauis calamitate, ita & nos faciamus. Nōne populus Chriſtianus
filius doloris eſt Deiparæ Marię, quē ſub arbore crucis angore ingē-
ti afflita peperit? Nec alib attinebat illud, qđ Saluator ei dixit oſtē-
dēs Ioannē: Ecce filius tuus. Sed pater piētiſsimus Chriſtus filiū dex
teræ orthodoxos vocat, quos vt oues in die iudicij ſtatuet ad dexte-

rā, benedictos eos dicēs qui digni ſint regno illo feliciſsimo æthereo.

Sed forſitan rogabit quis. Quorſum Ioannes præcipuè dilectus ſit

Ioan. 15. vocatus, cū dńs oēs apoſtolos dilexerit? Iam non dicā vos ſeruos ſed amicos ait ad eos rationēq; tātæ neceſsitudinis ſubinde adnectens in-

Sapi. 11. quit. Quoniā quecūq; audiui à patre meo, nota feci vobis. Quid plura? Deus ſuapte natura omnia diligit. Diligis omnia, ait ſapiēs, & nihil odiſti eorū quæ feciſti. Imò oēs creaturæ ideò ſunt quia Creator eas

S. *Aug*. vult eſſe, S. Tho. 1. p. q. 20. art. 2. Ad hoc reſpōdet S. Auguſtinus quod Deus omnia quæ fecit amat, magis aūt rationales creaturas. Et de ijs, amplius eas quæ ſunt mēbra filij ſui. Multo magis ipſum vnigenitū

S. *Diony*. ſuū. Vnde S. Dionyſius. 4. de diui. nomi. audēdum eſt, & hoc pro veritate dicere, quod & ipſe omniū cauſa per abūdantiam amatiuæ bonitatis, extra ſeipſum fit ad omnia exiſtētia prouidētijs. Multi multa dixerūt ſuper hac quęſtione, nos obiter nōnulla dicemus, remittētes ſapiētem lectorē ad diuū Aug. tracta. vlti. ſuper Ioānem, vbi pleraq;

Scotus. 3. annotatu digna explicātur. Etiam beatus. Tho. 1. p. q. 22. art. 4. ad ter

d. 32. *q*. 1. tium. Vnde operæpretiū erit notare quod Deus magis diligere meliora nihil eſt, quàm eis velle maiora bona. Volūtas Dei eſt cauſa bonitatis in rebus, noſtra verò voluntas non ita, ſed amat bonum quod eſt vel apparet in rebus ipſis. Itaq; Chriſtus, quò plus dilexit Ioānem, eò maiora dona illi voluit ac exhibuit. Diligit piētiſsimus Deus in no

Oſeæ. 14 bis bona quæ ipſe contulit ſponte, iuxta illud: Sanabo cōtritiones eorum, diligam eos ſpōtaneè. En primo ſanat mētem noſtram, omnem infirmitatem tollēs, & ſubinde vltro nos diligit, cūcta charisinatum dona lubēs nobis largiens. Quis autem duorum fuerit melior, Petrus an Ioannes, præſumptuoſum eſt iudicare vt optimè ſanctus Tho. di-

Prou. 16. cit. Dicente Salomone, pōderator ſpirituum Deus eſt. Idque de beato Ioanne Baptiſta & Euāgeliſta dicendum, nemo eſt qui ambigat. Satius nobis eſſet ſaluti noſtræ conſulentes, pręclaras ſanctorum virtutes, manſuetudinem, pietatem, tolerantiam, caritatem, pro captu noſtro imitari, quā curioſius, de eorum ſanctitate & gloria indagare.

Nota. Ceterum quod dńs præ ceteris beatum Ioannem dilexerit, eiq; maiora amoris inditia oſtenderit, primo lenitas & manſuetudo eius cauſa fuit. Sane Petrus magis concitus mouebatur, vnde increpauit dńm de morte ſua prædicātem, & dixit. Abſit à te nō erit tibi hoc. Adhæc in comprehēſione Chriſti Ieſu, euaginato gladio auriculā ſerui pontificis abſcidit. Quod ægrè ferēs mitiſsimus magiſter ſanauit illū confeſtim. At cōtra Ioānes mitis planè & māſuetus erat, cui melius quā

Moſi conuenit encomiũ illud: Erat mitiſsimus vir ſuper oẽs homines qui morabãtur in terra. Nec aliò tẽdit laus illa mirabilis regis Dauid, inueni virũ ſecũdum cor meũ, niſi quia valde mãſuetus fuit, tũ cum Saule ſuperbo, tũ etiam cũ Abſalone filio ſuo peſsimo. Quinimo de hoc vate ſancto ſcriptũ eſt. Dauid ſedet in cathedra ſapiẽtiſsim' princeps inter tres, ipſe eſt quaſi tenerrimus ligni vermiculus. Huiuſcemodi mãſuetudine decoratus fuit diuus Ioãnes. Legite eius mellifluas epiſtolas, & videbitis quãtam amoris Dei & proximi dulcedinẽ præ ſe ferãt. Sanè ſi omnes vtriuſq; teſtamẽti libros euoluamus, nullũ inueniemus in quo tantũ de caritate ſcriptũ ſit. Omnia ad caritatem refert, & ſi quid aliud loquitur, illo ſtatim reditũ facit. Quid quod vocabulis vſus eſt, amorẽ tenerrimũ oſtẽdentibus: Filioli mei hæc ſcribo vobis vt nõ peccetis. O viſcera pietatis & caritatis plena ex quib' talia profecta ſunt verba. Quãdo igitur Ioãnes mãſuetus adeò fuit, mitis atq; benignus tenerius à Chriſto Ieſu dilectus eſt nã ipſe agnus Dei, ſuauiſsimus & mãſuetiſsimus extitit inter filios hominũ, adeò, vt pro crucifixoribus in cruce pẽdens orarit, abũdeq; lacrymas pro eorũ ſalute effunderet. Vos cariſsimi ſi à Chriſto diligi cupitis mãſueti eſtote, proximis veſtris parcite vltro, donantes eis ſicut & ipſe dñs donauit vobis. Sic mãſuetos ipſe vehemẽter amat, vt in extremo iudicio oues & agnos ad dexterã ſuã cõſtituat, hœdos verò ad ſiniſtram, quos mittet in gehẽnam ignis. *Num.12.* *Nota.* *Matt.2.*

Secũdò Saluator noſter maiora dilectionis ſymbola oſtẽdit cum Ioãne, quia virginitatis mũdiſsimæ priuilegio enituit. Quãdoquidem virtus hæc vel maximè Deo grata eſt. Vnde extat oraculũ annotatione digniſsimũ: Qui diligit cordis mũditiam, propter gratiã labiorum ſuorũ habebit amicũ regẽ. Quis enim rex is eſt, qui tãtopere mũditiam cordis amat, niſi rex regum & dñs dominãtium Chriſtus Ieſus, qui ex virgine ſacra naſci dignatus eſt? Mundã ſindone voluit inuolui, mũdumq; mauſoleũ elegit & nouum, in quo nõdum quiſquã poſitus fuerat? Equidem hãc geminã ſynagoga nõ meruit poſsidere, quin omnes nuptui tradebãtur. Vbi ſanctus Hieronymus lib. 1. Contra Iouinianũ, qui ore improbo matrimonium æquabat virginitati. Inibi doctor egregius exponit illud cãticorũ: Symilitudines auri faciemus tibi vermiculatas argẽto. Synagoga ſimilitudines auri habebat, nõ aurum virginitatis. Argẽtum matrimonij tãtum poſsidebat. Vbi ergo vẽtũ eſt ad Deiparã Mariã eccleſia ſancta aurũ optimum habet, Margaritũ virginitatis poſsidet. Exclamare iã licet cũ ſapiẽte: *Prou.12.* *Matt.26.* *Canti.1.* *S.Hiero.*

 O quam

tabitur & eleuabitur & ſublimis erit valde. Quod ſi de populo illo ru dı, hoc dictum eſt, quanto magis de populo Chriſtiano id locum habet? Nos reuelata facie non velata (vt Moſes illam habuit) gloriam domini ſpeculantes in eandem imaginem transformamur. Imò nobis datum eſt noſſe myſteriū regni Dei. Seruus intelligēs populus orthodoxorū eſt, exaltatur & eleuatur à Chriſto Ieſu, & ſublimis erit valde ſuper æthera collocatus. Quæ omnia de beato Ioanne explicāda forēt, niſi oneroſum eſſet, ſingula explanare. Exaltatus eſt dum in ſinu Saluatoris requieſcit. Eleuatus dum ad arcanū Trinitatis fuit euectus, ſublimis valde, vbi obdormiuit placidè animam exhalās, ſuſcitatus ab angelis ſublatus fuit ad gloriam. *Eſai.* 52.

Sūmatim dicā quædā, quę in laudē tāti apoſtoli nūc tractauimus. Equidē fas erat vt à Chriſto Ieſu ceteris plus diligeretur, qui māſuetudine magna pollebat, nā omne ſimile diligit ſibi ſimile. Manſuetiſsimus agnus diſcipulos mites valde diligit: iratos, & feros odio habet. Sub hęc, cādore virginitatis Ioānes erat decoratus, & ideò regis altiſſimi Chriſti amicitiā ſibi cōcilauit. Enimuerò puritatis amator Chriſtus eſt, adeò vt nō ex qualibet muliere ſed ex virgine Maria naſci dignaretur. Hæc mirabilis virtus angelis cognata ſemper fuit, vt teſtis eſt S. Hieronymus. Nā quod angeli ſuapte natura habēt vt ſint mundi ac puri, id virgines gratia ſummi numnis vendicant, in carne præter carnē viuentes, quod, niſallor, plus meriti habet. Tandem dilectus eſt à domino valde apoſtolus Ioannes, eò quòd ſagaci intellectu dotatus fuerat, veluti ſua ſcripta patefaciūt. Aquila grādis eſt in pectore Chriſti conquieſcens, tanquam in rupi eminenti, & nido ſublimi, nos volemus Ioannem ſectantes, viſibilia omnia traſcendamus, & volantes non deficiamus, donec ad pectus Chriſti Ieſu venientes, inibi requieſcētes iubilando concinamus: Hæc requies mea in ſeculum ſeculi, hic habitabo quoniā elegi eam. Et iterum cum ſponſa lætitia magna perfuſi decātemus: Tenui eum nec dimittam, donec introducam eum in domum matris meæ. Inueni theſaurum diu deſideratum, neutiquam dimittam illum. Nempe omne argentum & aurum, omneſque gemmæ vernātes, arena exigua ſunt, ſi ei conſerantur: Inueni ſponſum ſpecioſum præ filijs hominum, etiam præ omnibus angelis: eam ob rem brachijs fidei ſynceræ, caritatis flammigeræ, & ſpei indiuulſæ eum tenere enitar. Introducam illum in domū matris, quē fide ſancta agnoui affectu voluntatis ſponte amplexabor, intra viſcera mea, & in medio cordis, regem meum Chriſtum collocabo. Velut carceris cuſtos

Summa.

S. Hiero.

Gene. 3.

illũ obſeruabo, vincula non ærea aut ferrea, ſed iis fortiora adducam. Gemitus, ſingultus, lacrymaſque abundè effundam, toto corde efflagitãs, ne me deſerat vnquam. Compedibus & manicis ipſum allig ãs iugi orationi inſtabo, ne vel leui piaculo illum offendã. O cariſsimi in hoc pectore Ieſu, obſecro requieſcamus, vbi corpus illud ſacrum, ibi aquilæ filij ſint diu noctuque, iuxta illud: Vbi fuerit corpus, illuc cõgregabãtur & aquilæ. Infideles & hæretici, talpæ inſtar cæci ſunt vt veſpertiliones & noctuæ tenebras amplexãtur errorũ. Nos aquilę fide ſyncera ſolem Chriſtum Ieſum intuentes, eum in ſacra euchariſtia quotidie omni reuerẽtia & deuotione adoremus, ſæpius communicantes in hoſpiciolo pectoris noſtri excipiamus. Congregentur illuc aquilæ, vbicunque fuerit Chriſtus Ieſus, quique ad dexteram patris regnat in gloria honrificatus ab angelis. Cui ſit honor & imperiũ in ſecula. Amen.

Matt. 24

ANNOTATIONES Appendices.

Annot. 1. PRimò notandum, quam ſit laudandus, quantoque honore proſequendus Deus noſter, qui ob id homo factus eſt, vt homines veſtigia eius ſequerẽtur. Olim dicere non poterat cuiquã, ſequere me, eò quòd videri ab hominibus minimè poterat. Ipſo ad Moiſen dicẽte: Nemo videbit me & viuet. Et illũ: Deum nemo vidit vnquam. At vbi verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, iure optimo inclamat & Petro ait: Tu me ſequere: idque nobis inculcat mirum in modum cupiens, vt eius virtutes Heroicas, ſanctaque illius opera ſectemur. Huc attinet illud Iacob ad fratrẽ ſuum primogenitum Eſau: Præcedat dominus meus & ſequar ego. Præceſsit Chriſtus Ieſus Saluator noſter, & ſtatim ſecuti ſunt eum tot examina martyrum, cunei confeſſorum, & caterua magna virginum. Quin & Ioannes ac frater eius Andreas relictis retibus & patre ſecuti ſunt dominũ. Quod non vulgare portentum fuit.

Exo. 33. *Gene.* 33.

2. Secũdò, quantum Chriſto Ieſu placeat, vt vnuſquiſque noſtrum ſui ipſius curã habeat, miniſteriũ ſibi commiſſum impleat, vel ex hoc perſpicuũ eſt, quod Petro reſpondit. Si eum volo manere, donec veniam, quid ad te? Tu me ſequere vbi ſanctus Chriſoſtomus. Munus tibi commiſſum exerce, oues meas paſce, quas tibi paſcẽdas dedi, mortis meæ normã ſectare in cruce obiens. De nece Ioannis dilecti mei nil tua refert. Hic ſanè exclamandum erat: O curas hominum quantum,

tum eſt in rebus inane. Plane talis eſt genius carnis, talis & execrāda cōſuetudo, vt plus curæ habeamus de alijs, quam de ijs, quæ nobis vel maximè incumbunt. Nō ergo in hoc imitandus eſt Petrus qui ſuperuacaneè locutus eſt, ſed omnem curam, & ſolertiā habeamus, vt Chriſtum Ieſum in omnibus, & per omnia ouanter ſequamur. Ipſo aſſerente qui ſequitur me nō ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ ait Saluator.

Tertio, animaduertēdum. Vbi aquila noſtra Ioānes nidum ſuum locarit. Quippe in pectore filij Dei recūbens, velut alter Beniamin amātiſsimus dn̄i, inibi erat ſtaſim patiens. Iuxta illud pſalmi. Ibi Ben iamin adoleſcentulus in meritis exceſſu. Verū dum ſic recumbebat datus ei calamus mēſuræ, ſimilis virgæ vt ipſe fatetur. Apocal. 11. Cur ita? nēpe vt metiretur altare, tēplum, & eos qui adorabāt in illo. Quid altare niſi diuinitas eſt? Quare in lege Deus precepit: Nō facietis mihi altare cū gradibus. Hoc eſt in Trinitate nulla perſona maior, nulla minor, ſed totæ perſonæ ſibi ſunt coæquales, vt Athanaſius inquit. Hoc altare metitus eſt Ioannes vbi dixit: Et Deus erat verbum, hoc erat in principio apud Deū. Mēſus eſt tēplum, id eſt corpus Chriſti, quādo dixit: Hoc dicebat de tēplo corporis ſui. Denique menſus eſt orantes in templo, vbi ait: Fratres filij Dei ſumus ſed nondum apparuit quid erimus. Cū apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus eū, ſicuti eſt. O nos beatos ſi tantum bonum nobis poſt hanc calamitoſam vitam contingat. Vigilandum tamen ne ſpurij ſed filij Dei, man datis eius obedientes ſimus. 3. Pſal. 67.

Quartò, Quamuis Ioannes præ cæteris fuit à Chriſto Ieſu dilectus, qui mitiſsimus erat, necnon acumine intellectus præ alijs vigebat, ceu ſcripta illius palam faciūt, virginitas eius & puritas vel maximè Chriſto placuit, quippe quæ eximia virtus eſt. Matrimonium, ſecundum naturam, ad hoc propenſam, non naturales vires ſuperat, at virginitas quiddam eximium opus eſt, naturæ leges vincēs. Sanctus Baſilius, lib. de Vera virginitate, in quo mira de hac cœlica virtute loquitur. Vnde factum eſt, vt Saluator mūdi virginem matrē ſuam, Ioanni virgini comēdaret. Ecce, ait, mater tua. Perinde dicat: Do tibi partem vnam vltra fratres tuos, quam acquiſiui arcu & gladio, de manu Amorrhæi. Nonne alma virgo abſq; peccato concepta, & paſsione Chriſti præuiſa immunis eſt ſeruata & eam velut gladio ſuo filius Dei defendit, ne Amorrhæus Satanas, nec per inſtās ei dominaretur? Hanc ſummi Dei hereditatē luctator Chriſtus dedit Ioāni, quo præ 4. Gene. 48

alijs apoſtolis eũ ditaret, honoraretq;. O ſingulare priuilegium quouis imperio terreno dignius, ſalubrius & præcellentius.

5. Quintò, notandum, quam ſit vera pollicitatio illa centuplum accipiet in hoc tempore, & in futuro vitam æternam. Marci. 10. Sanè

Marc. 10 Ioannes ob Chriſti amorem retia & patrem ſuum reliquit & Ieſum ſecutus eſt. Atqui loco patris ſui Zebedæi piſcatoris datur ei mater Dei, cui ſeruiat, & reuereatur, vt matrem. O mira commutatio non

4. Re. 2. niſi dexteræ excelſi. Ceterum ſi Helias propheta orante diſcipulo ſuo Eliſeo, duplicem ſpiritum ſuum illi reliquit, ſimul & palliũ dedit: quid ni Saluator mũdi curru igneo euectus, cruce illa exaltatus, non Ioanni pallium ſuum daret, benedictam genitricẽ ſuam illi præbẽs?

Nota. Sanè quod filij prophetarum clamantes dixerunt, nos longè melius de beato Ioanne aſſerere poſſumus. Remanſit ſpiritus Heliæ ſuper Eliſeum. Quieuit profectò Chriſti Ieſu Spiritus ſuper dilectum diſcipulum in cuius rei ſignum poſſidet pallium, quo filius Dei ſe operuit noſtram induens humanitatem.

6. Sextò, obſeruandum, quòd ſicut pater cæleſtis primogenitum habet quem ex ſe generat ab æterno, & cũ introductus eſt in orbẽ terræ omnes angeli adorauerunt, ad Hebræo. 1. nihilominus habet & alios adoptiuos filios: ſic alma virgo primogenitum habet Chriſtum quẽ genuit, & peperit. Veruntamen omnes orthodoxi filij adoptiui Mariæ ſunt, quos magnoperè ipſa diligit. Inter quos primas tenet beatus Ioannes, cui à Chriſto Ieſu dictum eſt: Ecce mater tua, & continuò accepit eam in ſuam. Ecce quantum honoris dominus exhibuit dilecto ſuo Ioanni commonefaciens nos, vt illum toto cordis affectu veneremur, & venerantes, ſuffragia eius indefeſsè implo remus. Eſt profectò hic apoſtolus filius virgi nis Mariæ, ac ſubinde Chriſti Ieſu frater.

INFRA

INFRA OCTAuas Natiuitatis Domini.

DECLAMATIO. X.

IN hoc ſacro Euangelio fratres,potiſsimè tria adnotanda ſunt.Primò admiratio Deiparæ virginis, & S.Ioſeph.Secũdò benedictio,quã Symeon vir iuſtus dedit vtriq;. Tertiò encomia quæ Anna prophetiſſa protulit de benedicto puero Ieſu.Sacra lectio ſic habet.

Erant Ioſeph & Maria mater Ieſu mirãtes,ſuper ijs,quæ dicebantur de illo. Lucæ.2. *Euangelium.*

Admirari non ſufficio,vnde virgo alma admirabatur,nempe Philoſopho teſte admiratio de re noua & inſolita oboritur, ſacra virgo ſacram ſcripturam optimè ſciebat, & pollebat ingenio & ſcientia ſuper omnes vates,vt aſſerit Origenes, quorſum miratur quæ ſe concepiſſe filium Dei virginitate ſeruata haud ignorat? Dicere poſſumus, quod mirabatur agnoſcens experimento, quod nouerat ex reuelatione. Sicut Saluator miratus eſt vidẽs centurionis fidem. Vel ceu S. Thom. vult,non ex ignorantia admirata eſt Maria virgo & Ioſeph, ſed ex magnitudine rei. Denique mirati ſunt, non tam ex ijs quæ dicebantur,tum à paſtoribus,tum à magis,tum denique à Symeone & Anna,quam de ijs,qui mirabilia Ieſu perſonabãt. Verum eis non fuerat reuelatum de aduentu paſtorum, aut magorum, donec ipſos viderunt coram puero, mirificis laudibus eum efferentes, nec de Symeone & Anna,qui erant in templo. Hãc admirationem vaticinatus eſt Eſaias dicens: Tunc videbis, & afflues,& mirabitur,& dilatabitur cor tuum. Quãdoquidem ſi agricola,vel puer aliquis,egregiam ſententiam proferat mirantes ad alterutrum interrogamus: Nonne audiſtis quid puer loquutus eſt? Nil nouitatis audiſtis, ſed quod ſciebatis,in ore pueri prolatum admirationem peperit. Ad eandem imaginem alma virgo & Ioſeph, melius callebant myſteria, quæ audierant in tẽplo de puero ſacerrimo Ieſu, nihilominus mirabãtur, quod beni-

Lucæ. 2. *Li.1.Metaphi.* *Matt. 8.* *Eſai.60.* *Collatio.*

ſuis,ſubinde vt orbem creauit. Sed benedixit eis enuntiando, quod
omni laude digni erant,quos tanti dominus fecit. Sic angelus ad Ma
riam dixit: Aue gratia plena dominus tecum, benedicta tu in mu-
lieribus. Sic Eliſabeth, quāuis inferior, collaudauit virginem glo-
rioſam propalando mirabilem dignitatem & inſignes eius virtutes.
Vnde hoc mihi ait vt veniat mater domini mei ad me? Benedi-
cta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Sed quid *Luc. 1.*
mirum ſi Mariæ benedixit Simeon, qui benedixit Deum, & di-
xit: Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum
in pace? Quin & nos hortatur regalis propheta dicens: Magnifi-
cate dominum mecum & exaltemus nomen eius in idipſum. Et ite-
rum: Benedicam dominum in omni tempore, & ſemper laus eius
in ore meo. Itaque Deus optimus ſua benedictione virtutem mirabi
lem impertit creaturis. Iuxta illud: Aperis tu manū tuam, & imples *Pſal. 114*
omne animal benedictione. Miniſtri tamē Dei, ideſt ſacerdotes nouę
legis, nos benedicēdo miniſterialiter ſpiritualia dona conciliant. At
anuntiatiuè, ſiue per modum prædicandi, minores benedicunt maio
ribus. Ecce fratres adumbrata eſt hæc benedictio, in illa quæ data
fuit Iudich mulieri fortiſsimæ, alioqui ſanctæ, & Deo optimo vehe- *Iudi. 15.*
menter dilectę. Cui poſt victoriam partam de cruento ac funeſto ty-
ranno Holopherne, tum ſacerdos, tum etiā vniuerſa Bethulia, voce *Figura.*
grandi clamabant: Bēdicta tu filia à domino excelſo, quia viriliter fe
ciſti. Quanto melius nos orthodoxi, in laudem Chriſtiferæ Mariæ ho
die decātare oportet, benedicta tu filia Dei patris, ſponſa Spiritus ſan
cti, mater ſacroſancta altiſsimi Dei filij, benedicta tu & millies bene
dicta, quia viriliter feciſti, caput Satanæ confringens, vbi conceptio
tua ſingularis nil labis peccati agnouit. Sic multis retro ſeculis de te
vaticinatum fuerat: Ipſa conteret caput tuum. Quod non vulgarem *Gene. 3.*
terrorem præbuit ſerpenti infelici Satanæ. Viriliter feciſti quādo vt
altera Dalida Sāſonem robuſtiſsimum, verbum patris, vinculis non *Iudi. 16.*
æreis ſed noſtræ carnis alligatum nobis miſeris filijs Adæ præbuiſti.
Tunc nō vna ciuitas tātum ſed vniuerſus orbis ab impio Holopher-
ne liber euaſit, laudēt te oēs cæli ciues, o virgo præclara, omnes crea
turæ tonent tua magna præconia: Benedicta tu ait rex Dauid ad hu *Figura.*
milem Abigail, quia prohibuiſti me, ne irem ad ſanguinē. Quod ver- *1. Re. 25.*
bum quotidie profert Deus noſter matrem ſuam ſacram benedicēs.
Tu pia parens iram meam ſedaſti, tua humilitas & caritas cor meum
ſautiauit, ne vindictam ſumerem de mundo Nabal ſuperbo. Sed iam

homo

Ioan.10. homo factus in hunc mūdum veni vt homines vitā habeāt,& abundantius habeant. Functus eſt Simeon iuſtus ſuo officio,& quoniam ſacerdos erat benedixit eis. Nempe in templo nemo audebat dare benedictionem populo, niſi ſacerdotio fungeretur. Imò hæc benedictio pars erat cæremoniarum, quæ in oblatione puerorum fiebant. Quod ſi verba quibus vſus eſt Simeon audire cupitis, planè ea ſunt quæ dominus præcepit ſacerdotibus proferre, dicēte domino Moſi:

Num.6. Loquere Aaron & filijs eius, ſic benedicetis filijs Iſrael: Benedicat te

Oratio ſacerdotum. dñs & cuſtodiat te. Oſtendat dominus vultum ſuum ad te,& det tibi pacem. Conuertat dominus faciem ſuam,& miſereatur tui. Sic benedictionem protulit ſacerdos benedictus, & vates ſanctiſsimus. Quam nimirum euangeliſta ſiluit, eò quòd in ſacra ſcriptura benedictio illa ſancita erat.

Ceterum quoniam vir ſanctus Ioſeph teſtis locupletior erat virginitatis Mariæ & nutritius Chriſti Ieſu tātum, eam ob rem ad veram matrē Simeon ſpiritu Dei tactus ſe vertit,& ait: Ecce hic poſitus eſt, in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael. Breui verbo profundiſsima myſteria reſerauit, quæ à prophetis prædicta fuerunt,&

Rom.4.9. ab apoſtolis reſerata, maximè à beato Paulo. Is vberius hæc pertractat ſcribens Romanis. Ecce rem ſanè ſatis mirandam, ideò quaſi ſtupefactus loquitur. Nempe ab omnibus Iſraelitis, Meſsias expectatus erat & ipſe ob ſalutem omnium venerat vt Paulò ante diximus. At ſuapte malitia homines, beneficentiā Dei reſpuentes, medicamē ver

Chryſoſt. terunt ſibi in lethale venenum. Fuit Saluator mundi, ceu Chriſoſtomo placet, vt lux ſolis, quippe quæ oculos incolumes oblectat, ægros vero excruciat. Oculis ægris odioſa eſt lux, quæ puris valde eſt amabi-

Eſai.8. lis. Hinc Eſaias Chriſtū vocat lapidem offenſionis & petram ſcandali. Superbi offendentes in eius humilitatem corruentes perierunt, humiles in ſublime prouecti, & gratia Dei roborati ſurrexerūt. Idq;

Lucæ.1. virginem ſacram nullatenus latuit, ſed in ſuo cātico palam fecit: Depoſuit potētes de ſede, inquit,& exaltauit humiles. Ceciderūt Chriſto aduentate potentes phariſæi & principes ſacerdotum, ob ſuam inſolentiam, ſurrexerunt autem apoſtoli, & Paulus ipſi ās miuarum & plerique alij. Et in ſignum cui contradicetur. O quanta contradictio facta eſt, contra miracula Chriſti Ieſu contra euangelium eius,

1.Cor.1. & ſanctam crucem, vt optimè expendit beatus Auguſtinus. Signum crucis erectum eſt ait, ſed contradicentibus eius inimicis: Prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum gentibus autem

tem ſtultitiam, nobis autem vocatis ſanctis virtus Dei eſt. Noli ſcribere, rex Iudæorum dicunt improbi, ſed Pilatus etſi ethnicus reſpondit: Quod ſcripſi ſcripſi. Poteſt & ſic exponi vt idē peccator ſit qui corruit & reſurgit. Ideò dicitur, verte impios & non erunt. Erunt tamē quod nō erāt. Ita legimus de Niniue ciuitate ſubuerſa triduo, nō quidem in mœnibus ſed in moribus. Contradicitur Chriſtus ab hæreticis qui contra legis edictum agrum ſeminant diuerſo ſemine, venenatam doctrinam effutientes. Contradicitur, heu, in Iſrael Chriſtus Ieſus, hoc eſt inter fideles, dum orthodoxi perperam agunt Dei mandatis poſthabitis. Quotuſquiſque noſtrum eſt fratres, qui corde candido dicat cum apoſtolo: Omnia arbitratus ſum, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam? Et rurſus: Scio quod nec mors nec vita poterunt me ſeparare à caritate Dei. Perpauci vtique tales inueniuntur. *Ioan. 19.* *Prou. 12.* *Roma. 8.*

Et tuam ipſius animam pertranſibit gladius. En quam magnus & terribilis fuerit cruciatus Mariæ, videntis filium ſuum Chriſtum Ieſum tot probra, flagella, & mala pati. Hūc dolorem atrocem Origenes intelligit gladium, quo martyr effecta eſt Dei genitrix. Sanctus Ambroſius verò, verbum Dei aſſerit gladium hūc fore, quod viuum eſt & efficax, & penetrabilius omni gladio ancipiti, diuidens vſq; ad animam. Hoc verbum inſtar rhomphea acutæ illud fuit: Mulier ecce filius tuus. Siquidem res hæc tam eſt ſeria, tamq; ſpiritu plena, vt contemplatione indigeat, nō allocutione. Faxit Chriſtus Ieſus cariſſimi, vt ſaltim ſtillam doloris, quem alma virgo paſſa eſt in paſsione filij ſui, corda noſtra ſaxea ſentiant, vt reuelētur ex multis cordibus cogitationes. Reuelata ſunt mala quæ inimici Saluatoris excogitabant quādo multis quæſtionibus eum ſunt adorti, quādo coram Pilato inſtabāt vocibus, clamantes: Crucifige, crucifige eum. Reuelantur hodie ſalubriter cogitationes noſtræ dū exhomologeſim facientes coram ſacerdote, mala quæ cogitatione tenus patramus, pandimus. Quaſi illud domini audientes: Quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid ni fratres ad ſalutem animæ capeſſendam, corda noſtra in cōfeſsione ſancta referemus, quādo Chriſtus Ieſus in cruce pēdens viſcera ſua nobis pādit? Per vulnera carnis, ait diuus Auguſtinus, patent mihi arcana cordis Saluatoris, patent viſcera caritatis, in quibus viſitauit nos oriens ex alto. Variæ cogitationes patefactæ ſunt Chriſto Ieſu nato, nam ſubinde peſsimus Hærodes ſeuire cœpit, & ira debacchatus magna tot innocētes peremit. Magi verò, qui antea idola vana colebant, regem regum Chriſtum quæritāt, quæritantes inueniunt, *Text.* *Origen.* *Ioan. 19.* *Ioan 19.* *Matt. 9.* *Luce. i.* *Ioan. 9.*

Marc. 4. niūt,& inuētum fide integra, ac caritate flāmigera adorât. Huc ſpe-
Ioan. 9. ctat illud: Ego veni vt nō vidētes videāt, ideſt vt gētes quæ hactenus cæcutiētes errabāt, fidem accipiāt,& qui vidēt cæci fiāt. Hoc eſt vt Iudæi qui ſe videre putabāt,& ſciēcia ac ſanctimonia ſe pollere dicebāt, adeò excæcati ſint vt ſuū Meſsiā & regē perſequatur,& patibu-
Nota. lo crucis affigāt. Vos cariſsimi expēdite altiùs, quā fuerit Chriſti Ieſu atrox mors, quā gladiū Simeō ore prophetico vocauit. Quiq; nedum virgineū cor pertingeret, ſed prorſus pertrāſierit. Hinc vox illa Chriſti Ieſu morietis, in aures ſuorū dilectorū iugiter inſonat: O vos om-
Thren. nes qui trāſitis, videte & attēdite ſi eſt dolor, ſicut dolor meus. Quandoquidē in re tā ſeria magna attētione opus eſt. Ideò inquit, attendite,& videte. Is gladius tenerā virginis animā, ſuprà quàm dici poteſt, dolorū ſentibus & ſtimulis repleuit. Vbi notādum quod verbū hoc, ipſius, referri nō poteſt niſi ad Mariam, nā græce, aſtes, quaſi dicat, tuam met, vel tuam ipſam animā. Sed de hoc in declamatione purifi-
S.Hiero. cationis Mariæ, vberiùs dictū eſt. Sat ſit ſcire illud Hieronymi. Quia virgo Maria mente paſſa eſt, pluſquam martyr fuit.

Text. Et erat Anna prophetiſſa filia Phanuel, hæc proceſſerat in diebus ſuis,& vixerat cū viro ſuo annis ſeptē à virginitate ſua. Et hæc vidua vſq; ad annos. 84. Quæ nō diſcedebat de tēplo ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens die ac nocte.

Ecce quales eligat Deus vt ſua proferant arcana, videte egregia quæ de vidua hac ſancta Lucas proferat. Vtinam hodie tales viduas
1. Tim. 5. haberet omnes, eccleſia noſtra Romana. Viduas quæ veræ viduæ ſunt, ait apoſtolus, honora, eleemoſinis paupertatē earū ſubleua. At, quæ nomine tātum viduæ ſunt nō hoc honore ſunt dignæ. Semel nupſit Anna nō ſæpe, cōtinēs fuit quoad vixit marito orbata ieiunijs & orationibus vacās, à templo ſancto nō recedēs. Gratiſsimū Deo habitaculū corpus mūdum & ieiuniū. Oratio ſobrietatē & puritatē aſſe-
1. Cor. 7. clas,& affines habet. Vnde Paulus cōiugatis cōſulit adinuicem contineant, vt orationi ſe dedāt. Sanè carne reluctāte mēs in Deum eleuari nequit. Habeāt ergo in hac muliere benedicta exēplar viuidum fideles viduæ, habeāt & vxoratæ tāquam lucidum ſpeculū. Talis erat Iudith quæ olim ſuperbū tyānum ſuo gladio trucidauit, talis & ſan-
S. Monica. cta Monica beati Auguſtini pia parens, cuius ieiunijs eleemoſynis, ac precibus, necnon & lacrymis, tum maritus, tū filius ad Chriſtum Ieſum ſunt conuerſi. Quid plura? in veteri teſtamento prophetiſſæ
Exo. 15. fuere Maria ſoror Moſi, Debora fœmina ſancta, Olda, & aliæ: tamen

men Anna hæc, omnes ſuperat, tũ ſanctitate, tũ dignitate, quia Meſ- *Iudi.* 15.
ſiam agnouit toto corde amauit, encomijs mirificis eum prædicauit.
Non paucis ſed cunctis qui optabant redemptionem Iſrael. Verum
hæc erat vna de mulieribus quæ obſeruabãt ad oſtium tabernaculi,
vt in regum libro legimus. Vos nũc obſeruate mecum, quam ſit alie- 1. *Re*.2.
nus Deus à perſonarum acceptione. Sanè vt mũdi iactura per virum
& mulierem oborta eſt, ſic per mulierem Mariam virginem & ho-
minem Chriſtum Ieſum ſalus hominũ apparuit. Et qui fecit mulie-
rem & hominem ad imaginem ſuam, vtrũq; ſexum honorauit, non
modo Simeoni reuelans myſterium incarnationis abſconditum, ſed
etiam Annæ viduæ ſanctæ. O mirabilem Chriſti Ieſu dignationem!
qui ſe mulieri huic hodie manifeſtauit, is peccatrici Samaritanæ di-
xit: Ego ſum Meſsias, qui loquor tecum. Omnis ætas, vterq; ſexus Sal- *Ioan*.4.
uatorem agnouit, qui cum in forma Dei eſſet mutauit habitum & vt
quondam rex Iſrael, ingreſſus eſt prælium pugnaturus pro nobis. Pa- 3.*Re*.22.
ſtores mirantur, Magus adorat, Simeon exultat, inter prophetãdum
vidua ſancta Anna profitetur mira, de puero benedicto. Væ his viduis,
quæ veſtigia Thamar improbæ ſectãtur, illa meretricio cultu Iudam
ſocerum decepit ſuo magno malo, hæc Meſsiam magnificè laudauit
prædicauitq;. Proh nefas, Romanæ viduæ claudebãt ianuas domus, *Romanæ*
ſcindebant velum capitis, nudis pedibus ambulabant, ſolitariæ ede- *viduæ.*
bant, collum ſanguine herinacio vngebant, ſcalidæ incedẽtes, ancil-
las tondebant, at nonnullæ viduæ Chriſtianæ nec ſignum aliquid vi
duitatis præ ſe ferunt. Quod autem textus ait nõ diſcedebat à tẽplo,
hoc eſt frequẽter limina templi terebat. Et bene Anna, ideſt gratia,
eò quod in oculis Dei gratioſa erat valde, & gratiã in cõſpectu eius inue
nit. Eas ob res, ſpiritũ propheticũ illi Saluator largitus eſt. Sequitur.

Vt perfecerũt omnia ſecũdum legẽ dñi, reuerſi ſunt in Galileam
in ciuitatem ſuam Nazareth.

Quia perfecti erant & ex omni parte abſoluti perfectè, ea quæ le-
gis erat, expleuerũt virgo Maria & Ioſeph. Nos cõmonefaciũt Chri
ſti Ieſu parẽtes, vt nec iota vnũ legis Chriſti relinquam⁹. Sciẽtes, quo *Iaco*.2.
niã qui peccauerit in vno, factus eſt omniũ reus. Hoc eſt, qui quod-
uis mandatũ Dei prçterierit, ſuppliciũ patietur çternũ, niſi pœniteat.
Vel ſic factus eſt omniũ reus, nã gratia Dei ſublata propẽſus eſt vt la
batur in ſcelera omnia. Dicẽte Dauide abyſſus abyſſum inuocat. Et *Pſal*.41.
alius propheta. Vlulabit Moab ad Moab. Roborat hãc ſentẽtiã diuus *Eſai*. 16.
Gregorius dicẽs: Peccatũ quod per pçnitẽtiã mox nõ deletur, ſtatim
ad

ad aliud trahit. Quod quidem perſpicuè in Dauid cernimus, qui poſt adulteriũ in homicidij ſcelus dilapſus eſt. Perſecerũt omnes legis antiquæ cæremonias, humilitatis cauſa, & vt exẽplũ alijs darent. Saluator verò ideò factus eſt ſub lege vt eos qui ſub lege erãt redimeret, & adoptionẽ filiorũ reciperemus, veluti aſſerit apoſtolus. Qua in re mirabilem erga nos caritatem innuit.

Gal.4.

Text. Puer autẽ creſcebat, & cõfortabatur plenus gratia, & ſapiẽtia, & gratia Dei erat in illo.

Signãter ait puer creſcebat, perinde quid nouum ſit pueros indies creſcere, vt hæreticorũ iniquũ dogma funditùs euertat, quiq; ore improbo carnẽ in diuinitatem eſſe conſumptam vel cõuerſam dixerũt. Creſcebat, vt verus homo, veramq; humanitatẽ habens, & creſcẽdo confortabãtur mẽbra tenerrima. Græcè habetur, cõfortabatur ſpiritu: ideſt roborabatur ad exequenda officia corporis. Plenus ſapiẽtia, tum diuina, tum humana infuſa. Erant quippe in eo omnes theſauri ſapientiæ & ſciẽtiæ Dei abſcõditi. Et tandem gratia Dei erat in illo. Imò, vt Ioannes teſtis eſt, non eſt ei datus ſpiritus ad mẽſuram. Nempe in eo fuit gratia vnionis, capitis & particularis perſonæ, vt theologi verè aiunt. Quin & ipſe Chriſtus fons exuberans & totius gratiæ eſt. De cuius plenitudine omnes accepimus gratiã. Ecce quomodo caput eſt eccleſiæ, noſq; eius membra ſumus. Aduertẽdum maximè eſt, quod ſecundum eſſentiam eadem eſt gratia particularis perſonæ in Chriſto, & gratia capitis, quippe quæ in nos deriuatur. S. Thom. 3.p.q.8.artic.5. Adhæc, Saluator creſcebat quia mons erat, & lapillus propter nos factus eſt, veniens in hũc mũdum. Creuit autem in montem magnum adeò, vt iam ſedeat in dextera patris, vbi aduocati partes gerit, interpellans pro nobis. Oremus toto corde vt creſcat in nobis quotidie puer Ieſus, ſua gratia nos roborans, vt creſcamus de virtute in virtutẽ eũtes, donec videamus Deũ noſtrũ in Siõ. Idq; nobis quanquam immeritis ipſe impertiat, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſecula. Amen.

Collo.2. *Ioann.1.* *S.Thom.* *Danie.2.*

ANNOTATIONES
Appendices.

Annot.1. Notandum primò quod vita iuſtorum in patria, quædam admiratio eſt, nam videntes, pulchritudinem, maieſtatem, & ſummi numinis potẽtiam, & alia id genus, ſtupore magno commoti dicunt: Magnus

Magnus dominus,& laudabilis nimis & ſapientiæ eius,ac magnitudi *Pſal.47.*
nis non eſt finis. Verùm ſi regina Sabba,alioqui ſapiẽs, audiẽs ſapien
tiã Salomonis, adeò demirabatur in extaſim rapta quod non habue-
rit vltra ſpiritum. Quid de vnoquoque ſancto dicemus, qui in felici
illa vita videt Deum ſicuti eſt? Nempe Salomoni dictum eſt, viciſti *3.Reg.10*
famam virtutibus tuis. Et agnoui quod verus eſt rumor quem audiui
in terra mea,& intellexi quoniam dimidia pars nõ eſt nuntiata mihi.
Quæquidem omnia alludunt ad illud Pauli: Ex parte enim cognoſ- *2.Cor.13.*
cimus, & ex parte prophetamus. Sed cũ venerit quod perfectum eſt,
euacuabitur quod ex parte eſt, itidem. Videmus nunc per ſpeculum
in ægnimate, poſtea facie ad faciem. Tunc planè gliſcẽtes omnes di-
cemus: Verus eſt rumor quem audiui in terra mea, vera ſunt omnia
quę fides orthodoxa nos docuit, in terra calamitoſa illa, & laboris, ac
doloris plena. Tunc inquam videbimus, & affluens mirabitur & dila *Eſai.60.*
tabitur cor noſtrum, veluti Eſaias teſtatur. Nihilominus oportet nos
nunc opera Chriſti Ieſu tota animi attentione conſiderare, & magis
ac magis ea inſpiciãdo admirari, & cum regio citharœdo de cãtare.
Tu es Deus ſolus, qui facis mirabilia. Et hoc eſt manna quod Deus
optimus pollicetur victoribus. Vincẽti dabo mãna abſcõditũ, quod
nemo nouit niſi qui accipit. Hebraice, man, ſeu mãhu. Ideſt quid eſt *Apoc.2.*
hoc. Ecce admiratio iuſtorum in hac vita mortali, en manna quouis
fauo ſuauius. Quid eſt hoc quod externè intueor, dum cælos & ele-
menta conſidero niſi opus ſummi Dei, in quo potentia, ſapientia &
bonitas opificis clareſcunt? Quid hoc eſt, quod vnigena filius Dei
carnem meam induit, & frater meus factus eſt, vt coheredem me fa
ceret vitæ æternæ? Quod tantoperè me dilexit, vt mortem in cruce
oppeteret, quo mortem & peccatum deſtrueret? Quid hoc eſt? Man
na abſconditum eſt, quo deguſtato, deſipit omnis caro. Admiremur
cum ſacra virgine opera Dei contemplantes in hac labili vita, vt fa-
cie ad faciem regem noſtrum Chriſtum, in cælo videntes admiratio-
ne rapti eum collaudemus in æternum.

Secũdò, notãdum quãta fuerit Hebræorũ duritia & ingratitudo,
quorũ multi dilapſi ſunt in lapidẽ Chriſtum Ieſum impingẽtes. Ma
ximè dolendum quod in Iſrael, non inter gentes quę Deum ignora-
bant, ſed in populo Dei quẽ maximis beneficijs proſequutus fuerat.
Cui legem cælicam dederat, cui tot vates ante ſe miſerat, in hoc po-
pulo ſibi delecto nec eſſet agnitus, nec vt ius erat ſuſceptus. Vnde cõ
queritur & quidẽ rectè. Quis cæcus niſi populus meus? Eſai.42. Mo- *Eſai.42.*

Iſta quidem res & valde oneroſa, vt poſt hac Iſrael hoc eſt orthodoxorum catterua, Chriſtum Ieſum non brachijs extentis excipiat. Illi ecce ingrati miſerè ceciderunt, nos reſurgamus nouā vitā inchoantes, & mādata Dei opere exequamur. Sic alma Dei mater & Ioſeph poſtquam perfecerunt legis mādata reuerſi ſunt in ciuitatem ſuam. Caueamus ne ingratitudinis noxa nos inuoluat vnquam, quin gratias agentes Deo pro tot impenſis nobis donis, Deiparæ virginis humilitatem, fidem & caritatem imitemur.

3. Tertiò animaduertamus oportet, quāti Deus faciat opera noſtra, ieiunia, orationes, & alia id genus. Sanè niſi Deus illa magnifaceret, non tam exactè Anna prophetiſſa in euangelio eſſet commendata. Quippe ieiunijs & obſecrationibus ſeruiebat Deo optimo. Reſpondet huic ſententiæ diuus Paulus. Non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Cur ita? Ne cum alijs prędicauerim, ipſe reprobus efficiar. Aerem verberare eſt tantum dicere, & non facere. Itaque hæretici omnes, opera bona horrentes aerem verberant, & ideò reprobi habebuntur. Si hæc ſcitis beati eritis, ſi feceritis ea, ait magiſter verax Chriſtus. Sin verò minus, peribitis & miſeri eritis. Quid quod Saluator noſter ora imprudētium obſtruxit dicens: Non omnis qui dicit mihi dñe domine, intrabit in regnū cælorum, ſed qui fecerit voluntatem patris mei qui in cælis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorū. Quid obſecro lucidius dici potuit? Hæc vel ſola ſententia omnium hæreticorum commenta deſtruit, niſi furor eorum pertinax foret.

1. Cor. 9

Ioan. 13.

Matt. 7.

4. Quartò fas erit notare, quod Chriſtus in ſignum nobis datus eſt à patre, vt reſurgamus, tum eius ſancta dogmata, tum etiam illius candidam vitam ſectantes. Mirabile dictu, Moſi ſignum victoriæ in virga datur, quæ conuerſa fuit in ſerpentem. Gedeoni in rore, qui in vellus deſcēdit, Abrahæ in igne, qui deuorauit ſacrificium, nobis autem longè melius, ac prçcellētius ſignum ob oculos ponitur, Chriſtus Ieſus filius Dei, in quem aſpicientes aberrare minimè quibimus. Quin vt quondam à ſerpentibus ſauciati, æneum ſerpētem intuentes, ſubinde incolumes abibant, ita credentes in Ieſum pendentem in cruce, & caritate totō pectore eum amantes, ſpiritalem ſalutem extemplò recipient. Ecce ſcopus totius vitæ noſtræ, in quem cogitationes omneis, verba, & opera noſtra dirigamus. De quo ſigno vates Eſaias dixit: Leuauit dominus ſignum in nationibus, & congregabit profugos Iſrael. Quaſi extorres & exules omnes eramus donec Saluator

Exod. 4.

Gene. 15.

Num. 21.

Eſai. 5.

crucis

crucis patibulum aſcendit, at vbi mortuus eſt ad eum conuolantes, per fidem & dilectionem, cõglomerati, perinde vt milites ſub vexillo regis certamus, Satanam cruẽtum mundum fallacem, carnem ſub dolam patrocinio illius profligantes, & prorſus expugnantes.

Quintò annotatu dignũ eſt, qualiter Chriſtus vnice dilectos cruciet in hac vita. Sanè matrem ſanctiſsimam, vehemẽter amatam gladio ſuæ paſsionis vulnerauit. Vnde ſanctus Bernardus. Poſteaquam dñs ſpiritum emiſit in cruce, ipſius planè non tetigit animam crudelis illa lancea: quæ nec mortuo parcẽs, cui nocere non poſſet, aperuit latus. Sed animam virginis vtique penetrauit, vt pluſquam martyrem meritò prædicemus. In qua nimirũ corporeæ ſenſum paſsionis, exceſsit cõpaſsionis effectus. Nec inter tot agones defuit ſolamen cæleſte, quo roborata Deipara Maria ſtabat iuxta crucẽ filij ſui, vt ſanctus Ioannes narrat. Quin vera eſt illa ſentẽtia diui Pauli: Sicut abundant paſsiones Chriſti in nobis, ſic per Chriſtum abundat conſolatio: cui cõcinit illud pſalmi: Secũdum multitudinem dolorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animam meam. Quis trepidet poſt hac fratres labores effugiẽs? Gaudeamus profectò cum tribulatio inſtat, omne gaudium exiſtimantes cum in varias tentationes incidenimus, vt pulchrè admonet ſanctus Iacobus.

5. S. Ber. Nota. 2. Cor. 1. Pſal. 93. Iaco. 1.

IN FESTO CIR cunciſionis.

DECLAMATIO. XI.

MIrabile myſterium fratres ſacroſancta eccleſia hodie ob oculos noſtros poſuit, tota noſtri intellectus indagine cõtemplandum. Sanè non tam Dei filij quam noſtrum agitur feſtum cariſsimi, nã ipſe ſubijt legis antiquæ graue iugum, nos verò liberamur. Dolet puer Ieſus, vt nos gaudeamus. Denique pientiſsimus medicus vulneratur, vt nos ſanemur, circunciditur carne, vt nos purificet & circuncidat mẽte. O exuberantem ſummi
Philip.2 Dei erga nos caritatem, nõ ſat fuit, formam ſerui accipere, qui erat in forma Dei, patri coæqualis, niſi exinaniret ſe hodie, peccatoris imaginem induens, medicamentum peccati noſtri ſuſcipiens? Ieſu bone & noſtri amantiſsime, cum Sephora Moſi ſponſa iam clamare poſt-
Exo.4. hac non deſinam: Sponſus ſanguinum tu mihi es. Non auro argentove, non gemmis vernantibus animam meam emiſti, ſed cruore roſeo tuo, me decoraſti, & è faucibus draconis verſuti redemiſti. Eas ob res inexhauſtas tibi gratias ago, agamque quandiu vixero, te adiuuante. Nos ergo fratres ad explicandum ſacrum euangelium accingamur, cuius vt audiſtis nunc, breuiſsima lectio eſt, verũtamen maximis ac multis diuinis myſterijs copioſa. Vbi potiſsime duo annotatione digniſsima Lucas narrat. Primum Chriſti Saluatoris noſtri circũciſionem, deinde quemadmodum è cælis per angelum Gabrielẽ nomen mellitum Ieſu, fuerit allatum. Euangelij hiſtoria ſic habet.

Euangelium. Poſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circũcideretur puer vocatum eſt nomẽ eius Ieſus. Quod vocatum eſt ab angelo priuſquam in vtero conciperetur.

Puer Ieſus octauo die aduẽtante ad circũciſionẽ ducitur. Sed quis
Ioann.1. obſecro puer iſte eſt? Sanè ille de quo B. Ioannes intonuit: In principio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Ecce puer quam

quam magnus quia Deus ab æterno genitus à patre. Quem cõſtituit heredem vniuerſorum, per quem fecit & ſecula, vt perbellè ait Apoſtolus. Vere tu es Deus abſconditus, rex noſter Saluator. Cum propheta clamare oportet: Deus ætern⁹ ſub paruo corpuſculo dies octo tantũ nato, latitat, fortitudo ſub fragilitate, & tenera ætate, immenſaque maieſtas pãniculis inuoluitur. En fratres Sanſon robuſtiſsimus alligatur, quẽ Dalida noſtra, virgo ſancta nobis obtulit, faſciolis vinctum. Mira res, Filiſtim gaudentes eum ſuſcipiunt, quando phariſæi & ſacerdotes crucifigendum in Caluariæ locum ducunt, quaſi molam ponderoſam humeris eius imponẽtes, dum baiulat ſibi crucem, & tanquam athleta fortis lanceam geſtans ſuis manibus, qua triumphũ de inimicis captet. Vt pulchrè ſanctus Athanaſius notat. O dñe tu es ſolus qui facis mirabilia. Non modo ait Cyprianus, mundi huius ſtructurã admiror, non ſtabilitatem terræ, cum eam cõplectatur volubile firmamentum, non ſingulos dies, non lunæ defectum & incrementum, non ſolem ſemper integrum & laborem perpetuum, non tẽporum viciſsitudines in quibus, quædam virent, & quędam arent, quædam mortua videntur deinde reuiuiſcunt. Miror ſanè Deum in vtero virginis, miror omnipotentem in cunabulis, miror quomodo verbo Dei caro adhæſerit, quomodo incorporeus Deus corporis noſtri tegumẽtum induerit. Totus me ſtupor cõplectitur, dum intueor medicum noſtræ ſalutis antidotũ peccati noſtri, abſq; peccato libenter accipere. Miror denique, proh dolor, fratres in hac diſpenſatione tanti diſpendia temporis & tam lentos ad obediẽtiam Saluatoris noſtros proceſſus. In breui poterat patrari negocium, & abbreuiari labor tantus, ad ſolum Chriſti verbum ſicut factus eſt mundus. Iuxta illud: Ipſe dixit & facta ſunt. Sed elementario mundo dignior eſt homo rationalis, quod ex eo quòd in eius ſeruitium facta ſunt omnia facile creditur. Quin & hæc ſunt noua mira quæ prædixerat Ieremias. Nouum creauit Deus ſuper terram, mulier circũdabit virum. Et rurſus Eſaias clamat: Vt faceret opus ſuũ peregrinũ eſt opus eius ab eo. Ecce paruulus noſter Ieſus infans octo dierum, & vir potẽs vocatur, quem fragilitas fœminea ſuo vtero Spiritu ſancto operante concluſit, quem hodiè virgineis brachijs Maria portat, vt lapideo cultro vulneratus, omnium noſtrum vulnera amputet. Vere langores noſtros ipſe portauit, cuius liuore ſanati ſum⁹. Opus ſuũ profectò fecit, quod creauerat ſaluans quod perierat, ad vitam reuocans quod mortuum fuerat. At peregrinum opus fuit in Deo, quod verbum caro factum

Hebr.1. *Eſai.45.* *S.Atha.* *S.Cipria. ſer.nati.* *Iere.31.* *Eſai.28.* *Eſai.53.*

eſt ex auro diuinitatis,& argẽto humanitatis, quaſi ſpecies electri ap
Eze. 1. parens, vt Ezechiel ſtupefactus vidit, quod factus eſt viſibilis & com
prehenſibilis, paſsibilis & mortalis, peregrinum quidem opus à ma-
ieſtate Dei eſt. At, quod puer ſuggens vbera, panniculis inuolutus
ſanguinem ſponte effundat, conuitia ſuſtineat, & cõſcẽdens crucem
inibi mortẽ oppetat, peregrina res eſt. En puer octo dierum, & gigas
omnipotẽs exultauit, vt athleta fortis ad currendam viam vehemẽ-
ter arduam ac laborioſam redemptionis noſtræ.

Vt circũcideretur puer, ait Lucas, dies octo impleti ſunt. Obſeruã
dũ quod pius parẽs creator noſter, poſt infelicẽ protoplaſtorũ caſum
hominibus originali culpa infectis ſemper medicamen tribuit, quo
Magiſt. mundarentur, & mũdati non prorſus perirẽt. Vnde in lege naturæ
4. d. 1. ſacrificia & oblationes pro infantibus Deo offerebantur. Ita vt ſan-
guine animalium aboleretur fœda illa lepra, de qua ingemiſcẽs pro-
Pſal. 50. pheta ait: In peccatis concepit me mater mea. Et Apoſtolus: Omnes
Gene. 17. in Adam peccauerunt & egẽt gloria Dei. Ceterum tẽpore Abrahæ
cũ quo Deus fœdus percuſsit, cuius amicitiæ ſignum circũciſio fuit
Infans cuius præputij caro octauo die circunciſa non fuerat peribat
Ioſue. 5. de populo ſuo. Idq; in lege rurſus innouauit. Leui. 12. Fiebat namque
lapideo cultro, vt internè animæ duritiæ remotionem adumbraret.
De quo ſigno Apoſtolus valde egregiè diſſerens inquit: Signum ac-
cepit Abraham circunciſionis ſignaculum iuſtitiæ fidei, quæ eſt in
Rom. 4. præputio, vt ſit pater omniũ credẽtium præputium. Perinde dicat,
Deus optimus Abrahæ dedit circũciſionem, nõ vt inde iuſtus fieret,
ſed vt iuſtitiæ, quam iam fide adeptus erat, clareſceret notaque eſſet
hoc ſigno. Nec ſoli Abrahæ, verum etiam omnium qui eius imitaren
tur fidem, quibus æquè vſq; ad legis ablationẽ hoc ſignũ præcẽpit.
Quamuis peregrinationis tẽpore diſpẽſatione Dei fuerit intermiſſa.
Vbi viſcera pietatis ſummi nominis vel maximè pateſcunt. Vt vt
vehemens erat dolor die tertia poſt circũciſionem, ite agere non va
lebant hebræi in deſerto, ob id tunc temporis circũciſio ceſſauit. Eſt
quidem Deus noſter pater miſericordiarum & fons totius cõſolatio
nis. Atqui, Chriſtus Deus noſter hoc ſigno minimè eguit quum eſſet
ipſa iuſtitia, verũtamẽ oneri tam graui legis, ſe ſubdere voluit. Quin
& ipſe dedit ſignũ hoc Abrahæ, magna ei promittẽs, videlicet, quod
eſſet pater multarum gentium, & reges plurimi naſcerẽtur ex illo, &
quod plus põderis habebat, pollicitus eſt illi, dicẽs: In ſemine tuo, be
nedicentur omnes gentes. Vnde Apoſtolus exactè hoc explicãs ait
Non

Non in ſeminibus quaſi in multis, ſed in ſemine tuo quod eſt Chriſtus. Par ergo erat vt promiſsione impleta ipſe ſignum tolleret, qui illud dedit. Nonne iam Abraham pater multarum gentiũ effectus eſt, vbi fides eius longè lateq; mirum in modum accreuit? Nunquid non plures reges prodierunt ex ſemine eius in Iſrael? Quid plura? Meſsias illi promiſſus in mundo apparuit, quem ille quondam oculis fidei vidit, & vehementer gauiſus eſt. Valeat iam circunciſio quam mordicus Hebræi tenent fruſtra, quippe quæ vt ſalutaris erat olim, æquè lethalis & mortifera eſt, vbi ſacrũ baptiſma Chriſti Ieſu apoſtolorum prædicatione ſufficienter fuit hominibus propalatum.

Mirum tamẽ eſt quod Chriſtus Ieſus circũcidi voluerit, cũ S. Gregorius dicat: Omnis Chriſti actio noſtra eſt inſtructio, imò ipſe dominus teſte Ioanne ait: Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci vobis ita & vos faciatis. Quorſum ergo ipſe fecit quod nos orthodoxi execramur? Verum fratres Saluator mundi circunciſionem accepit tempore illo, quo ſub præcepto erat. Quam ob rẽ actio eius in hoc nobis eſt imitãda, vt obſeruemus ea quæ ſunt noſtro tẽpore præcepta, tum à Deo optimo, tum etiam ab eccleſia ſancta, quæ ſpiritu Dei afflata pręcepit, quæ nobis ſalubria ſunt. Nonne ſcriptũ eſt: Vni cuique negotio eſt tempus & opportunitas? Hinc pulchrè Origenes ait: Sicut mortui ſumus cum illo moriente, & conſurreximus Chriſto reſurgente, ita circunciſi ſumus ſpiritali circũciſione per Chriſtũ, & ideò carnali circunciſione nõ indigemus. Quo pertinet illud Apoſtoli: In quo circunciſi eſtis, circunciſione non manu facta, in expoliatione corporis, ſed in circunciſione dñi noſtri Ieſu Chriſti. Itaque ſuſcipiendo figuram, Saluator impleuit veritatem. Sanè quod tantoperè ſponſa in canticis deſiderabat obnixè & depoſcebat, aduentante Chriſto impletum cernimus. Dilectus meus mihi & ego illi, qui paſcitur intèr lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Idque non ſemel ſed iterato dixit. Verum ſole orto vmbræ paulatim euaneſcunt, ſic Saluatore nato quæ vmbratica erant in lege veteri abolita ſunt, & paulatiuè labefactata. Dicẽte domino in throno gloriæ ſuæ ſedente: Ecce noua facio omnia. Hinc S. Auguſtinus. Nouus homo veniens in mundum, noua præcepta dedit mundo, nouaque ſacramenta inſtituit. Sunt ſanè quamplurimę rationes, ob quas dominus circunciſionem accepit. Primò operæpretium erat, vt carnis ſuæ ſanctiſsimæ veritatem oſtenderet. Sciebat namque Saluator, vtpote ſapientia patris cæleſtis, homines futuros qui eo dementiæ, & in-

Quæſt. Ioan. 13. Eccle. 8. Colo. 2. Cantic. 2 & 4. Apoc. 21. Nota.

gratitudinis deuenirent, idq; diaboli ſuggeſtu, vt verã humanitatem in Chriſto negarent. Vah dementiam hominũ iniquorum, ne gratias agerẽt, & toto pectore amarent eum, qui tãta perpeſſus erat pro eis, dæmonis commẽta inania ſequi maluerũt, quàm veritati fidẽ dare.
Hæreti. Impius Manicheus aſſerere haud erubuit, Chriſtũ phãtaſticum corpus habuiſſe. Appolinarius contra corpus Chriſti diuinitati conſubſtãtiale dixit. Valẽtinus improbus ore improbò profitetur dominũ è cælo corp⁹ attuliſſe. Planè cæcauit eos malitia eorũ, & dicẽtes ſe eſſe ſapiẽtes ſtulti facti ſunt. Vt ergo tres cuneos hoſce lapide vno pro ſterneret, noſter Dauid manu fortis Chriſtus, Goliathq; gigãtẽ mon ſtroſum fũditus proſtraret, octauo die vt in lege ſancitũ fuerat circũciditur, lapideo cultro vulneratur, ſanguinẽ effundit, vagit, lacrymatur dolore nimio cõfectus. Quę omnia veri corporis, vera inditia ſunt.
Matth. 5 Secũdò, par erat, vt legem quam ipſe tulerat comprobaret, & à Deo datam eſſe inſinuaret, ipſo dicẽte: Non veni ſoluere legẽ ſed adimplere. Tertiò, ius erat vt qui Abrahæ promiſit ſe naſciturũ ex illius proſapia, Abrahæ filiũ ſe oſtenderet, quiq; legẽ circũciſionis à Deo acceperat, vt nũc tetigimus, in ſignum fidei. Huc attinet illud Pauli: Nuſquã angelos apprehẽdit ſed ſemẽ Abrahæ apprehẽdit. Quid plura? Vt legis onus graue nimis tolleret à nobis, legi obnoxiũ ſe fecit. De
1. Petri. quo iugo ait beatus Petrus: Quare impoſuiſtis eis iugũ, quod nec nos nec patris noſtri portare potuimus? Nõ vulgarem emphaſim habent hæc verba, quæ maximè Hebræos taxãt. Hãc rationem egregiè tan git Apoſtolus, dicens: Vbi venit plenitudo temporis miſsit Deus fi-
Galat. 4. liũ ſuũ factum ex muliere, factũ ſub lege, vt eos qui ſub lege erant redimeret. En duplex donum modis omnibus exiſtimandum, nedum nos redemit Saluator è manu Pharaonis tyranni, ſub cuius imperio, heu aſtricti tenebamur, ſed de maledicto legis nos liberauit beneficẽtiſsimus Saluator, iugum ferreum illud ex omnium noſtrum colo au
Oſeæ. 11. ferens. Sit per omnia ipſe benedictus qui ſic vnicè nos dilexit. Huc attinebat vaticinium Oſeæ, per quem dominus pollicitus eſt: In funiculis Adam traham eos, in vinculis caritatis & ero eis, quaſi exaltãs iugum ſuper maxillas eorum. Equidẽ exaltauit iugum & abſtulit, vbi legem ipſe adimplens, iugum ſuaue nobis reliquit, legem gratiæ con
Matt. 11 dẽs. Vnde pulchrè ipſe clamat: Tollite iugũ meũ ſuper vos. Iugum meũ ſuaue eſt: & onus meũ leue. Mira res, ſi rub⁹ ardẽs nõ cõburebatur, eò ꝙ Deus ibi erat, quid mirũ ſi onus legis nouæ leue fit, & iugũ ſuaue, quod nobiſcũ filius Dei quotidie portat? Extat illa ſententia

omni

omni conſolatione plena: Cōputreſcet iugū à facie olei, Oleū gratiæ quod ſua gratuita dignatione Chriſt⁹ abūde nobis largitus eſt id ope ratur vt nedū patiēter aduerſa ſuſtineamus, ſed quod mirabilius eſt, gratanter atque gaudenter. Quod videre eſt in Apoſtolis de quibus Lucas inquit: Ibant Apoſtoli gaudentes à cōſpectu concilij, quoniā digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu cōtumeliā pati. Videte obſecro fratres, videte aquas Marath ſuapte natura amaras, per manū Moiſi lignū mittētis dulcoratas. Crux Chriſti lignū ſalubre, quotidie mirabilia hęc operatur, dū in quauis calamitate clamamus: Dn̄s dedit dn̄s abſtulit, ſicut Deo placuit, ita factum eſt, ſit nonen dn̄i benedictum. Venit ergo Chriſtus Dei filius homo factus, ſuſcepit antiquæ legis iugum ponderoſum, vt illo ablato aliud ſuauitate plenū præberet ſuis orthodoxis, ita vt pueris condolens, puer ipſe circuncisionē accipiens graue onus ab illis abſtulit, de hoc fuſius Sanctus Thom. 3. p. q. 37. arti. 1. Vbi ſeptem rationes adducit, ob quas Saluator circunciſus eſt. O iugum ſuaue & omni ſuauitate plenum, circunciſionis loco, quæ duntaxat ex opere operato gratiam conferebat ad deletionē culpæ originalis, datum eſt nobis baptiſma ſacrum, vbi abundantius & locupletius gratia nobis confertur, tā ad abolēdam quamlibet culpā, quā ad aperiēdam cæli ianuam, quod ſanè circūciſio nunquā potuit, nec martyrium, ante Chriſti Ieſu aduētum & benedictam mortem. *Eſa. 10.* *Acto. 5.* *Iob. 1.* *Scotus. 4. d. 1.*

Ceterum ſciēdū eſt, quod Saluator populū ſuum à circunciſione carnis liberans, aliam ſpiritalem eis inuexit, de qua Apoſtolus ad Romanos ait: Nō enim qui in manifeſto iudæus, neq; qui in manifeſto in carne circūciſio, ſed q in abſcōdito Iudæus eſt, & circūciſio cordis in ſpū, nō litera. Cuius laus nō ex hominibus, ſed ex Deo eſt. Verba hæc planè ita nota ſunt vt nullatenus expoſitione indigeāt. Quibus maximè Chriſticolis ſpiritalem circūciſionem commendat. Itidem alibi: Nos ſumus circūciſio qui ſpiritu viuimus Deo, & gloriamur nō iam in carne, ſed in Chriſto Ieſu, qui iuſtificatio noſtra eſt. Neq; hęc ſpiritalis circūciſio adeò noua eſt, vt nō quōdam eā pręceperit Deus. Quādoquidem myſticā hāc circūciſionem Moſes Iudęis prędicauit. Circūcidite, ait præputiū cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius. En circūciſio quæ fit à peccatis abſtinēdo, quam ſit antiqua. Et Eſaias quāuis alijs verbis, id ſuadet lucidius: Auferte malū cogitationū veſtrarū ab oculis meis. Cogitationes prauę & ſuperuaneę, veluti pręputiū cordis ſunt, quas execratur vehemēter dn̄s. At qui, quoniā opis noſtrę non eſt auferre peccata, & corda mūdare ſed *Rom. 2.* *Phili. 3.* *Deut. 10.* *Eſai.*

Deut.30 Dei, clamat Moſes: Circũcidet dñs Deus tuus cor tuũ ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt poſsis viuere. Notãdũ quàm ſit proficua, imò perneceſſaria hæc ſpiritalis circũciſio, ſine qua anima viuere nequit. Vt poſsis viuere inquit. Quod eſt dictu. Alioqui morieris. Nec *Iere.4.* ſanctificatus Hieremias ſilentio rem tam ſeriam prætcrijt. Hæc dicit dominus viro Iuda & habitatori Hieruſalem: Circuncidimini domino, & auferte præputia cordium veſtrorum viri Iuda. Ne fortè egrediatur, vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat. Audiſtisquidem quanta mala interminetur dominus, nõ ijs qui incircunciſi ſunt corpore ſed corde. Poſthac fratres mei oportet dare operam, vt tam cordis prauos affectus, quàm etiam corporis omnes ſenſus mortificãtes, quaſi Petrino gladio ob Chriſti Ieſu amorem quicquid noxium eſt, ſubinde amputemus. Tempus putationis *Canti.2.* venit ait ſpõſa. Vinea dñi ſumus, palmites reſecãdi ſunt, & purgandi vt fructus vberiores ferãt. Certo certius ſciẽtes quod de omni verbo otioſo quod locuti fuerint homines, reddent rationem in die iudicij. *Eſai.1.* Sicut iudex ipſe æquiſsimus commonefacit. Et quoniam à planta pedis vſque ad verticem in nobis non eſt ſanitas, iuxta illud dauiti- *Pſal.* cium: Non eſt ſanitas in carne mea, hæc expoliatio vniuerſalis ſit oportet, non in parte vna vt illa carnalis circunciſio facta erat. Vnde pulchrè Apoſtolus ait: Expoliantes veterem hominem *Nota.* cum actibus ſuis, & induentes nouum. Equidem veterem hominem expoliat, qui ſuperbiam, qui auaritiã, gulam, & alia id genus piacula à ſe prorſus abdicat. Nouumque hominem induit, qui humilitatem Chriſti Ieſu, inopiam, caritatemque pro ſua virili conſectatur. Quod verò die octauo, vt Lucas recenſuit, Chriſti circunciſio facta fuerit myſterio non vacat. Reſurectionem mirabilem hoc indicat, in qua abſterget Deus omnem lacrymam, famem, ſitim, & labores, quibus nũc vel maximè homo laceſsitus, & afflictus incedit. Hinc colligitur, quonam pacto nos ſpiritualiter circũcidamus in omnibus viribus no- *Collatio* ſtris, idque tam internè quàm externè. Sanè ſi manus vel pes putreſcere incipiat, ſtatim reſectio vel aduſtio fiat oportet, ne pars ſyncera inficiatur. Quod maximè rationi cõſentaneum eſſe, nemo tam ſtupens eſt qui ambigat Peccatum autem nil eſt quàm putredo, eaque non ſola ſed aliam ex alia producens, ergo peccatum penitentię cultro, dicto citius reſcandum eſt. Aloqui vt cancer vſquequaq; ſerpit, aſſumens omnia, omnes virtutes corrumpens. Abyſſus abyſſum inuocat. Abyſſus vnius ſceleris, abyſſum alterius parit. Dauid ex adulterio

terio in præcipitiũ homicidij cecidit. Iudas auarus, ſacrilegus fit ſacramentum indignè accipiens, vendidit Chriſtum Ieſum vili pretio, tandem infelix ſeſe laqueo ſuſpendit. Ecce putredo peccati in eo vſq; adeò circũſerpẽs omnia cõſumpſit in traditore. Iam S. Bernardum tantiſper audiamus: Nos quoque fratres circuncidi neceſſe eſt, & ſic nomen ſalutis accipere, circuncidi ſanè non litera, ſed ſpiritu, & veritate. Circuncidi non vno mẽbro, ſed toto corpore ſimul. Licet enim magis in ea parte, qua mãdata eſt Iudæis circũciſio regnet additamẽtũ Leuiathã, qđ à malo eſt, & amputari debet, vniuerſam tñ occupat carnẽ ita vt dicere poſsimus: A plãta pedis vſq; ad verticem nõ eſt in nobis ſanitas. Quod quidẽ malũ magnũ, adũbrabat ille homo deſcendens ab Hieruſalem in Hierico, qui à latronibus ſpoliatus & vulneratus relictus eſt ſemiuiuus. Pius autem Samaritanus filius Dei deſcendit, & eum intuẽs ſauciatum, oleũ & vinũ gratiæ ſuæ infundens peccatorẽ ſanauit. Memẽto fratres quod nemo incirçũciſus poſſedit terram illã optatã lacte & melle manãtem. Imò dñs ad Ioſue ait: Circũcide populũ ſecũdò. Vt intelligamus vitam Chriſtianã nõ aliud eſſe quã diutinã circũciſionẽ, alioqui patriam cęleſtem, cuius typum terra illa ꝓmiſſa gerebat, nemò corde incircũciſus intrabit. Si oculus vel man⁹ tua ſcãdalizat te, abſcinde eã & proijce abs te. Videte terribilẽ circũſionẽ oculorũ, manuũ, necnõ & pedũ. Quorſũ cariſsimi in die circũciſionis Abrahæ, nomẽ eius, & Saræ vxoris illius innouãtur? Profectò quia in generatione ſpiritali quæ fit in baptiſmo, & in circũciſione ſpiritali, vox ea inſonat: Ecce noua facio omnia. Hæc S. Auguſtinus. lib. 19. de ciuita. cap. 27. & 28. Nos igitur ſignati ſumus fratres nobiliori ſigno, dicente apoſtolo: Nolite contriſtare Spiritum ſanctum in quo ſignati eſtis. Hoc ſigũ in ſacro baptiſmo accepimus plus valiturum, quam Iudæorum circunciſio. Quique temerè ſe iactitant quod in ſua circunciſione Deus eos agnoſcet in iudicio. Ita vt quiſquis illud ſignum non habuerit, eum aſſerant damnatum iri. Fabula hæc eſt, nam teſte Theophilato, portionem illam benedictam carnis Chriſti, illæſam ipſe ſeruauit, & in die reſurrectionis reſumpſit, quo integrum corpus aſcenderet in cælum. Vnde etiam ipſi Hebræi præpuciati aſſurgent, vt nullus defectus remaneat. Erit ſane tunc perfecta in nobis circũciſio, ſi vt Paulus hortatur nos, prouideamus bona, non ſolum coram Deo, qui internam conſcientiam intuetur, ſed coram hominibus, ne quicquam ſcandali præbeamus, etiam infirmis, Dño ipſo cõminante: Væ illi per quem ſcandalum venit.

S. Bern. ſerm. circun. 1. *Ioſue. 5.* *Nota.* *Apoc. 21.* *Ephe. 4.* *Theophi.* *2. Cor. 8.*

Ceterum

Ceterum fratres, ſi quis deſiderio pio ſcire affectat, quantum doloris hodie paſſus eſt puer Ieſus, altius rem conſideret, domino opitulante. Alioqui tam ſumus fragiles, vt dicere non poſsimus, dominus Ieſus niſi in ſpiritu ſancto, vt Apoſtolus conteſtatur. Duplicem dolorem contemplemur in Chriſto Ieſu hodie, alterum mentalem, alterũ corporalem. Equidem ſi quis iam doli capax, & vir ætate perfectus, brachium haberet adeò infectum, vt medicorum cõſilio eſſet mane reſecandum. Infirmus ſubinde vt hoc ſcit, intelligens grauitatem futuri doloris, internè dolet antequam caro eius ſit vulnerata. Dum ergo nouacula corpus vulnerat duplici illo dolore affligitur. Saluator mũdi confeſtim vt in virginali vtero ſuæ benedictę matris conceptus fuit, vir perfectus factus eſt, iuxta illud Ieremiæ: Mulier circundabit virum. Et in euangelio legimus: Quod in ea natum eſt de Spiritu ſancto eſt. Vbi S. Baſilius ait. Ecce quam perfecta fuerit Chriſti conceptio, vt natiuitas appelletur. Anima illa glorioſa vidẽs verbũ, omnia præterita, præſentia & futura agnouit. Maximè preſſuras & labores, ac mortẽ ſuã contẽplata eſt. Nec modo, vt alij martyres ſuos agones ex reuelatione ſibi facta agnouerũt, ita & anima Chriſti anguores peculiares intellexit, ſed quantum doloris erat paſſurus optimè ſciuit. Vnde ob oculos cruciatus & ſi futuros habuit, ex vtero ſacerrimæ matris. Cuius vox gemibũda ea eſt: Dolor meus in conſpectu meo ſemper. Senſit dolorem circunciſionis mẽtalem, ex quo conceptus eſt, corporalem verò die octauo, poſtquam alma virgo eum peperit. Magnus dolor prior, magnus & ſecundus. Si ergo viri Sichimitæ robuſti corpore, die tertia poſt circunciſionem ſeſe tutari non valuerunt cõtra filios Iacob certantes, vt ſororem ſuam Dinam liberarent, imò interfecti ſunt ab eis dolore nimio circunciſionis conſternati: quid de puero Ieſu dicemus, cuius corpus ſacrum omnium erat tenerrimum, & delicatiſsimum, quando cultro Petrino fuit vulneratum? Dubio procul tũc clamauit infans ſanctiſsimus, ſi non ore, ſaltim mente: O vos omnes qui tranſitis per viam attendite & videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus. Attentione magna opus eſt cariſsimi in re tam ſeria tamque nobis frugifera. Eam ob rem, ait attẽdite & videte. Toto cordis affectu inſpicite, & oculis fidei illuſtrati contemplamini, ſi eſt, aut fuit vnquam tam vehemens dolor, vt eſt hic meus. Quid de alma virgine dicã fratres, cuius viſcera pertranſiuit gladius ille, quo filius eius vulnus accepit, vos obſecro mente hæc reuoluentes, gratias agite vtrique filio ſacerrimo & benedictæ matri.

Nota. *Matt. 2* *S. Baſil.* *Pſal. 37.* *Gene. 34* *Thren. 1.*

Deiparæ

Deiparę almę verba illa ſunt quæ ſuperius adduximus, quæ Sephora ſponſa Moyſi ore ſuo protulit, quando filius ſuus Petrino cultro circuncíſus fuit. Spoſus ſanguinum tu mihi es. Mirabile myſterium, ſi filius, quomodo ſponſus? Si verò ſponſus qualiter & filius? Equidem Chriſtus filius Dei ſpõſus fuit Mariæ, & etiam filius ipſe nanq; tanquam ſponſus proceſsit ex ea, virginitatem illius ſeruans, dolorem ei nullum præbens. Vnigena filius eius, fuit, quem ope Spiritus ſancti concepit & peperit. Dicamus & nos fratres, Ieſu bone, ſpõſus ſanguinum tu nobis es. Quiq; tantoperè nos etſi immeritos amaſti, vt non ſemel ſed ſepties ſanguinẽ tuũ pretioſum pro nobis affatim effunderes. In horto Geſſemani anxiatus ad patrem orans ſudore ſanguineo perfeſſus, angore nimio fuiſti confectus. In domo Pilati immaniſsimè flagellatus, riuuli cruoris tui atriũ irrigarũt. Spinea corona caput tuum vulnerauit, vnde ſanguis faciem tuam ſole pulchriorem cruẽtabat. Deinde clauis ferreis pedes tui, manuſque cõfoſſæ ſanguinem nobis tuum dediſti, nec gutatim ſed torrẽtis in morẽ defluebat cruor ille. Quid plura? Tam fuit ſponſus amãtiſsimus noſter Chriſtus Ieſus, ſanguiniſq; ſui magnificus largitor, vt poſt mortem lãcea vulneratus de corde ſuo ſanguinem nobis exhibuerit, dicẽte beato Ioãne: Vnus militum, lancea latus aperuit, & continuo exiuit ſanguis & aqua. Sẽpties paſſeris occiſi ſanguine altare Dei in ablutione leproſi aſpergebatur, ex edicto legis, & ſepties ſacerdos noſter Chriſtus ſecũdum ordinem Melchiſedech, pro noſtra ſalute ſanguinem effudit, quo peccatorum noſtrorum lepræ fœdiſsimę mederetur. *Lucæ.22.* *Ioan.19.*

Ecce cariſsimi princeps Sichem filius regis Emor, qui affectu magno accenſus, vt Dinam filiam Iacob pulcherrimam ducat, circunciſionẽ ſpõtè accepit. Anima noſtra planè pulchrior ſole eſt, eòquòd imagine Dei ſummi inſignita. Hanc ſic adamauit filius Dei, vt pro ea ſanguinem ſuum dare non renuerit. O Dina caue, tanto ſponſo ſis indigna, beneficium tibi impenſum agnoſce, grates benefactori tuo redde, ama toto pectore, eum qui vincè te dilexit. Mira res princeps Sichem, poſt circũciſionem quam amore Dinę ſuſtinuit ab Hebręis interfectus eſt. Ad eundem modum Saluator cuius principatus ſuper humerum eius, à Iudæis crucifixus obijt. Hunc pretioſum cruorem fratres iugiter ob oculos habentes, fortiter certemus, nullatenus hoſtes timentes. Nempe vt elephantes regis Antiochi fortius pugnabant, videntes ſanguinem vuæ & mori, quem eis oſtẽderũt ad acuendos in prælium, ſic martyres, ſanguinem Chriſti contemplantes, nec *Gene.43* *Figura.* *Nota.* *1. Mach. 6.*

tyrannos

tyrannos truculentos,nec ergaſtula,aut ſartagines timebāt. Confeſſores ſanguinem hunc vuæ & mori aſpicientes, ideſt Dei & hominis cruorem agnoſcentes,mundum & ea quæ mundi ſunt aſpernabātur, & in eremum ſcalentem fugientes, in cauernis terræ degebant,pœnitentiam auſterrimam agentes. Virgines etiam tenellę,ſuapte natura fragiles,Chriſti ſanguine roboratæ,carnis effręnes motus vicerūt, necnon hoſtes & carnifices triumpharunt. Enimuerò flammeus ille gladius in manu cherubin poſitus,vt paradiſum cuſtodiat,necnon & ille qui in manu Abrahæ ſæuiebat contra Iſaac,iam in ariete Chriſto vulnus inflixit, vt nos viuamus, ille ſoluit quod non rapuerat.Canamus quotidie cum ſanctis, qui in cælo cāticum illud gratiſsimum indefeſſe cōcinunt,gloriam toto pectore regi noſtro Chriſto Ieſu dantes: Redemiſti nos domine in ſanguine tuo, ex omni tribu & lingua, & populo, & natione, & feciſti nos Deo noſtro regnū. Vtinam ſemper & vbique,verba hæc tùm corde,tum ore perſonantes gratias exhiberemus Saluatori noſtro.Qui nō in ſanguine alieno,hircorum, aut vitulorum, ſed in ſanguine ſuo redemit nos beneficus dn̄s.Sāguine agni primogenita Hebræorum liberātur in Aegypto ne angelus domini noceat, nos autem ſanguine agni Dei Chriſti eripimur,& regnum ſanctum efficimur Deo.Sanguis ille typum habebat ſanguinis Saluatoris noſtri, vt ſanctus Baſilius notat.li.de Spiritu ſancto.c.14. multa ſeſe offerebāt de hoc mirabili ſanguine Chriſti quæ lubēs nūc mitto,vt de ſacro nomine ei⁹ Ieſu inſecūda parte declamationis huius aliqua dicere valeam. Vos fratres vt Zaram filius Thamar hoc coccineo filo digitum veſtrum alligate,coram vbique habentes hunc roſeū cruorem,qui lætificare vehemēter poteſt animas veſtras, quauis calamitate vrgente.

Gene.3. Gene.22. Apoca.5 S.Baſil. Gene.38

SECVNDA PARS DEclamationis de ineffabili nomine Ieſu.

Tex. VOcatum eſt nomē eius Ieſus, quod vocatū eſt ab angelo, priuſquam in vtero conciperetur.

Hic aduertendum quod textus conciſus eſt, nam vbi dictum fuerat, vt circuncideretur puer,ſtatim addendum eſt, circunciſus eſt.Et tunc ſequitur vocatum eſt nomen eius Ieſus.Hoc benedictū & omni veneratione dignum nomen, non ab hominibus inuentum eſt: ſed à ſummo Deo datum,& per angelum almæ virgini nuntiatum. Vocabis

bis nomen eius Ieſum ait Gabriel, hic erit magnus, & filius altiſsimi vocabitur. Ex his aduertere licet, non ab angelo, ſed à Deo qui eum miſit, hoc ſanctum nomen datum eſſe. Vnde Eſaias multis retro diebus prophetarat. Ecce nomen domini venit de longinquo. Ac ſi patenter dicat. Non humano conſilio erit inuentum, ſed diuino. Et rurſus ſcriptum eſt: Vocabitur tibi nomen quod os domini nominauit. Itaque non Deipara Maria, non Ioſeph nutritius eius, ſed pater cæleſtis hoc nomen ſacroſanctum impoſuit filio ſuo. Nec abſque magno myſterio & noſtra vtilitate, ceu infra, domino opitulante indicabimus. Mira res ante quam eſſet cōceptus iam nomen habebat, nam Ieſus ſummo Deo nomen inditum eſt. Dñi eſt ſalus ait regalis propheta, & ſuper populum tuum benedictio tua. Si ergo peculiare eſt Deo ſaluare & ſalutem populo ſuo dare, Ieſus ipſe eſt, & fons omnium bonorum, ſalutiſque author. Vbi obſeruādum quod non ex præcepto nomen dabatur pueris in circunciſione, ſed ex cōſuetudine, eò quòd Abraham quando circunciſus fuit nonagita nouem annos natus, impoſitionis nomen accepit à Deo, vna ſuperaddita litera. Vnde apud Iudæos hæc conſuetudo inoleuit. Hinc factum eſt vt Salomon ſe tenellum & vnigenitum matri ſuæ appellet, quamuis frater eius vterinus natu maior erat, nam ille ante circūciſionem obijt abſque nomine. Ideò quaſi nuſquam eſſet deceſsit.

Lucæ.1. *Eſai.40.* *Eſai.54.* *Pſal.3.* *Gene.17.* *Prou.4.*

Ceterùm roget quis, nomen nouum promiſſum eſt Meſsiæ, Eſaia dicente: Vocabitur tibi nomen nouum, quod os domini nominauit. Hoc nomen Ieſus alijs in veteri teſtamento fuit impoſitum, vt Ioſue & Ieſu ſacerdoti, quomodo ergo Saluator vocatus eſt Ieſus? Hic aduertendum eſt quod nomen debet proprietati rei reſpondere. Vnde ſcitè Philoſophus dixit: Ratio quam ſignificat nomen, eſt definitio, quæ deſignat propriam rei naturā. Nomina ſingularium hominum ſemper imponuntur ab aliqua proprietate eius, cui nomen imponitur. Vel ab euētu & ſic Ioſeph vocauit primogenitum ſuum Manaſſem dicēs: Obliuiſci fecit me Deus omnium laborum meorum. Vel etiam ex aliqua qualitate naſcentis. Sicut vocatus eſt Eſau, id eſt rubeus. Erat quidē rufus & totus in morē pellis hiſpidus Aliquādo dantur nomina ex cognatione, ſic cognati Ioānis Baptiſtæ cognominabātur, vt nomen patris Zachariæ daretur ei. Nomina autem quæ diuinitus aliquibus imponuntur, ſemper aliquod gratuitum donum ſignificant, illis cælitus datū. Hinc Abrahæ dictū eſt: Appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te. Et Matth.16. dictum

Eſai.54. *Ariſt. 4. li. Meth.* *Gene.41.* *Gene.25* *Gene.27*

S. Tho. p.3.q.37. art.2. ctum eſt Petro: Tu es Petrus & ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam. Quia Chriſto hoc munus gratiæ collatum erat, vt per ipſum omnes ſalutem acciperent, eam ob rem iure optimo nomen eius Ieſus, id eſt Saluator, per angelum, non modo matri, ſed etiam Ioſeph, futuro nutritio datum eſt. Et quanquam alijs olim

Nota. impoſitum fuerit hoc nomen ſecundum aliquam rationem, factum eſt, quia temporalẽ ſalutem populo Dei attulerunt. Secũdum autem rationem vniuerſalis ſalutis hoc nomen Ieſus proprium eſt Chriſto. Et ideò dicitur nomen nouũ ab effectu nouo & inaudito. Imò Ioſue qui antea Oſeæ vocabatur, primus fuit qui hoc nomen benedictum habuit. Moſes ſpiritu Dei afflatus, vbi ducem populi eum cõſtituit, Ieſum ipſum nominauit. Is planè introduxit populũ in terrã promiſſam à Deo, & duodecim tribubus eam diuiſit. Adumbrãs Chriſtum Ieſum vẽturum, qui fideles in cælum duceret, cui omne iudicium datum eſt à patre, vt ſingulis det gratiam & gloriam. Teſtante Apoſtolo: Vnicuique data eſt gratia, ſecundum menſuram donationis Chriſti. Ioſue barbaros profligauit, & expoliauit illos, ſic Chriſtus principatus & poteſtates expolians, traduxit illos confidenter dæmones

1. Eſdr.5 omnes euincens. Quid multa Ieſus filius Ioſedech ſacerdos ille ſanctus fuit, qui templum domini reſtituit, vt meritò imaginem Chriſti in ſe haberet. Cui datum eſt ſacerdotium ſecũdum ordinem Melchiſedech. Vt fuſiùs probat Paulus ad Hebræ.7. Ieſus noſter non ex lapidibus nec manu factã extruxit eccleſiam, ſed proprio ſanguine redemit, & illam erexit. Tertius autem Ieſus filius Sirach nomen illud ſanctiſſimum aſſequutus eſt, vir ſui ſeculi prudentiſſimus, ita vt renouaret ſapiẽtiam de corde ſuo. Eccleſi.50. ille Chriſti Ieſu typum geſſit profectò, quis Chriſto ſapientior vnquam fuit? Ipſe ſapientia patris cæleſtis eſt. Prædicamus Chriſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam

1. Cor.1. ait paulus. Ideò præcellenti ſua doctrina orbem vniuerſum illuminauit, & euangelica veritate à cultu peſſimo idolorum emundauit. Tres ergo iſti eximij viri non immeritò nomen Meſsiæ habuere, & perſonam eius geſſerunt, primus Dux fortiſſimus fuit, ſecũdus ſacerdos & ſummus Pontifex templi reſtaurator, tertius ſapiẽtiſſimus ſcriba. Quæ omnia ſummo gradu in Chriſto agglutinata ſunt. Ni fallor Deus ſummus ideò alios voluit ante Chriſti aduentum hoc benedi-

2. Re.6. ctum nomen habere, ne verſutus Satan agnoſceret Meſsiam ex nomine. De quarto nil inuenimus niſi quod in agro eius requieuerit arca domini, Philiſtæis remittẽtibus eam. Hinc S. Bernardus, Sermo.3.

Cicun.

Circun. Vocatum eſt nomen eius Ieſus, non impoſitum, nempe hoc
ei nomen eſt ab æterno, à natura propria habet vt ſit Saluator, inna-
tum eſt ei hoc nomen, non inditum ab humana, vel angelica creatu
ra. Sed quid dicimus, quia Eſaias ipſum puerum multis nominibus
appellandum fore dixit, hoc tamen nomen tacuit? Sanè exultauit
egregius propheta vt videret diem hunc, vidit & gauiſus, gratulabun
dusque, laudans Deum ait: Puer natus eſt nobis & filius datus eſt no *Eſai.9.*
bis & factus eſt principatus eius ſuper humerū eius. Et vocabitur no-
men eius admirabilis, conſiliarius, Deus fortis pater futuri ſeculi, prin
ceps pacis. Magna quidem nomina, ſed vbi eſt nomen quod eſt ſu-
per omne nomen? Vbi Ieſus, in quo omne genu flectitur? Fortè in ijs
omnibus illud inueniemus, ſed expreſſum & quodāmodo effuſum.
De quo ſponſa oleum effuſum nomē tuum. Habemus planè ex om- *Cantic.1.*
nibus ijs appellationibus Ieſum. Nec vocari poſſet nec eſſe Salua-
tor ſi fortè quippiam horum defuiſſet. Admirabilis quidē eſt in mu-
tatione noſtrę volūtatis, hoc ſaluationis noſtræ principiū eſt cum eo
donante ſpernere incipimus quę impenſius antea diligebamus, do-
lere vnde lætabamur, amplecti quod metuebamus, optare quod con
tēnebamus. Admirabilis planè, qui hæc in nobis operatur mirabilia.
Conſiliarium ſe exhibet in electione pœnitētiæ & vitæ ordinatione,
ne fortè ſit abſque ſcientia zelus, & voluntati bonæ prudentia deſit.
Alioqui Paulus arguet nos dicens: Zelum, vel æmulationem habent
non ſecundum ſcientiam. Deus nobis eſt in peccatorum remiſsione.
Nā ipſe ait: Ego dominus qui deleo iniquitates tuas propter me. For
tem eum experiamur oportet in certamine contra hoſtes noſtros.
Quique vocem illam intonat: Nolite timere ego vici mūdum. Pater *Ioan.16.*
futuri ſeculi Chriſtus eſt, qui nobis immortalitatē promiſit. Fulge-
bunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. Per pręſentis ſeculi patrem
generamur ad mortem, eò quòd ſtatutum eſt hominibus ſemel mo- *Nota.*
ri & poſt hoc iudiciū. Per Adam cæleſtem regeneramur ad æternā
vitā. Nec hoc ſatis eſt niſi princeps pacis ſit Ieſus, qui patri nos con-
cilet, cui traditurus eſt regnum, multiplicabitur eius imperium. Vt
meritò Saluator mūdi dicatur. Quam ſalutē hodie operari cœpit ſan
guinem pro nobis effundens. Ecce opere implet nomen ſuum ſan-
ctum, & quia vocatur Ieſus ſalutem noſtram operari nō horruit. Agi
te fratres & vos implete nomen veſtrum magnum, Chriſtiani appel
lati eſtis, opera agite veſtro nomine digna. Nomen veſtrum hono-
rabile & ſanctum eſt, imò vos eſtis genus electū regale ſacerdotium, *1. Petr.2.*

gens ſancta populus acquiſitionis. Ne obſecro degeneres facti mancipia diaboli efficiamini. Nam qui facit peccatum ſeruus eſt peccati. Væh cui dictũ eſt: Nomen habes quod viuas & mortuus es. Hoc nomen, Chriſtianus, nomen vitæ eſt, niſi fides caritate indigeat, quæ nimirum fides abſque operibus viuere nequid. Quin & ipſa fides diu noctu clamat cum Rachele, & ait: Da mihi liberos alioquin moriar. Vbi Diuus Hieronymus, quaſi filij noſtri opera bona ſunt, quæ ex volũtate candida prodeũt. Vnde in lege maledictus erat qui ſemen non habebat, quod planè non modo de generatione carnali, ſed de ſpiritali intelligẽdũ eſt. Huc attinet illud: Ite maledicti in ignem æternum. Eſuriui & non dediſtis mihi manducare, ſitiui & non dediſtis mihi bibere. Hoc ad hœdos ſteriles dictum eſt, ad oues verò pias & pietatis operibus deditas contra: Venite benedicti patris mei percipite regnum. Videre eſt quoſdam in eccleſia Dei, aliena rapiẽtes, diuitias congerentes, theſaurum ſuum in hac vita momẽtanea facientes. Hoccine eſt Chriſtianè viuere? Nempe tales nomen habẽt quod viuant, nihilominus mortui ſunt. Ij fruſtra nomen gerunt ſanctum perperam viuentes. Equidem alma virgo in ea epiſtola quæ ad ſanctum Ignatium miſit, ſic ait: Mores & vitam voto conformes. Breuis quidem ſententia ſed profunditate magna, en methodus totius perfectionis noſtræ, vita noſtra candida ſit, & mores conſpicui ſine tenebra peccati eluceſcant, ita vt võto ſancto quod in baptiſmo protulimus conformes ſint. Saluator noſter id nos hodie docet adimplens ſacrum ſuum nomen, ſanguinem ſuum effundens, vt dum Ieſus vocatur, Ieſus ſit opere, non nomine tenus.

Apoc. 3.

Gene. 30

Nota.

Sacra uirgo Maria.

Magnum quidem fratres & ſtupendum myſterium, circunciditur puer & vocatur Ieſus, quid ſibi vult iſta connexio? Circunciſio nimirum magis ſaluandi quam Saluatoris eſſe videtur, & Saluatorem circuncidere decet, quàm circuncidi. Sed agnoſcamus mediatorem Dei & hominum, qui ab ipſo natiuitatis ſuę exordio diuina humanis ſociat, ima ſummis. Mirabile dictu, naſcitur ex muliere, ſed cui fœcunditatis fructus ſic accedat vt virginitatis flos nullatenus decidat. Pannis puer inuoluitur, & panni ipſi angelicis laudibus honorantur. Abſconditur in præſepio, ſed proditur ſtella radiãte de cælo. Sic circũciſio veritatem ſuſceptæ humanitatis probat, & nomen quod eſt ſuper omne nomen gloriam indicat maieſtatis. Circunciditur tanquam verus Abrahæ filius, & Ieſus vocatur tanquam filius Dei. Attendẽdum autem quod prius ab angelo vocatur Ieſus, deinde ab hominibus

S.Bern. ſer.1.cir.

minibus, nam idem Saluator, angeli & hominis. Sed angeli ab initio creaturæ Saluator eſt, hominis autem ab incarnatione. O verbi profunditatem, ecce in ore duorum teſtium eſt omne verum, angeli & homines Chriſtum Ieſum fatētur mūdi Saluatorem, nec eſt aliud nomen nobis datum, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Nos ergo vt in vacuum non portemus nomen ſalutis, ſpiritalem circūciſionem habeamus, ſuperflua quæque reſecātes. Habentes alimenta & quibus tegamur, iis contenti ſimus. En moralis & ſatis frugifera circūciſio, & qui habet duas tunicas det vnam non habenti, & de cibis ſimiliter. Videtis normam viuendi cælicam, & philoſophiam diuinam, vos precor eam pectoribus veſtris altius infigite. Nota. Act.4. 1.Timo.6

Hic animaduertendum, eſt quod duobus nominibus priſci patres Deum optimum vocabant adorabantque, in lege naturæ vſque ad Moſen, nā Deum Sadai illum appellabant. Sadai interpretatur ſufficiens, vel ſufficientia, & quia toto corde eum diligebant, Sadai illum vocabant, in quo omnē ſufficientiam habebāt. Quin & ipſe eſt qui dat iumentis eſcam ipſorum, & pullis coruorum inuocantibus eum, velut pſalmographus canit. Itaque omnis creatura ad eum clamat. Sath, Sath, quaſi cum apoſtolo dicens: Omnis ſufficientia noſtra à Deo eſt. Hoc nomine Iſaac vſus eſt quando miſit Iacob filium ſuū peregrinari: Benedicat tibi De' Sadai, & creſcere te faciat. Atqui tempore Moſi aliud nomē Dei apparuit. Vnde dominus ad eum ſic ait: Ego dns qui apparui Abrahæ, Iſaac, & Iacob in Deo Sadai, & nomen meum Adonai non indicaui eis. Cuius nominis Moſes meminit in ſcripturis ſuis. Hoc quidem nomen eſſentiam Dei ſignificat, ideò Hebræi ex ſeptuaginta duobus nominibus Dei, hoc vnum vocabant præcipue. In lege autem noua vbi vmbratica illa euanuerūt, & arcana cūcta clareſcūt, nam gratia & veritas, per Ieſum Chriſtum facta eſt, nos fideles hoc nomen benedictum Ieſum habemus, veneramur, & totis medullis cordis diligimus, dicentes cum Abacuc: Gaudens gaudebo in domino, & exultabo in Deo Ieſu meo. Sadai, id eſt qui ſufficiens vel qui ſufficientia, nomen Dei eſt, quoniam ſolus ipſe ſibi ſufficiens, quia bonorum noſtrorum non indiget nos verò vel maximè eo indigemus. In quo viuimus, mouemur & ſumus. Adonai, hoc eſt dominus, vel dominator. Ieſus Saluator noſter eſt. Quippe qui cum diues eſſet noſq; inopes, & miſeri, inops ipſe factus eſt, vt illius ſpontanea inopia, nos locupletes ac diuites eſſemus innumeris ſpiritalibus diuitiis ditati. Dominus ac dominator eſt omnium Nomen Dei Sadai. Pſal.146. Gene.28. Exod.6. Abac.3.

Gene. 27 quamuis inter cunabula vagiat, ſanguinem ſuum, lacrymaſque abũ-
Nota. de hodie effundat. Eo quod vox Iacob inſonet, ſub manibus Eſau. Panni, quibus inuolutus erat Ieſus, velut pelliculæ ſunt, ſub quibus latet, filius Dei, poſtquam verbum caro factũ eſt, & habitauit in nobis. Cui pater cæleſtis loquitur dicens: Vox quidem vox Iacob eſt, manus manus ſunt Eſau. Planè in ſimilitudinem carnis peccati hodie apparens, & cruciatum ingẽtem pro nobis circũciſus ſuſtinẽs benedictionẽ patris obtinuit nobis qui maledictioni obnoxij eramus, necnõ & filij iræ iure vocabamur. De rore cæli & de pinguedine terræ, nobis datur benedictio, vbi cruore eius irrigamur qui Deus & ho
Ephe. 1. mo eſt, Chriſtus Ieſus, dicente apoſtolo. Qui benedixit nos in omni benedictione ſpiritali in cæleſtibus. Sed in quo? nẽpe in ipſo Chriſto
Pſal. 106 Ieſu, Saluatore noſtro, qui totius mũdi ſal⁹ eſt, pſalmographo aſtruẽte: Miſit verbum ſuum & ſanauit eos. Quis obſecro tantum bonum miſit? Sanè pater cæleſtis cupiens vulneribus noſtris mederi, cicatrices noſtras ſanguine ſui filij ſanare. De quibus ingemiſcẽs aiebat pro
Pſal. 37. pheta: Computruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.

Ceterum volens nunc mitto nomen illud tetragrammaton, ideſt nomen quatuor literarum, quod Hebræi ſic ſcribũt. H, V, H, I. Ineffabile hoc nomẽ appellant non quod fari nequeat, vt Origenes notat, ſed quod tantoperè illud venerentur, vt nemo niſi ſacerdos in benedictione populi proferre illud audeat. Nec ſcribere hoc nomen extra libros biblicos volebant, coacti aliquando per figuram ſic exarabant, .·., ſi verò aliquando in terram caderet piaculum ducebant. Proh nefas quot Chriſticolæ hodie ore polluto nomen benedictum Ieſum aſſumunt peierantes. Faxit Deus optimus, vt tam lethalis peſtis quamprimum abſcedat à fidelium ore. Atqui literæ quibus hoc nomen honorificum tetragrammatõ ſcribebatur erãt. Iod, He, Vau, He. Sic & græcè, quatuor literis ſcribitur nomẽ Dei, Theos, verum quod pueri Hebræorum canebant hieroſolymis Chriſtum Ieſum laudantes, & Meſsiam verum profitẽtes, ex pſalmo deſumptum
Pſal. 117. erat. Vbi ſic habetur: O domine ſaluũ me fac, o domine proſperare, benedictus qui venit in nomine domini. Hebraicè habetur. O Iehouah, Saluum me fac. Saluatorem mundi Ieſum appellabant in quo mundi ſalus ſita erat. Adhæc notãdum quod nomen illud ineffabile,
Picus. li. vt quidam aiunt, effabile factum eſt per literam. S. quam Schim He
7. bræi vocãt. In cuius pronuntiatione maxillam inferiorem ſuperiori

iungimus.

iungimus. Vbi incarnationis mirabile opus oſtēditur. Ibidem Deus homo factus eſt, & vocatus Ieſus, præterea, Schin, apud Hebræos figurā lāpadis habet, quā ob rem incarnationem ſignificat, iuxta illud Eſaiæ: Et Saluator vt lāpas accendatur. Lāpas Chriſtū denotat, nam intus habet lumē diuinitatis, & oleū effuſum quod eſt nomē benedictū Ieſum. Sic clareſcere cœpit nomen Dei, adeò vt demiratus Dauid dicat: Dñe dñs noſter quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra. Et ipſe dñs ait: A ſolis ortu vſq; ad occaſum magnū eſt nomē meū in gētibus. Quodq; olim nō contigerat. Sed notus erat Deus in Iſrael dūtaxat, magnūq; nomē eius in Iudæa. Sed iam fas erit de mirabili virtute huius ſacratiſsimi nominis Ieſu aliqua indagare, quę tum magnum ſolatium, tum ingens cōmodum afferant mētibus noſtris. Quam ſit venerādum, & modis omnibus colēdum hoc ſalutare nomē palā facit Apoſtolus: In nomine Ieſu omne genu flectatur, cæleſtium terreſtium & infernorum. Ecce triplicē monarchiā nominauit, cælū & terrā, & infernū, in quibus omnes genu flexi nomen hoc ſacrū adorāt. Angeli & omnes beati, in cælis, orthodoxi in terra. Iuſti qui in purgatorio pœnas luūt, donec purgati æthera regna poſsideāt, cūcti magnificāt Ieſum. Quid plura? Dæmones quamuis miſeri, ſuperbi, & procaces in nomine Ieſu exibant ab obſeſsis per aera clamātes. Quid nobis & tibi, fili Dei benedicti, veniſti ante tēpus torquere nos? Quid ergo mirabilius? Quid ve potētius hoc ſacro nomine? Lāgores quoſuis fugat, dæmonia pellit, mortuis vitā præbet, claudis rectus greſſus exhibet. Argētum & aurū nō eſt mihi, ait Petrus, totius eccleſię caput, quod autē habeo hoc tibi do. Et cōfeſtim, claudus mēdicās in ſpecioſa porta tēpli exiliēs incolumis factus eſt, ſtupentib⁹ cūctis. Sed quid auri argētive illi impertiuit? In nomine Ieſu ſurge & ambula. Ieſu bone & ſalutis noſtræ auidiſsime, qui claudicātes ſanas, tua potenti virtute, precamur ſupplices, & toto pectore oramus cū Dauide: Dirige greſſus noſtros in ſemitis tuis, in mādatis tuis ſanctis ne forſitā, moueātur, veſtigia noſtra. Vach demētiā execrādam hæreticorū, qui nolūt, flectere genu ad nomē Ieſu, ij peiores diabolo facti cū diabolo cruciabūtur, ni reſipuerint pœnitētiam agētes in hac vita, quam dñs eis ſua gratuita dignatione impertiat, ne pereant. En fons patēs domui Dauid in ablutionē peccatoris & menſtruatę velut propheta vaticinatus eſt. Quē vtiq; limpidiſsimū fontē, Apoſtolus digito ſuo nobis oſtēdēs inquit: Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis, in nomine dni Ieſu Chriſti. O ſacrum, ò ſalutiferū & per

Eſai.62. *2.Cor.12* *Matt.8.* *Acto.3.* *Pſal.118.* *1.Cor.6.*

omnia venerandum nomen Ieſu Chriſti, in quo fideles omnes abluti ſanctificati, & iuſtificati ſumus. Equidem in hoc bendicto nomi-
Thren.4 ne quotquot abluuntur vt de Nazaræis Ieremias ait: Candidiores ſunt niue, nitidiores lacte, & ebore antiquo pulchriores. Planè ij ſunt quos in ſpiritu Ioannes inſpexit ſequentes agnum ſtatem ſupra montem Sion, quique in frõtibus ſuis, hoc eſt in anima ſcriptum ha-
Apoc.14 bebãt nomen hoc ſaccerrimum. Mons Siõ Eccleſia Romana ſancta eſt, in qua Saluatorem expectamus dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. In hac Sion id eſt, ſpecula oculis, fidei ſacræ reuelata facie, velamine Moſi depoſito, gloriam dñi ſpeculãtes, certo
Acto. 4. certius clamamus cum beato Petro: Non eſt nobis aliud nomen datum ſub cælo in quo oporteat nos ſaluos fieri. Quin & ipſe dñs per
Oſee. 3. Oſeam ait: Nõ eſt Saluator abſq; me. Idq; Eſaias cõteſtatur. Nec Zacharias hoc ſiluit, imo voce magna ait: Ecce rex tuus venit tibi iuſtus
Zacha. 9. & Saluator. Angelus ad paſtores huius Saluatoris meminit. Natus eſt
Concil. vobis hodie Saluator qui eſt Chriſtus. Hinc concilij Lugdunenſis decretũ ſic habet. Conueniẽtes in eccleſia, nomen illud quod eſt ſuper omne nomẽ, à quo aliud ſub cælo nõ eſt datũ hominibus, in quo ſaluos fieri credẽtes oporteat. Nomẽ videlicet Ieſu Chriſti exhibitione
Luca.10. ſpecialis reuerentiæ attollant. Agite vos cariſsimi ſanctũ & terribile eſt nomẽ hoc, ſuaue iuſtis horrẽdũ dæmonijs, vt nũc attigimus. Quã plenũ gaudij & cõſolationis eſt, nobis, tã viciſim terribile eſt hoſtib⁹ noſtris. In nomine meo dęmonia eijciẽt, ſerpẽtes tollẽt, ait Saluator. Idq; quotidie nobis accidit, dũ tẽtatione catimur, dæmõ, mũdus, aut caro noſtra infeſtat, in nomine Ieſu clamãtes, nihil bella hoſtilia no-
S.Ber. cẽt. Vnde Bernard⁹ Ieſus mel in ore, melos in aure, iubilus in corde. Quid dulci⁹ melle? Salomõ ait initiũ habet dulcedinis. Sic nomẽ hoc fons eſt, & radix totius ſuauitatis. In auribus melos ſuaue eſt & in cor-
Colo.3. de alacritas & gaudiũ mirabile. Eã ob rẽ omnia in nomine Ieſu Chriſti facite, vt pulchrè admonet Apoſtolus, qui ore & corde Ieſum Chriſtum perſonabat, quemadmodum paſsim in ſuis epiſtolis conſpicuum eſt. Nihil aliud magis inculcat quam hoc ſuauiſsimum, mellitiſsimumque nomen Ieſu Chriſti.

Nedũ Ieſus ſalutare nomẽ, nobis armatura mirabilis eſt, qua oẽs infeſtiſsimos hoſtes expugnamus, funditus & proſtramus, ſed aſylũ,
Prou.18 & turris inexpugnabilis cũctis Chriſti militibus eſt. Hinc Salomon: Turris fortiſsima eſt nomẽ dñi, ad ipſam currit iuſtus & exaltabitur.

Singula

Singula emphaſim habēt non vulgarē. Ieſus turris eſt nō quæuis, ſed fortiſsima, vndequaq; munita cōtra quā nec technę aut iacula diabo li quicquā valēt. Ad hāc confugiūt non oēs, ſed iuſti apoſtoli ſancti, martyres dñi, tyrānorum minas ſpernētes, vulnera & cruciatus perſe rētes. Necnō, & cōfeſſores, & virgines carnē ſuā ieiunijs, & vigilijs ca ſtigātes, ad hāc turrim munitiſsimā cōfugiebāt, ſugiūtq; quotidie in hac calamitoſa vita, degētes, quæ quidē iugis militia eſt, ſuper terram teſte B. Iob. Et velut ſeptuaginta trāſtulerunt, tētatio eſt vita homi- nis ſuper terrā. Attēdite fratres nō moroſe aut ſegniter, orare opor- tet, nomēq; Ieſu Chriſti inuocare, ſed feſtināter, eā ob rē ſapiēs dixit ad ipſam currit iuſtus. Quāprimū tētatio pulſat iuſtus clamitat: Deus in adiutoriū meū intēde, dñe Ieſu ad adiuuādū me feſtina. Et iterum: Deus in nomine tuo potētiſsimo ſaluū me fac, & in virtute tua libera me. Statimq;, dñs qui nō dormitabit neq; dormiet reſpōdebit. Quo- niā in me ſperauit liberabo eū protegā eū, quoniā cognouit nomen meū. Diſcāt hic oēs Chriſticolæ ſedulo ſe exercere, & nomē Ieſu, ſæ peſępius inuocare, quo velut in arce fortiſsima, requiē & pacē adinue nire poſsint. Quin & vates regius oēs fideles puſillos & magnos com monefacit, vt tā mirificū ac præcellētem nomē laudēt: Reges terræ & oēs populi, principes & oēs iudices terræ, iuuenes & virgines, ſenes cū iunioribus laudēt nomē dñi, quia exaltatū eſt nomē eius ſolius. Ec ce ſanctus propheta oēs excitat fideles, ad honorādum ac laudādum ſanctiſsimū hoc nomē. Vos fratres habete hoc cōmendatiſsimū, ſiue cubitū eūtes, ſiue è lecto ſurgētes, imò & cūcta in nomine Ieſu facien tes, fieri nō poteſt, quin felicē finē ſortiātur, Chriſto Ieſu conteſtāte, ac ore ſuo ſacro, pmittēte: Amē dico vobis ſi qd petieritis patrē in no mine meo dabit vobis. Quid obſecro vtilius, aut felicius dici vnquā potuit? Tātæ virtutis hoc ſalubre nomē eſt, vt pater cœleſtis audiēs nomē filij ſui dilecti, in quo maximè ſibi cōplacuit, ſubinde precāti- bus magna largiatur dona. Quēadmodum Saluator pollicitus eſt.

Iob.7. *Pſal.69.* *Pſal.52.* *Pſal.90.* *Pſal.149*

Deniq; cum ſponſa decantare nūc lubet: Oleum effuſum nomen tuum. Equidē aptiſsima cōparatio hæc eſt. Non modo ſponſi oſcula & vbera ſpōſa deſiderat, nam dixerat oſculetur me oſculo oris ſui, qa meliora ſunt vbera tua vino, verū etiām nominis gratiā & virtutē de miratur, & cōmendat. Quod quidem tam eſt odoriferum tam ſuaue redolens, tantis & refertum gratijs dulcedinis, vt oleo ſiue vnguento præſtātiſsimi odoris poſsit ac debeat comparari. Olei planè nomine vnguentum pretioſum intelligitur, vel ſuccus aromaticus, eò quòd

Cantic.1.

Nota. ferè vnguēta omnia ex oleo conficiantur vt prima & præcipua materia. Adiunctis deinde alijs herbarum ſpeciebus aromaticarum, ſecundū quas variantur vnguenta. Sic aliud vnguentum Nardi, aliud Myrrhæ, & ita in alijs ſpeciebus. Quod autem in euangelio vnguētū Magdalenę ſpicatū dicitur, ratio eſt: quia ex ſpicis Nardi fiebat, ideò præſtantius eò quòd ex folijs eiuſdem Nardi cōficiebatur. Ait ergo ſponſa, oleum effuſum nomen tuum. Non quidem incluſum, ſed effuſum. Nam vbi apertum fuerit vaſculū & effuſum, quod ante latebat vnguentum, tum demum ipſius odoris fragrantia longè lateque

Marci.14 ſpargitur. Sicuti de vnguēto Mariæ legimus, quod alabaſtro fracto, non modo conuiuantes eius odore ſunt refecti, ſed tota domus repleta eſt odore vnguenti. Ad hūc modum ſponſus Chriſtus Ieſus ſic nomē ſuum benedictum per orbem effudit, vt vniuerſas mundi partes, omniaque terrarum climata odore gratiæ ſuæ impleat, vbiq; ſe laudandum præbens fidelium cordibus, vbique omnes fideles ſuæ dulcedinis gratia abundè reficiens, quemadmodum oleum pretioſum effuſum, omnes copioſe aſtantes reficit & oblectat. Ceterum, oleum nō modo illuminat, tenebraſque depellit, ſed exhilarat, & membrorum virtutem reparat. Tādem vulneribus adhibetur, vt medicamen ſalutis ſit. Quod verò oleum lætum reddat aſpectum perūctis, palam

Psal. 103 facit Dauid dicens: Vt exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis cōfirmet. Cōfortat membra, & athletas robuſtiores efficit. Hinc legimus, infirmata ſunt genua mea à ieiunio, & caro mea immutata

Psal. 108 eſt propter oleum, ſiue ab oleo. Et hæc cōſuetudo inoleuit apud an-

2. Paral. 28. tiquos. Ad reſtituendas vires adhibetur oleū vt patet de captiuis ex itinere defatigatis, qui oleo vncti fuere. Quarto notiſsimū eſt oleum adhiberi vulneribus. Vnde illud prophetæ: Vulnus, & liuor, & pla-

Esai. 1. ga non ſunt ligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. Quin & Samaritanus ille euangelicus, vulnera ſauciati hominis, oleo vnxit. Iu-

Luce. 10 ta hunc quadruplicem olei vſum atque virtutem, dicimus nomen Ieſum multiplicis eſſe virtutis, effectumq; habere non vnicum. Exhilarat mentis faciem, & magnoperè lætam reddit, tam gratiſsimi ac iucundiſsimi nominis memoria. Imò omnem mœſtitiam longè depellit. Nonne gauiſi ſunt diſcipuli viſo domino poſt reſurrectionē? Hūc videt mens noſtra quoties illius ſacerrimi nominis eſt memor. Ioan. in tentorio materno clauſus, oculis ſuis Ieſum non vidit, & nihilo ſecius exultauit mirum in modum, quemadmodum mater eius teſtata

Luce. 1. eſt. Adhæc, omnes interioris animæ vires mirabiliter roborat, ita vt

ad omnes

ad omnes functiones ſuas peragēdas, ſufficiat. Etenim laſſatis, & defatigatis in via Dei ob virtutis ſtudium, nil poteſt adhiberi tam efficax ad reſumēdas vires, ad percurrēdā viā mādatorum Dei, ad prælia̅da dn̄i prælia, quam oleū iſtud nominis Chriſti Ieſu. Atqui quod vulnus tā exiciale, aut quis morbus tā grauis, cui non hoc oleo ſuperfuſo faciliimè medeatur? Equidē ſemiuiuos curare valet, & mortuos viuificare poteſt. Quid quod inſtar olei illuminat corda obcæcata, *Nota.* vt iā agnoſcere poſsint Chriſtū Ieſum creatorē ac redēptorē mūdi? Vnde ipſe Ieſus ait: Ego ſum lux mundi. Non vnius ciuitatis aut re- *Ioan.8.* gni ſed totius mūdi lux Saluator eſt. Nec vt Manichæus ſtultè commētus eſt, ſol iſte qui terrā illuminat Chriſtus eſt, ſed lux hominū appellatur à Ioāne, & ſol iuſtitiæ ab Eſaia. Quid obſecro cādelabrū illud in tēplo auro puriſsimo fabrefactū ex præcepto dn̄i, ſeptēq; lu- *Exo.25.* cernas habēs præſignabat, quam nomē hoc iubare ipſo lucidius, per quod ſeptem chariſmatū dona fideliū mētibus dātur? Ideò adoleſcētulæ dilexerūt te. Animæ fideliū hæ ſunt, quæ in ſacro baptiſmate generātur intra eccleſiā. De quibus Petrus apoſtolorū princeps. Quaſi *1.Petr.2* modo geniti infantes ſine dolo lac cōcupiſcite vt in eo creſcatis. Adoleſcētulæ itidē ſunt qui in pœnitētię lauacro abluūtur & à vetuſtate peccatorum lauātur. Huiuſcemodi adoleſcētulæ vehemēter delectātur fragrātia nominis Ieſu, mireq; reficiūtur, ita vt non poſsint nō diligere ſponſū tam beneficū, totum deſiderabilē, ac ſuauiſsimis vnguētis delibutum. Signāter adoleſcētulæ, non vetulæ ſpōſum Chriſtum diligunt, nam ſi ætate corporis videantur ſeneſcere orthodoxi, intus tamē in anima adoleſcētiam retinēt. Vnde in pſalmo legimus: Introibo ad altare Dei, ad Deū qui lętificat iuuētutem meā. Et iterum: Re- *Pſal. 41.* nouabitur vt aquilæ iuuētus tua. In adoleſcentularū nomine puritas, *Pſal.102.* & incorruptio inſinuatur, quippe quæ alienis nō ſunt occupatę amoribus, ſed Chriſtum ſolū pura mente cādidoq; corde vt ſpōſum diligūt. Has admonet Paulus, ne ſicut ſerpēs ſeduxit Euam aſtutia ſua, *2.Cor.11.* ſic corrūpātur à ſimplicitate, quæ eſt in Chr̄o Ieſu. Verſutus ille ſerpēs, vt eſt inuidus, nullū nō mouet lapidē vt orthodoxorū mētes corrūpat. Quā ob rē cautè ambulādū eſt ſemper. Hinc quotidie videmꝰ in ſancta eccleſia vtriuſque ſexus homines, adhuc in ætate teneriori, quādo maximè videtur eis mundus ſapere, in optimo ætatis vigore, odore nominis diuini Ieſu allecti quod viriliter mundū, & quicquid in mūdo arridet plauſibile contēnunt, totoſq; ſe ſpōſi nobiliſsimi obſequijs dedūt tradūtq;. Ij propter eius amorē, cōtra carnē, mundū, &

diabolū,ac ſatellites eius fortiſsima prælia,eaq; aſsidua gerentes.

Sāctus Bernar. ſpiritu feruidus, doctrinaq; mirabili præditus:eaq; magis cælitus inſpirata quā humanitus parta,has adoleſcētulas mētes
S.Ber. ipſas cæleſtes,ac angelorū nouē choros eſſe aſſerit.ſer.19.in canti. Nā
Eſai. 6. quia capaciores integro oleo gaudēt,effuſo nō indigēt. Ij vehemēter diligūt Christū Ieſum diu noctuq; collaudāt dicētes, Sāctus, Sāctus, Sāctus dn̄s exercituū,vt de ſeraphin,aſſerit Eſaias. Atq; eo magis laudāt,quo plus amāt. Oleū effuſum nomē tuū. Ecce ob bonū odorem vberū intrinſecus perfuſorū,ait ſpōſa,oleū effuſum eſſe nomē Chriſti Ieſu,aſcribēs ipſum odorē nominiſ ſpōſi tāquā oleo effuſo ſuperuberā. Et quicūq; munere gratiæ exterioris perfuſum ſe ſentit,quo & ipſe alijs refundere poſsit,etiā huic dicere eſt,oleū effuſum nomen tuū. Sed ſanè cauēdū eſt in his, aut dare quod nobis accepimus,aut quod
S.Ber. erogādū accepimus retinere. S.Ber.ſer.18,in cāti. Curramꝰ fratres curramus in odorem huius ſuauiſsimi vnguēti,& cū adoleſcētibus magnoperè Christū diligamus. Quid captiuis reſonat dulcius quàm Ieſus
Aths. ſaluator? Quid gratius laſsis,quàm requietionis præconiū? Quid ęgrotis ſuauius prudēti medico? Quid perditis mellitius nomine redemptoris? Ecce quot theſauros habet hoc mirabile nomen Ieſus.

Summa. Poſt hoc ſalutiferū nomen currāt vniuerſi,nā turris fortiſsima eſt, ex qua mille clypei pēdent, omniſq; armatura fortiū in illo repoſita eſt. Antidotum animarū noſtrarum efficax Ieſus ipſe extat. Ipſe veritas qui oculorū mētium illuminat, ipſe via ducēs nos per tutum iter, ipſe Ieſus vita eſt,ſine qua mors. Adoleſcētulæ nimium eum diligāt, quæ nimis ab eo dilectæ ſunt,ob eius amorē omnia deſerētes. Nam paululū poſtquam hæc viſibilia trāſierint,ſpōſum nobiliſsimū inueniēt,inuētum,& poſsidebūt, poſsidētes eo fruētur perpetim, in gloria. Quam ipſe nobis dare dignetur, qui cum patre & ſpiritu ſancto regnat,in ſecula ſeculorum. Amen.

ANNOTATIONES Appendices.

Annot.1. PRimò notandum quàm ſe dimiſerit filius Dei propter nos. Quiq; cum ſalus mundi eſſet,nō horruit medicamen accipere quod ipſe priſcis patribus dederat,in originalis culpæ medelā. Circūcidi voluit qui agnus Dei eſt,& peccata totius mundi tollere venerat,& nec ve
Nota. ſtigium vulneris peccati habens ligaturam vulneris non refugit. Ne poſthac ſuperbi filij Adæ tot vulneribus delictorum ſauciati erubeſcant

beſcant vulnerum ligaturam. Quin potius ſua piacula per integram exhomologeſim facientes, cordis ſui vlcera ſacerdoti ſpōte pandant, ſanctam abſolutionem accipientes. S. Bernard. ſermo. 1. circuncisionis. Hinc temeritas & ſtultitia hæreticorum apparet, quiq; more pecudum viuentes, non pudet eos peccati, pudet autem ſcelera ſua nefanda confiteri. Audiant regalē prophetam ingemiſcētem, tam inſignem inſipientiam: Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea. Et iterum: Computruerūt & corruptæ ſunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ. Vbi inſipientiam vocauit, non vulnera conſcientiæ detegere in confeſſione ſalutari quam Chriſticolæ tantoperè amant. Cōfeſſio. Pſal. 31. Pſal. 37.

2. Secundò obſeruandum, quod octauo die puer Ieſus circūciſus eſt. Vbi, ni fallor, ſpem cōmendat regni cæleſtis. Quod videlicet ad primum reflexus dierum circulus præferre quandam coronæ ſpeciem videretur. Hinc eſt quod octaua potiſsimū die poſt ſolennitates præcipuas celebratur. Et in ſermone domini. primæ beatitudini copulatur octaua: Beati qui perſequutionem patiuntur propter iuſtitiam, quoniam ipſorum eſt regnum cælorum. Quod in prima beatitudine iamiam dictum erat, idq; factum eſt, vt cæleſtis regni demum iterata pollicitatio euidenter nobis coronam fabricaret. Sanctus Bernard. ſerm. 2. circunci. De qua corona apoſtolus: De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi in illa die iuſtus iudex. Et iterum: Non coronabitur niſi qui legitimè certauerit. Omnes in hac vita tāquā in paleſtra certēt velint nolint, neceſſe eſt. Verūtamen quia in certamine plures ſuccūbunt, vltro hoſtibus ſuis ſeſe dātes, nō niſi qui viriliter, & infracto animo præliātur hāc immarceſsibilē cæleſtis gloriæ coronā accipiūt. Quā obrē ſcitè corona iuſtitiæ nuncupatur. 2. Timo. 4

Tertiò, quidem annotatu dignum eſt, quam optimè congruant ſanguinis effuſio, & nomē Saluatoris. Nempe hoc precellēs nomen Ieſus, qui nos ſaluare venerat iure hodie ſanguinē proprium effudit, quo miniſteriū ſuū incipiat, ſalutemq; noſtrā auſpicetur. Venit filius hominis ſaluare quod perierat, ait ipſe dñs. Nec iā quærere eſt Chriſtianis, cur Chriſtus voluerit circūcidi nihil horū propter ſe, ſed propter nos, ait S. Bernardus ſermo. 2. circunciſio. Sanè propter quod natus, ob id circunciſus & paſſus. Huc pertinet illud Apoſtoli omnia propter electos. Ecce quam impenſius nos dilexit, vt & nos viciſim arctius amoris vinculo ei aſtringamur. Vtinam à corde nec ab ore verba illa ſponſæ recederent: Dilectus meus mihi & ego illi, inter vbera mea commorabitur. Hanc feruentiſsimam dilectionem ex Matt. 18 S. Bern. Cantic. 2

poſcit

poſcit hodie,ſanguis Chriſti effuſus,vagitus eius, dolor vehemens,illuſque quauis gemma pretioſiores lacrymæ.O infelix peccator contremiſce, en ſanguis fratris tui Abel clamat ad me de terra,ait cæleſtis pater.Ne poſthac operias ſanguinem hunc terra iniqua.

4. Quartò,magnoperè aduertendum,quod in hac circuncıſione domini, nedum habemus quod admiremur, vt paulò antè attigimus, ſed ſimul quod imitemur.Magnum dignationis in ea clareſcit beneficium.Saluare nos venit,ita eſt, & etiam docere,tum verbis,tum &

Tit.2. exemplis. Dicente Paulo: Apparuit gratia Dei omnibus hominibus erudiens nos, vt abnegantes, omnem impietatem, & ſecularia deſideria.Sobriè,& iuſtè,& piè viuamus in hoc ſeculo,expectantes beatam ſpem & aduentum magni Dei. Non vacat ſingula explanare, quod facundia non poſſumus, votis & affectu obſecro exequamur. Gratia Dei,Chriſtus Ieſus Deus homo factus eſt. Nam ipſe fons perennis extat,de cuius plenitudine omnes accepimus gratiam,pro gra

Ioan.1. tia. Gratia Dei apparuit, eo quod nulla maior dignatio quam quod filius Dei cinctorio noſtræ carnis indutus apparuit. Erudit nos,vt ſobriè,quo ad nos. Iuſtè quo ad proximos,piè quo ad Deum viuamus, operaque ſancta fidei noſtræ adnectamus, vt vt noſtræ tempeſtatis hæretici cæcutientes obganiant,fidei tantum cælum dantes, ſecularia deſideria prauoſque adfectus abnegemus extemplo oportet. Sobrietatem iuſtitiam, & pietatem operari nos docet ſacerrimus puer Ieſus ſanguinem pretioſum ſuum fundens pignus redemptionis no-

Ioſue.2. ſtræ.Verum niſi hoc coccineum filum Raab meretrix in feneſtra do

Figura. mus ſuæ habeat,ipſa peribit.Si autem mens noſtra hoc ſignum mirabile poſſederit, planè Hierico depopulata, hoc mundo proſtrato, nihil mali nobis continget.

5. Quintò animaduertendũ, quod ſi pius & miſericors dñs ab onere legis antiquæ nos liberare voluit,ita vt ſi quis circũcidi voluerit,Saluator nil ei proficiat, Apoſtolo teſte. Nihilominus circunciſionẽ ſpi

Mat h.18 ritalẽ nobis præcepit,ita vt ſuperflua quæq; abſcindamus. Nec alio ſpectat quod dñs iuſsit,oculũ eruere, manũ aut pedẽ abſcindere,quãdo ſcandalũ nobis præbent. Hæc circũciſio nõ ea eſt quæ cultro lapideo fit,ſed ſpiritu Dei, nec in expoliatione carnis, ſed in abſcindendis cordis noſtri affectibus,vt pulchrè apoſtolus indicat. Itaque illa euaneſcente,hæc viguit,illa occidit,hæc viuificat animam. Mira res

VitaChriſtiana. nihil tam inculcat euãgelium,quam diuitiarũ opulẽtiam,honoris nimietatem,voluptatiſq; abundantiã reſecare. Imo omnis orthodo-

xorum

xorum candida vita circuncіſio quædam ſancta, & ſpiritualis eſt. Eodem tendebat veluti ſanctus Bernardus perbellè ait, quod in die octauo, Chriſtus circunciſus eſt. Ser.3. Circunci. Nam perfectio dierum diſcretionem præſignat, quippe quæ mater virtutum eſt, & perfectionis conſummatio. Eaque, vt magiſtra docet ne quid nimis, aut plus fiat. Nam qui nimius eſt, fructum boni operis abſcindit, non circuncidit. Hæc Bernar.

Sextò denique, hoc nomen ſanctum, & omni ſuauitate plenum 6.
IESVS, velut mare eſt in quod tanquam flumina omnia alia nomina olim Meſsiæ data intrant. Nam quod Eſaias ait vocabitur no- S.Tho.3
men eius Emanuel, id eſt nobiſcum Deus c.7. & rurſus c.8. voca no- p.q.37.
men eius accelera, ſpolia detrahe, feſtina prædari. Et iterum cap.9. art.2.
Vocabitur nomen eius admirabilis conſiliarius, Deus, fortis, princeps pacis, Pater futuri ſeculi. Et denique Zachariæ.6. Ecce vir cui nomen oriens, in omnibus ijs nominibus Ieſus ſignificatur. Ipſe eſt Emanuel, & particeps naturæ noſtræ, quia Deus & homo. Ipſe ſpoliator Satanæ à quo nos liberauit. Admirabilis in verbis & miraculis, pax perfecta filiorum Dei, & oriens qui ex patre ab æterno, & in tempore ex virgine matre Maria natus. Vir planè potens opere & ſermone, cui occurremus in virum perfectum ipſo patrocinante, in die vniuerſalis reſurrectionis. In cuius nomine etiam probra ipſa, quæ omni felle amariora carni noſtræ eſſe ſolent dulceſcunt. Teſtan- Act.5.
te Beato Luca. Ibant apoſtoli gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt, pro nomine Ieſu contumeliam pati. Quid plura mors ipſa quæ terribiliſsima omnium terribilium eſt, pro Chriſto Ieſu omni mellita dulcedine dulcior efficitur. Faxit Deus, vt quæ ore loquimur experimento agnoſcamus, & Ieſu gloria noſtra in cælo fruamur.

†

IN

IN FESTO EPI phaniæ Domini.

DECLAMATIO. XII.

Rom. 13. QVAM ſit vera ſancti Pauli ſententia, fratres,
perſpicuum eſt, & in hac lętabunda ſolennitate
magorũ ita eſſe agnoſcimus, quod quæ à Deo
ſunt, ordinata ſunt. Hoc ſane ſapiẽtes viros olim
non latuit, qui mirum theatri mundi huius ordi
nem omni librata ratione indagantes, omnia ſi-
ue cæleſtia, ſiue elementaria mirabili ordine, ac
Eccle. 1. diuina ſapientia digeſta, ſole ipſo lucidius agno
uerunt. Equidem cælorum omnium concentus, temporum tam va-
riæ viciſsitudines, fontium & fluuiorum decurſus in mare, vt iterum
fluant, prata florigera, & auium vox ſonora, quid obſecro cariſsimi
ſubindicant, niſi potentiam creatricem, bonitatem & ſapientiam,
ſummi Dei moderatricem. Qui ergo cuncta in pondere numero &
menſura fecit mundum hunc creando, is veniens habitu mortalitatis
Lucæ. 2. noſtræ indutus, in ſui manifeſtatione, ordinẽ mirum ſeruauit. Primò
paſtores vocauit, quippe qui in eadem regione erant cuſtodientes gre
gem ſuum & vigilantes. Deinde acceruiuit reges Magos, vt cæleſti
ſtella duce regem cælorum quærerent, quærentes inuenirent, inuen-
Eſai. 60. tum, magna fide, ingentiq; iubilo adorarent. Iuxta vaticinium Eſaiæ
dicentis: Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore or-
tus tui. Par erat, qui paſtores Hebræos vocarat, tanquam primitias
iudæorum, vocaret etiam Magos in præſagio gentium, in eum credi
turarum. Sanè velut ſplendor ortus regis noſtri Chriſtus ſtella illa
erat, quam viderunt magi in Oriente quemadmodum ore ſuo ipſi
profitẽtur. Hoc graphicè depingit nobis hodie Sanctus Matthæus in
lectione Euangelica, faxit dominus vt eam explicare valeamus ad
gloriam ſummi regis nati, & animarum noſtrarum ſalutem atque ſo-
latium.

Euangelium

Euangelium ſacrum ſic habet: Cum natus eſſet Ieſus in diebus Hærodis, in Bethleem Iudæ. Ait euangeliſta. Quod natus eſt Saluator ibi ne fortè quis de alia Bethleem intelligeret quæ eſt in tribu Zabulon. Ioſuæ. 19. elegit Chriſtus naſci in hac ciuitate parua in qua natus fuit Dauid Rex, non autem voluit in Sion, quæ etiam ciuitas erat Dauid, tanquam ab eo extructa naſci, quippe quæ pars illuſtrior erat hieroſolymę, vt palam faceret quod vilitates noſtras ſpōte aſſumere cupiebat, honores verò mundi per omnia contemnens. At contra, vt probra, flagella & crucem ſubiret non Bethleem vicum ſelegit, ſed ciuitatem regiam opulentam Hieruſalem. Non talis eſt noſtræ carnis genius, ſed præpoſterè agēs, honores, in meditullio mūdi captare cupit, conuicia quidem quæ maximè horret ſaltem intra lares oſtio clauſo vult pati. Vah noſtram ſuperbiam, & inſignem arrogantiam, Quid ſuperbis terra, & cinis? En dominus omnium & rex regum, ſeculi gloriam vt lethalem peſtem in omnibus fugit. Adhæc par erat, vt vbi natus fuerat Dauid qui Meſsiæ typum geſſerat, & cui dictum erat, de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam, quod ad literam de Chriſto naſcituro promiſſum fuit, ibidem naſceretur Dauid manu fortis pręfiguratus, qui gigantem ſuperbum profligaret, Satanam deſtrueret de cuius imperio nos omnes liberaret. Virum ſecundum cor Dei Dauid in Bethlē naſci oportebat, de quo pater cæleſtis, tum in baptiſmo, tum in mirabili transfiguratione clamauit: Hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Ecce quare in Bethleem Iudæ Saluator natus eſt. Sequitur. In diebus Hærodis regis. Tacuit Cæſarem Auguſtum, eo quod Magorum aduētus, non à Cæſare ſed ab Hærode pendebat, erat quippe annus. 42. Imperij Auguſti, Hærodis Aſcalonitæ. 34. Vel circiter. Hic ab alijs vocatur magnus. Diſertè quidem Magos eos vocat, vt compendio tam patriam ex qua venerant, quam etiam eorum ſapientiam oſtendat Matthæus. Magus Perſica dictio eſt, non Latina, Græca aut Hebræa. Vt enim Græci Philoſophum, Latini ſapientem, indi gymnoſophiſtam, hunc perſæ magum appellant, vnde perſpicuum eſt, hos Perſas fuiſſe. Id lucidius apparet cum Euangeliſta ait: Ab Oriente venerunt. Sanè Perſia in Oriente ſita eſt, nedum reſpectu Hieruſalem, ſed vniuerſæ terræ habitabilis. Nec fruſtra ter in hoc euangelio orientalis regio vocatur. Prętereà rex Herodes nominatur qui idumeus erat, & ex matre Arabe, vt intelligamus tempus meſsiæ adeſſe. Defecerant reges iam de tribu Iuda, dicēte Iacob: Non auferetur ſceptrū de Iuda, nec dux de femore

Euangelium. *Matt. 2.* *Nota.* *Pſal. 109* *Matt. 16.* *Gene. 49*

femore eius donec veniat qui mittendus eſt, ipſe eſt expectatio gentium. Ab oriente venerũt, de terra longinqua, theophilato authore, vt confundant Iudæos, qui Christum negantes, meſsiam tandiu deſideratum crucifixerũt. Nec abs re magi ab oriente venerunt, ortum
Zach. 6. ſolem iuſti requirentes, eum de quo legitur: Ecce vir cui nomen eſt oriens. Itaque non ſolum voluit naſci ſed agnoſci, non tantum ad terras deſcendere, ſed inoteſcere. Sanctus Bernardus. ſer. 1. Epiphaniæ. Ab oriente venerunt, nam ſicut ab aquilone dimanat omne malum, vt in Ieremia legimus, Satana excitante ferè omne piaculum, ſic ab oriente oritur omne bonum, fides quidem magorum, quæ velut initium & præſagium fuit fidei noſtræ. Atqui admiratione vtitur Matthæus. Ecce, inquit, magi ab oriente venerũt. Sanè vnum potiſsimum miraculum ex omnibus quæ Saluator in hoc mũdo patrauit hoc eſt. Miror quidem latronem in cruce confitentem Chriſtum Ieſum re-
Nota. gem. Stupeo Centurionem digito illum filium Dei indicantem, veruntamen portenta quæ in cælo & in terra tunc fiebant, ſaxa ipſa ſcindere atq; commolire poterant. En miraculis tot commoti, Chriſtum Ieſum verum regem & meſsiam agnoſcere potuerunt. At magi viri ſapientes, tam ſubito regna ſua relinquere, per regiones ignotas, haud ſine capitis periculo, nouum regem inquirere, eumque voce publica nuntiare, procidentes pannis inuolutum adorare, præcellẽtiſsimum miraculum eſt. Vnde meritò clamat euãgeliſta: Ecce magi ab oriente venerunt. Animaduertendum eſt (vt pauperes ſolatium habeant, diuites & potentes timeant) quod paſtores quos angelus vocauit, non longè ſed prope erant, in eadem regione habitãtes. Eam ob rem
Lucæ. 2. eadem nocte & feſtinãtes venerũt, vt refert Lucas, & puerum Ieſum adorarunt, abſque Herodis turbatione & verſutia. O felix qui pauper ſpiritu eſt, qui honorem mundi non affectat, qui denique in corpore non quaſi in domo ſed veluti in tabernaculo habitat, ad hodier-
Pſal. 118. num dimẽſura quod ſatis eſt ſumunit. Is in eadem regione cum Chriſto Ieſu degit, & facile ad eum peruenire poteſt, viam mandatorum eius percurrens cum propheta. At contra qui locupletes ſunt, quiq; carnis curam agunt, eburneis & mollibus lectis vtuntur, menſam opiparam poſsident, ij velut à longè venire videntur, & ab oriente iter
Eſai. 1. ſuum arripiunt. Ceterum quoniam perpauci potentes Chriſto Ieſu inſeruiunt, eique famulantur iuxta illud: Principes tui infideles, ſocij furum. Ob id velut ſtupefactus clamat Matthæus: Ecce magi ab oriente venerunt. Alludit ad hoc, quæſtio illa. Nunquid aliquis ex prin-

principibus credidit in eum? Perinde dicant, Multi ex vulgo rudi crediderunt in Chriſtum, quorum vox erat. Propheta magnus ſurrexit in nobis, & quia dominus viſitauit plebem ſuam. At contra, de principibus ſacerdotum, & phariſæorum non ita ſcriptum eſt.

Verum ſi quis roget, quorſum Matthæus non reges eos appellat, cum vere Eſaias & Dauid eos ſic vocent: Ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Et in pſalmo: Reges Tharſis & inſulæ munera offerent, reges Arabum & Sabba dono adducent. Vnde benemerito ſancta eccleſia reges illos vocat, & ſanctus Athanaſius Tertulianus. lib. 3. Contra Martionem, diuus Auguſtinus. ſer. Epiphaniæ & alij doctores. Quandoquidem, plus laudis eis dedit ſapientes illos appellans. Nam reges vt aſſolet potentia fulgent, non æquè ſapientia pollent. Maius vtique eſt teſtimonium, maioriſque momenti habetur à ſapientibus, quam à regibus ignorantia affectis. Adhæc par erat, vt ſapientes & magi qui olim reſtiterunt Moſi in Aegypto, procumbentes coram puero Ieſu, qui patris ſapientia eſt, eum adorarent, & tanquam dominum dominantium haberent. Profectò nihil illuſtrius ſapientia diuinitus data, ſapientia terrena, & diabolica dæmones efficit, & ſuperbos homines reddit. Ita vt dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti fiant. Sapientia ſanctorum candidos facit ſapientes vt in hiſce magis cernimus. Quid quod dominus non venerat miniſtrari ſed miniſtrare, ideò in principio ſui regni noluit eos vocari reges, ſed magos & ſapientes. Cui ſententiæ concinit illud: Nec vocemini magiſtri, vnus eſt magiſter veſter Chriſtus. Et rurſus: Regnum meum non eſt de hoc mundo, tametſi data eſt mihi omnis poteſtas in cęlo & in terra. Hactenus cariſsimi audiſtis quomodo regnāte impio Herode ſaluator natus ſit & vbi, nam in Bethleem Iuda, quippe quæ panis domus interpretatur, inibi ortus eſt panis viuus qui deſcendit de cælo, & dat vitam mundo. Tunc magi ab Oriente venerunt, viri apprimè docti, & reges potentes. Iam fas erit videre quo venerunt.

Eſai. 60. *Pſal. 71.* *S. Aug.* *Nota.* *Apoc. 19* *Matt. 20.* *Ioan. 6.*

Nempe Hieroſolymam adeunt, quam intrantes, ſtatim clamant: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorum? *Tex.*

Hieruſalem adeuntes, ſtella eos deſeruit, nam vt Bernardo teſte, manifeſte datur intelligi, quoniam humanum flagitantes conſilium, diuinum amiſere ducatum, & conuerſos ad terrenum documētum, ſignum cæleſte eos deſeruit. Vnde relicto Herode cōtinuo apparuit eis cæleſtis ſtella, Optimum hoc eſt documentum fratres, ne quis *S. Bern. ſer. 2. epi.*

creaturæ ſubſidium quærat,creatore ipſo relicto. Ne fortè dñs conqueſtus rurſus de nobis dicat:Duo mala fecit populus meus me dere
Iere.2. liquerũt fontẽ aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſsipatas, quæ non valent cõtinere aquas. En malum illud duplex in quouis peccato mortali,videlicet auerſio à Deo,quæ eſt formalis ratio peccati,& conuerſio ad creaturam,quod materiale illius theologi vocant.Fons aquæ viuæ limpidiſsimus omni dulcedine plenus Deus optimus eſt,
Pſal.30. cuius ſuauitas immẽſa. De qua regalis propheta: Quã magna eſt multitudo dulcedinis tuæ domine,quam abſcondiſti timentibus te. Ma-
Eccle.24 gna nimis eſt quia infinita ſummi numinis ſuauitas. Quo pertinet illud:Spiritus meus ſuper mel dulcis,& hereditas mea ſuper mel & fauum. Verum balbutiens eſt omnis lingua, nec ſtillam huius ſuauitatis valet narrare. Vos cariſsimi omni animi contentione laborate, vt mens veſtra deguſtare valeat quod verbũ nullatenus explanare po-
Pſal. 33. teſt. Vnde pſaltes ait:Guſtate & videte,quoniam ſuauis eſt dominus.
S.Aug. Vbi Sanctus Auguſtinus. Guſtate,vt videre poſsitis mirabilem dulcedinem Dei optimi. Nonne guſtauit qui in monte dixit: Domine bonum eſt nos hic eſſe? Ecce guttula huius ſuauitatis oceano ipſo maior,& potẽtior eſt quippe quę animã inebriat, omnium viſibiliũ bonorum obliuionem adducit. Infelix qui fontem hũc derelinquit, & ciſternas diſsipatas toto labore fodit. Quid obſecro falaces diuitiæ,quas ſic Saluator merito appellauit? Quid honores mundi,& carnis peſtilẽtes voluptates,quã quædã lutulẽtæ ciſternę,& putei viliſsimo limo pleni ſunt? Rimarũ plenas haſce ciſternas fore quis dubitat,
Sap.5. vbi nec per horam,aquas continere valeant? Tranſierũt omnia ſicut vmbra,& ſicut nuntius præcurrens, aiunt qui in inferno pœnas commeritas luunt. Cæterum,iam ad literalem ſenſum huius euãgelici loci propius accedamus. Profecto alto Dei conſilio actum eſt, vt ſtella iuxta Hieruſalem radios ſuos contineret,& abſconderet. Erat ſane Hieroſolymis,ſidus quodam lucidius ſtella illa. Fulgentiſsimum auſtrum,aut ſolem dico Micheæ prophetiam,quam ſcribæ retulerunt Herodi. Quandoquidem prophetia ſiue ſcriptura ſacra præſtantior eſt,quauis reuelatione. Vnde beatus Petrus,narrãs mirabilem Chri-
2.Petr.1 ſti Ieſu transfigurationem ſic ait. Quam vocem de cælo allatam audiuimus,cum eſſemus cum illo in mõte ſancto. Sed habemus firmiorem propheticum ſermonem. Cui benefacitis attendentes tanquam lucernę ardenti in loco caliginoſo. Ecce exacte narrãs viſionem & re
Pſal.2. uelationem illam magnam,firmiorem vocat prophetiam Dauid di-

centis.

cœtis: Filius meus es tu, ego hodie genui te. Vt ergo reuelatio per ſtel lam facta de rege Chriſto Ieſu nato, roboraretur ſermone prophetico, ideo conueniens fuit imo ſatis frugiferum, quod cælica luce deficiente, ciuitatem regiam magi intrarēt de Meſsia interrogātes. Hinc vaticinatus eſt Eſaias. De Sion exibit lex & verbum domini de Hieruſalem. *Eſai.2.* Hoc verbum ſanè prophetia Micheæ erat, quę in hieroſolyma inuenta eſt. Quid quod velut dormiētes ſacerdotes & ſcribæ ſtertebant, quos excitare illhic voluit ſaluator, vocibus Magorum, qui cum Eſaia clamarūt. Surge illuminare Hieruſalem quia venit lumen tuum, & gloria domini ſuper te orta eſt. *Eſai.60.* Poterat ſtella illa ducere viros ſanctos ad Bethleem vſque, ſine verſuti regis Herodis turbatione, veruntamen Chriſtus Ieſus ſic diſpoſuit, vt tot ſcaturirent bona ex ingreſſu Magorum in hāc ciuitatem. *Nota.* Adhæc quemadmodum Deus optimus angelos inferiores per ſuperiores illuſtrat, & mundum per angelos inferiores diſponit, corpora per animas viuificat, ita voluit Deus populos per doctores, & ſacerdotes gubernare. S. Diony. ca. 8. de cæleſti hierar. Huc attinet illud Saluatoris: Super cathedram Moyſi ſederunt phariſæi & ſcribæ. Quæ dicunt vobis facite. Secundum opera eorum nolite facere. *Matt.23.* Et iterum: Qui vos audit me audit, qui vos ſpernit, me ſpernit. Nec alio tendebat quod dominus non in ſedit aſinę, niſi veſtimentis Apoſtolorum ornatę. *Matt.21.* Nam interuētu & doctorum doctrinis interiectis, ſuper animas noſtras lubens ſedet & quieſcit Saluator. Ad eandem imaginem, Magos voluit doceri Chriſtus, per ſacerdotes & doctores. Quod nimirum Hęretici ſuperbi & ſtulti Satanę cōſilum ſectantes vehementer horrēt, nolentes per ſummum Pontificem, & ſanctam Eccleſiam Romanam ſcire, quæ ſuis animabus maximè expediunt. *Cōtra hæreticos.* Quiq; temere illud Iob dicere audēt: Recede à nobis ſciētiam viarum tuarū ſcire nollumus. *Iob.21.* Eam ob rem inſcitia iniqua laborantes miſere pereūt. At Magi quanquam fulgore ſideris cælitus illuminati non paruipendunt ſcire à doctoribus legis, & ſi improbis, vbi inuenire queāt Chriſtum Regem natū. Quem tam ingenti affectu adorare cupiebant.

Vbi eſt, aiunt, qui natus eſt Rex Iudæorū? Vidimus enim ſtellam eius in Oriente & venimus adorare eum. *Text.*

Magna quidem quæſtio, & à ſeculo nō audita, inquirere de Meſſia nato, quem vaticinia prophetarum naſciturum decantabant. En fratres mei lapis paruus abſciſſus ſine manibus, Chriſtus Ieſus ex virgine glorioſa natus, breui admodum creuit in montem magnum,

Nota. ita vt à magis conſpectus in Oriente exiſtentibus eum quærant lapis inquam eſt qui magnes dicitur nō modo paſtores qui erāt prope ſed magos qui in regione longinqua, velut porcos paſcētes, idola porten ta adorabāt, ad ſe traxit. Petra autē erat Chriſtus ait Apoſtolus, nēpe

Eſai. 28. is lapis eſt, quem dominus miſit in fundamentis Sion, lapidem proba tum per circuncisionem, pretioſum, quia Deus omnipotēs, à Deo ele ctum ait Petrus, ab hominibus reprobatum, à ſuperbis contēptus eſt Ieſus ab humilibus vnicè dilectus, quiq; norunt quam ſit honore dignus lapis hic, etſi paruul⁹ videatur exterius. O Ieſu bone toto corde precamur trahe nos poſt te, tua mirabili virtute corda noſtra ferrea ad te conuerte, ita vt paſtorum ac Magorum exemplo excitati diuitias omnes, ſceptra, & mundi honores poſt habētes, te regē noſtrum

Canti. 1. quæramus, te fidei brachijs amplectamur, adoremus & vnicè diligamus, vitaq; comite, cū ſponſa clamemus: Indica mihi, vbi paſcas, vbi

Ephe. 4. cubes in meridie? Indica mihi obſecro teipſum, quem tantopere diligit anima mea. Nēpe niſi mhi tu ipſe indicaueris, ſubinde vagari incipiā, & gregū veſtigia ſecutus infeliciter peribo. En chariſsimi quænam cura & ſolicitudo orthodoxis ſit, ſanè indeffeſſe diu noctuque quærere Ieſum, in iuſtitia & ſanctitate veritatis. In ſpiritu & veritate

Pſal. 144 quæramus eum & inueniemus illū, prope eſt dominus omnibus inuocantibus eum, omnibus inuocantibus eum in veritate: non in vmbraticis & in volucris legis veteris quæ euanuerunt, lege euangelica aduētāte. Non in fuco hypocritarum, & ſubdola inquiſitione, ſicuti verſutus rex Herodes Ieſum quærebat vt occideret, ſed in veritate, in humilitate, paupertate, & patiētia, quæque aduerſa, nedū infracto ſed alacri animo ſuſtinētes. Quæramus Ieſum ſalutē vnicā noſtram in Bethleem, in humili loco iacētem, in cruce moriētem, uā vtrobiq; ſumma eſt deiectio, vt tandem huius vitæ ſtadio finito, videamus in cælo, ad dexterā patris regnātem. Mira res quo deſiderio interrogāt.

Text. Vbi eſt qui natus eſt rex Iudeorū. Vbi S. Aug. annūtiāt & interrogāt, credūt, & quærunt. Equidē myſteriū magnū aſſerētes, Meſsiam non naſciturum ſed natum incúctanter profitentur. De loco vero du bitántes inquirūt, exiſtimātes omnibus hieroſolymitis id palam eſſe, cum nihil minus Hebræi deſides ſcirēt, quā quod Meſsias eſſet apud

Pſal. 10. eos natus. O rerum varietatem mirabilem, Deus cuius ſedis iñ cælo,

Pſal. 79. vt propheta canit, in tēplo deaurato ſedebat ſuper Cherubin, qui in loco auro & byſſo fulgēti inueniebatur, nunc in terra, in ſtabulo vili quæritur, & tanquam rex adoratur, tum à paſtoribus, tum à regibus

bus,tum deniq; ab angelis. Dicente Paulo. Et cum introducit primo Hebr. 9.
genitum in orbem terrarum ad angelos ait,& adorēt eum omnes angeli. Cur ita? Equidem olim præſtabat Deus tēporaria bona legem ſeruantibus,aurum,honorem cæteraſq; delitias. At rex Iudæorū nouus,vtpote omnipotēs,nō delegit naſci niſi in paupertate & ſqualore, quiq; regnum cæleſte ſuis electis venit largiri. Agite iam vos fratres ſi Nota.
rex nouus nobis placet,placeant etiam ſolium quod ſibi ipſe delegit oportet. Ipſo acclamante,beati pauperes ſpiritu,quoniā ipſorum eſt Matt. 5.
regnum cælorū. At contra. Veh vobis diuitibus qui habetis veſtram conſolationem. Ceterum regem appellant eum non puerū,eoquòd gentes Chriſtum Ieſum honorificantes huuc titulum regalem ei dederunt. Vnde Pilatus clamauit, impudentes Hebræos redarguens. Regem veſtrum crucifigam? Perinde dicat. Miror quod adeo ſtulti ſitis,quod inſipienter ſic petatis, Chriſtum Ieſum regem veſtrū,tam probroſa nece volētes occidere. Et iterum,ecce rex veſter. Quaſi pa- Ioan. 19.
tenter dicat. Quamuis flagellatus, vepribus coronatus à plāta pedis ad verticem vſque ſauciatus, velitis nolitis rex eſt,& veſter eſt. Quid plura? Ipſis Iudæis renitentibus, cauſa ipſius ſcripta fuit, & in crucis ſummitate adfixa. Ieſus Nazarenus rex Iudęorū. Idq; triplici lingua exaratum erat,videlicet Hebraica, Græca,& Latina,quo cūctis gentibus palam foret, Chriſtum Ieſum Regē fore Iudæorū in lege promiſſum. Mirares exteri regem profitentur Chriſtum & honore obſecuntur, Iudæi quibus promiſſus, & ex quibus natus fuerat, eum abnegātes dicunt: Non habemus regem niſi Cæſarem. Ecce in propria Ioan. 19.
venit,& ſui eum non receperunt. Magi gaudentes illum quærunt,& toto pectore diligentes eum adorant, Hebræi cum nefario Hærode perturbantur. O execrabilem ingratitudinem, diris plectendam ſupplicijs. Sed iam penitius titulum tanti honoris conſideremus, quem magi Chriſto exhibent. Sane rex Iudæorum abſolute Deus eſt. Sic enim ipſi iactabant dicentes: Deus autem rex noſter ante ſecula ope Pſal. 73.
ratus eſt ſalutē in medio terrę,& rurſus. Filij Siō exultēt in rege ſuo. Id
eſt in Deo ſuo,gaudeant,& lętentur. Idq; Zacharias tonat. Ecce rex Pſal. 49.
tuus venit tibi,ipſe pauper. Si ergo regem natum Iudæorum fatentur Zach. 9.
Deum hominem, factum aſſerunt. Sanè alij reges nec naſcuntur reges,nec moriuntur reges. Quando moriuntur reges nō ſunt. At Chriſtus ſicut natus eſt rex,ſic mortuus eſt rex,quod regalis titulus in cruce ſubindicabat. Quin & perpetuum regnū Chriſti Ieſu,ſpinea coro Nota.
na auſpicatur,quæ velut clauis fixa manſit, aliorum regū diademata

non ita, ſed vehemens aer mortis illa rapit. Quod ſole lucidius appa ret in Alexādro Rege in cuius cōſpectu, ſiluit terra, vt in ſacra pagina
1. Mac. 1. legimus, idq; de Romanorum Imperatoribus & Iſrael Regibus fuiſſe nemo eſt qui ambigat. Saluator vero ait. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptum eius. A quo conſtitutus? Quādoquidem à patre cæleſti, & ideo regni
Luce. 1. eius non erit finis, vt angelus pollicitus eſt ſacerrimę virgini. Vbi no tandum quomodo iam naſcentis exordium appareat eccleſiæ, nam gentes Iudæis prædicant Chriſtum regem natum, quem ipſi ignorabant, iam veniſſe, vnde inexcuſabiles facti, maius illos expectat iu-
Nota. dicium. Sed quid ni in cunabulis vagientem ignorent, quando miracula patrātē & verba vitæ æternæ prædicantē agnoſcere noluerūt? Si ad eos nō veniſſem & opera in eis nō feciſſē, quæ nemo alius fecit
Ioan. 15. peccatū non haberent: Nunc autē excuſationē nō habēt de peccato ſuo, ait dn̄s. Sed iā magi, ne quis putaret hęc omnia cōmenta, aut ſomnia eſſe, eoſq; deluſos fore, teſtimoniū mirabile ſui aduētus proferūt.

Vidimus enim ſtellam eius in Oriēte, & venimus adorare eum.

Text. Multi multa de hac ſtella dicunt, quippe quę contra fidē non militant. Alij aſſerūt quod angelus qui paſtoribus apparuit, & de Meſſia nato eis nūtiauit, ipſe magis in figura ſideris fulgētiſsimi viſus fuit, & in luce illa inſolita natiuitatē noui regis didicerūt. Vnde ſanctus
S. Le. Pa. Leo ait. Tribus Magis in regione Orientis ſtella apparuit nouę claritatis, quæ illuſtrior cæteris, pulchriorque ſideribus, in ſe intuentium oculos animoſque conuerteret. Vt confeſtim aduerteretur non eſſe ocioſum, quod tam inſolitum videbatur. Nec deſunt qui dicant, Spiritū ſanctum, qui in baptiſmo Chriſti in colūbę ſpecie apparuit fuiſ-
S. Tho. ſe, quique in ſtella illa docuit Magos de Natiuitate Chriſti. Probabi-
3. par. lius autem eſt, vt ait S. Thomas 3. p. q. 36. arti. 7. quod illa ſtella de nouo fuit creata, non in cælo ſed in aere vicino terræ, quæ ſecūdum voluntatem Chriſti Ieſu mouebatur. Hinc Diuus Auguſtinus cōtra Fauſtū. Non ex illis erat ſtellis quæ ab initio creatæ ſunt, ſed in nouo virginis partu nouum ſidus apparuit. Itaque, vt quondam auſpicio diuino geſtum eſt vt columna nobis duceret populum domini per deſertum, ſic ſtella illa iter oſtendebat Magis donec in Bethleem venientes regem cælorum adorarent. Quam fuerit mirabilis ac prę fulgens
S. Chryſ. vel ex eo apparet vt notat S. Chryſoſt. quod nō ſolum in nocte, ſed etiam in meridie illuminabat, hoc ſanè ceteris aſtris nec lunæ ipſi peculiare eſt. Quod autem tēpore breui terdecim dierum iter expleuerint,

rint,partim agilitate dromedariorũ, partim regis nati ſingulari patrocinio perſpicuum eſt, quia in Bethleẽ Saluatorẽ cum matre eius benedicta inuenerunt. Quod nimirum non eueniſſet,ſi poſt annũ venirent. Teſtãte Luca, quod poſt præſentationem in templo reuerſi ſunt in Galileam in ciuitatem Nazareth S.Tho.3.p.q.36.art 6.Mitto nunc an magi fuerint ex proſapia Balaã,qui vaticinatus eſt Chriſtum naſciturũ,dicẽs: Orietur ſtella ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael,& percutiet reges Moab. Potuerũt quidẽ eſſe ex ſemine Iob, qui fuit vir ſanctus inter oriẽtales, & mira prophetauit de Chr̃o vetu ro.Credo ait quod redẽptor me9 viuit,& in nouiſsima die reſurrectu rus ſum,& in carne mea videbo ſaluatorẽ meũ. Quod verũ habetur eſt,eos ex Oriẽte veniſſe,vt Matthæus refert;& hoc ſatis eſt ad veritatẽ hiſtoriæ. Quorſum tãti laboris iter acceperint,ꝑpalare nõ pauẽt. *Luce.2.* *Num.2.* *Iob.1.*

Venimus adorare eũ. En quomodo diuinæ vocis oraculo edocti, intellexerunt Chriſtũ dominũ ab omnibus,etiã regibus eſſe adorandum. Mira res & ſatis mirãda,quam audacter fides perfecta loquitur, nec vidẽt Chriſtũ regẽ cæli & iam parati ſunt pro illius amore & honore mori. Non venimus eũ videre, ſed adorare. Sanè vigintiquinq; reges in Iſrael fuere,regnaruntq́; annis ferè quingẽtis: Verum vnum tantum qua ſitũ venit Regina Sabba, & muneribus proſequuta eſt, non autẽ eum adorauit. At quãdo eum inuiſit famoſus erat,quoquo verſus ſapientia,diuitijs,& gloria. Vnde ſcriptura teſtatur. Venit regina Sabba videre Salomonẽ. Itaq; quæſtionibus propoſitis & extaſim paſſa,reuerſa eſt dicẽs: Viciſti famã virtutibus tuius. In puero Ieſu nihil externũ eſt reperire, non aulã regalem, non diuitias aut gloriã,non deniq; eloquẽtiam quanquam plus Salomon ſit,& patris cæleſtis ſapientia. Nihilominus aiunt,venimus adorare eũ. Animaduertite fratres quã ſit operibus plena fides,nõ ſat fuit regibus ijs credere niſi operibus ſanctis fidem ſuã confirmarẽt. Venerunt ſanè è longinquo labores itineris excelſo animo obeuntes. Nec vacui deuenerunt ſed munera Chriſto Ieſu in paupertate ſua obtulerunt. Obmuteſcãt improbi hæretici, palmã dũtaxat fidei dãtes, quippe quæ Iacobo teſtãte,ſi operibus careat mortua eſt. Tãtũ abeſt vt vitã æternam præſtare poſsit, quãdo ipſa vitã non habeat,niſi opere mãdata Dei adimpleat. Rurſus cõſideratione dignũ eſt,quod nil de muneribus fantur, ſed de adoratione tantũ,vt nos doceant opera noſtra bona ab impiorũ oculis celare, dicẽte domino: Neſciat manus tua ſiniſtra,quid faciat dextera tua. Nempe prudentiſsimè, munera quæ attulerant. *Text.* *Nota.* *3.Reg.10.* *Nota.* *Iaco.2.* *Matt. 6.*

rantes regem cælorũ,& virtutẽ pietatis exercẽtes,quæ profectò præ cellẽtiſsima omnium virtutũ eſt. Quãuis poſt Deũ homo pietatem debeat præſtare parentibus.S.Tho.2.2.q.101.art.1. Quid ergo ex hoc tam fauſtiſsimo tamq; lætiſsimo nũtio fuerit obortũ hieroſolymis, nunc Matthæus recẽſet.Audiẽs autẽ Herodes turbatus eſt, & omnis hieroſolyma cum illo. Meritò rex alienigena natione idumeus,inſuper & tyrannus Herodes timet,nato Meſsia pacis principe, metuebat quidem ne expelleretur regno, quod poſsidebat Romanorum auxilio.Falſo ſuſpicabatur, Chriſtum Ieſum temporaliter regnaturum,quippequi cæleſte regnum venerat hominibus impẽdere, non temporarium imperium accipere, Vnde ſacra canit eccleſia.Hærodes impie quid times,haud arripit mortalia regna qui lubẽs dat cæleſtia.Praua quidem eius conſcientia ipſum conturbat.Nam ſcriptum eſt,non eſt pax impijs dicit dominus. At contra, qui legem Dei implent & piè viuere pro ſua virili conantur, pace mirabili fruuntur. Adeò vt nihil ſit tam auſterum,quod valeat ipſos turbare.Pax multa diligẽtibus legem tuã,& non eſt illis ſcãdalum. Verbum hoc, multa,magnam euphaſim habet. Ita vt Daniel in lacu leonis, tres pueri in medio fornacis ardentis,beatus Petrus duabus vinctus catenis,tan ſint paccati animi,vt tyranni ipſi & carnifices ſtupefacti,mirabilem eorum tranquillitatem & tolerantiam inſignem intuẽtes,Chriſtum Ieſum verũ Deum ac mundi dominatorem profiterentur. Hinc Nabucdonoſor Babylonis rex, videns Danielem inter leones incolumẽ exclamauit. Magnus Deus Danielis, faciens mirabilia in cælo & in terra.Magna ergo pax ſed quibus? Sanè diligentibus legem dñi,nec illis poterit vſquam eſſe ſcãdalũ.Eoquod ſcriptum eſt, non contriſtabit iuſtum,quicquid ei acciderit. Neſcio quo auerſos nos dicendi vis rapuit,quãquam hæc prorſus aliena nõ ſint ab inſtituto.Par erit iam vt eo redeamus vnde nonnihil digreſsi ſumus. Quãdoquidẽ conſcientia praua,quẽquam cõturbet neceſſe eſt,quã ob rem impius rex magorum audiẽs vocem ſtupet,& contremiſcit.Nec miremini fratres ſi turbatur mundus, vbi nomen Chriſti Ieſu inſonat Turbatur ſuapte natura latro,nominato iudice. Expaueſcit phreneticus coram medico,quia ſtultitia laborat. Ad eundem modum Herodes & cõplices eius,turbati ſunt iudice ipſo aduẽtante. Verum enim non decipiuntur,nam Chriſti vita mũdi mors eſt,& mundi amatorũ nex. Timeat vetus homo oportet,quoniam videt vitã cæleſtem venire. Herodes typum gerebat gẽtium,ſacerdotes,& ſcribæ præſignabant Iudæorũ populum.

S.Tho. 2.2.q.101. art.1.

Tex.

Eſai. 48.

Pſal.118.

Danie.14

Prou.12.

Concilia tio.

populum. Omnes ergo paueant, quia nec philoſophia Græcorum,
Hebr.10. nec lex Hebræorũ quicquam ad perfectum adduxit. Imò omnia ſub
Rom.11. peccato erant concluſa quando Saluator venit in mundum. Sanè for
tis ille armatus Satanas, propemodum oẽs poſsidebat, cum ergo cõ-
Luc.11. iectat fortiorem pro foribus eſſe, turbatur valde, captiuoſq; ſuos tur-
bare nititur. Præterea ſi altius rem indagare placet, Herodis & hiero
ſolymæ turbatio, præſagium totius mundi erat cõmotionis futuræ,
Aggei.2. quæ ex euangelij prędicatione oborta fuit. Vnde in Aggeo ſic habe
tur: Adhuc modicum, & ego cõmouebo cælos & terram, & mare, &
Pſal.96. aridam. Et venit ſtatim deſideratus cũctis gentibus. Et in pſalmo: Al
luxerunt fulgura eius orbi terræ, vidit & commota eſt terra. Fulgura
Dei miracula Chriſti & apoſtolorum ſunt, necnon & verba eorum
flammantia, quæ quidem illuſtrant credentes, impios vehementer
terrent. Quid plura turbatur etiam hodie Herodes dum prædicator
Nota. interrogat, dic mihi fidelis, vbi eſt Chriſtus Ieſus rex tuus. Vbi poſui
ſti eum? quem pro vili voluptate, pro paruo quæſtu, vt alter Iudas
vendidiſti? Vtinam tanta eſſet in vobis turbatio vt fletu magno cum
peccatrice Magdalena, & cum Dauide clamantes & pectora percu-
tientes veniam poſtularetis dicentes: Miſerere mei Deus, ſecundum
Pſal.50. magnam miſericordiam tuam.

Sed quorſum omnis hieroſolyma turbatur rege ſuo nato tandiu
deſiderato? Sanè hoc per hyperbolem intelligo. Sub impio rege, vt
Eccle.10. plurimum pars impia eſt. Vnde ſcriptum inuenimus: Secundum iu-
dicem populi, ſic & miniſtri eius, & qualis rector ciuitatis tales inha-
bitantes in ea. Dubio procul fratres, quales fuerint in vnaquaque do-
mo parentes, tales & filij, & quales domini tales & ſerui. Perſuaſum
mihi habeo, quammultos eſſe hieroſolymæ, qui audito hoc iucũdiſsi
mo nuntio lætitia magna exhilarati valde gauiſi ſunt, dicẽte prophe
Pſal.96. ta: Lux orta eſt iuſto, & rectis corde lætitia. Nihilominus Sacerdo-
tes & Scribæ, qui emerant officia ab Herode, cum ipſo perturbãtur
& pauent nihil de æternis bonis cogitantes, temporaria bona amit-
tere metuebant. Vel, vt quidam aiunt, dolo hoc fecerunt Iudæi aſ-
Luc. ſentationis cauſa. Sed quonam pacto gaudeant de aduentu Meſsiæ,
cui legatos miſerũt dicentes, nolumus hunc regnare ſuper nos? Quin
& Pilato dixerunt: Non habemus regẽ niſi Cæſarem. O rerum vices
in diuerſum mutatas, Salomonis vultũ omnis terra deſiderabat, qui
tamen populum flagellis cæſum expilauit, Ieſus pax noſtra qui pro
populo poſiturus erat dorſum ad flagella, ad crucẽ, & probra, quam
primum

primum auditur natus, hieroſolyma turbatur. O nationem prauam ac perfidam, ſimul & ſtupidam, quæ in tanta, tam mirabili re nihil gaudij oſtendit. Oportebat quidem vos, o Iudæi agnoſcere quantum vobis ſit additum lucri, quãtum dignitatis aduenerit populo veſtro, dum Perſarum reges Chriſti ortus ab Oriente traxit. At illi deſides & oſtrearum more, nihil aliud quam timorem indicant, nec dant operam vt quod factum eſt, ceu paſtores videre queant. En philiſtim improbi in caſtra arca domini veniente expaueſcunt, ingemiſcẽtes. Ecce ſuperbus Rex Saul audita electione Dauid ex ore prophetæ, vehementer turbatur. Sic truculentus Hærodes ſcandeſcit, & pauet regis Chriſti Ieſu natiuitatem audiens. Exclamat S. Doct. Auguſt. Quid erit tribunal iudicantis, quando ſuperbos reges cuna terrebat infantis? O vos reges intelligite erudimini qui iudicatis terram, ſeruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Ecce rex regum Saluator venit, per quem ipſi regnatis, cauete nequando iraſcatur & animaduertat in vos, vt in hunc tyrannum Herodem animaduertit, gehennali pœna eum plectens. Sed de ijs in regali inſtitutione tractauimus fuſiùs, per triplicem tractatum. Quam fuerit ſeuerus Herodes in Hebræos, plures ex illis occidens, teſtatur Ioſephus latiùs. Quam ob rem ipſe meritò turbabatur, ſuſpicãs Iudæos rurſus inſidias in eum moliri, vt regno eijceretur. O execranda lues, peſsimaque peſtis ambitio, tu Ioſeph virum ſanctum vendidiſti, tu tot millia puerorum innocentum occidiſti, tu denique Chriſtum Ieſum totius mundi authorem, cruci adegiſti. Quid ergo agat iniqua conſcientia, quæ ſemper timida eſt, & quam penitus neſcit iudicium videamus.

1. Reg. 20.

Pſalm. 2.

Ioſeph. li. 14. c. 14.

Ambitio peßima.

Congregans omnes Principes Sacerdotum & Scribas, ſciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. *Text.*

Non interrogat veſanus hoſtis vbi natus eſt, ſed vbi naſceretur, nam ſacerdotes & ſcribæ ſtatim dixiſſent, neſcimus. Verum, ſi vt paſtores ipſi vigilarent ſuper gregem ſuum, animarum ſalutem perquirẽtes, & in excubijs ſemper vigilarent, non ſua lucra exquirerent, angelus eis nuntiaret locum regis nati. Scribæ legis doctores erant & ſuper cathedrã Moyſi, vt ſacerdotes ſedebãt populum docentes, vt ſaluator author eſt. Vel ideò ſcribæ dicti ſunt, ceu Diuus Auguſtinus refert, quia ipſi tãtùm, libellũ rẽpudij dabant, vt in lege ſancitum erat. Mira res Hærodes quamuis ethnicus ſacris literis candidatos viros accerſit, à quibus cõſiliũ accipiat. O ſi Reges Catholici, ſaltim in grauibus

Matt. 19.

in finibus eius educabantur. Ad hæc, ô quam antiquum eſt malũ hoc, quod reges non integrã audiant veritatẽ. De ſola humanitate Chriſti reſponderunt Herodi, quod verò ad eius diuinitatẽ attinebat tacuerunt. Sic eum deceperunt, & ſeipſos deluſerunt. Veraces ad ſe, mendaces contra ſe vocat illos Diu. Aug. nunc obſeruandum maximè exiſtimo, triplex eſſe hominũ genus in eccleſia qui Chriſtũ quærunt: Alij vt eum interficiant, vt Herodes. De quibus Apoſtolus: Rurſus in ſemetipſis Chriſtum crucifigentes. In quouis ſcelere, Chriſtus contemnitur, comprehenditur & occiditur. Viuit autem in me Chriſtus ait Paulus, ob peccatuum mortale vita illa gratiæ moritur, & ideò crucifixor eſt peccator. Alij Chriſtum vt ſcribæ & ſacerdotes, et hũc inuenire optant ſcriptum, ſeu pictum, nõ viuum. Et ij ſunt concionatores, & literati, qui ſtudio magno libros euoluũt, non vt ſibi proſint, ſed populo, quibus dicet iudex rectus: Amen dico vobis neſcio vos. Quamuis in nomine meo prophetaſtis, & dæmonia eieciſtis non à peccatis abſtinuiſtis, ideò neſcio vos. Sanè vt Vrias regales literas hi portant, magno ſuo malo. Qui fecerit, ait dominus, & docuerit hic magnus vocabitur in regno cælorũ. Non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meũ & in ſeruitutem redigo, inquit Apoſtolus. Cur ita? Ne cũ alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Audiãt hæc præcones verbi Dei, te timeãt, ne, quod abſit, de vnoquoq; illorum locum habeat, quod inſultantes Phariſæi dixerunt Chriſto: Alios ſaluos fecit ſeipſum non potuit ſaluum facere. Demum quidã quærentes Chriſtum Ieſum fide & ſpe & caritate roborati adorare eum cupiunt, & ideò inueniunt illum, voti ſui compotes effecti. De quibus propheta: Hæc eſt generatio quærẽtium dominũ, quærẽtiũ faciẽ Dei Iacob. O felices qui quærunt Chriſtũ bis, fide & operibus ſanctis, vt Magi quæſierunt. Planè videbũt faciẽ eius intuẽtes eum, ſicuti eſt, in ſua maieſtate & gloria. Non vacat adamuſim prophetiam Micheæ quam narrauimus explanare, hoc vnum velim vos annotare. Quod in parua Bethleẽ natus eſt rex Iſrael Chriſtus, minima es tu Bethleẽ, & magna Hieruſalem ipſa glorioſior, quia in te natus minimus ac paruus ille, qui magnus eſt, & magnitudinis eius non eſt finis. Itaq; Micheas vocat hanc ciuitatem minimam, & ita verũ eſt. Ipſa eſt minima & nõ minima, nam præcellẽtior comprobatur quauis opulentiſsima ciuitate. Sic in ea natus eſt ille de quo Eſaias: Paruulus datus eſt nobis, & filius natus eſt nobis, nihilominus, magnus eſt & imperium habet. Ideo principatus eius ſuper humerũ eius. Minimus

Nota. *S. Augu.* *Galat. 2.* *Prædicatores.* *Matt. 5.* *Nota.* *Pſal. 44.* *Eſai. 9.*

in finibus eius educabantur. Ad hæc, ò quam antiquum eſt malũ hoc, *Nota.*
quod reges non integrã audiant veritatẽ. De ſola humanitate Chriſti reſponderunt Herodi, quod verò ad eius diuinitatẽ attinebat tacuerunt. Sic eum deceperunt, & ſeipſos deluſerunt. Veraces ad ſe, mendaces contra ſe vocat illos Diu. Aug. nunc obſeruandum maximè exiſtimo, triplex eſſe hominũ genus in eccleſia qui Chriſtũ quærunt. Alij vt eum interficiant, vt Herodes. De quibus Apoſtolus: *S. Augu.*
Rurſus in ſemetipſis Chriſtum crucifigentes. In quouis ſcelere, Chriſtus contemnitur, comprehenditur & occiditur. Viuit autem in me *Galat. 2.*
Chriſtus ait Paulus, ob peccatuum mortale vita illa gratiæ moritur, & ideò crucifixor eſt peccator. Alij Chriſtum vt ſcribæ & ſacerdotes, et hũc inuenire optant ſcriptum, ſeu pictum, nõ viuum. Et ij ſunt concionatores, & literati, qui ſtudio magno libros euoluũt, non vt ſibi proſint, ſed populo, quibus dicet iudex rectus: Amen dico vobis neſcio vos. Quamuis in nomine meo propheta ſtis, & dæmonia eieciſtis non à peccatis abſtinuiſtis, ideò neſcio vos. Sanè vt Vrias regales literas hi portant, magno ſuo malo. Qui fecerit, ait dominus, & docuerit hic magnus vocabitur in regno cælorũ. Non quaſi aerem verberans, ſed caſtigo corpus meũ & in ſeruitutem redigo, inquit Apoſtolus. Cur ita? Ne cũ alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Audiãt hæc præcones verbi Dei, te timeãt, ne, quod abſit, de vnoquoq; illorum locum habeat, quod inſultantes Phariſæi dixerunt Chriſto: Alios ſaluos fecit ſeipſum non potuit ſaluum facere. Demum quidã quærentes Chriſtum Ieſum fide & ſpe & caritate roborati adorare eum cupiunt, & ideò inueniunt illum, voti ſui compotes effecti. De quibus propheta: Hæc eſt generatio quærẽtium dominũ, quærẽtiũ faciẽ Dei Iacob. O felices qui quærunt Chriſtũ bis, fide & operibus ſanctis, vt Magi quæſierunt. Planè videbũt faciẽ eius intuẽtes eum, ſicuti eſt, in ſua maieſtate & gloria. Non vacat adamuſim prophetiam Micheæ quam narrauimus explanare, hoc vnum velim vos annotare. Quod in parua Bethleẽ natus eſt rex Iſrael Chriſtus, minima es tu Bethleẽ, & magna Hieruſalem ipſa glorioſior, quia in te natus minimus ac paruus ille, qui magnus eſt, & magnitudinis eius non eſt finis. Itaq; Micheas vocat hanc ciuitatem minimam, & ita verũ eſt. Ipſa eſt minima & nõ minima, nam præcellẽtior comprobaturqua uis opulentiſsima ciuitate. Sic in ea natus eſt ille de quo Eſaias: Paruulus datus eſt nobis, & filius natus eſt nobis, nihilominus, magnus eſt & imperium habet. Ideo principatus eius ſuper humerũ eius. Minimus

Prædicatores. *Matt. 5.* *Nota.* *Pſal. 44.* *Eſai. 9.*

mus Chriſtus eſt. Quia vermis & nō homo, opprobrium hominū &
Matt. 20. abiectio plebis. Minimus & valde humilis quoniam venit non mini
Eſai. 53. ſtrari, ſed miniſtrare, quia nouiſsimus virorū ſciēs infirmitatē. Tamē
magnus quoniam conſtitutus rex à Deo ſuper Sion montē ſanctum,
vt in pſalmo legimus. Imò eſt ſuper omnem principatum, & poteſta
Ephe. 1. tem & virtutem, cui denique pater dedit nomen ſuper omne nomen,
Phili. 2. vt in nomine Ieſu omne genu flectatur, tam in cælo quam in terra.
Quòd autem iſte tā magnus natus ſit in minima ciuitate Bethleem,
id myſterij habet, quod filius eam deligere ſolet animam, in qua naſ-
Humili- catur, quæ in ſujs oculis minima eſt, nihil ſapit quod altum ſit. Quip-
tas. pe quæ cum propheta dicere queat: Ludam & vilior fiam ante eum
Pſal. 130. qui elegit me. Et ero humilis in oculis meis. Et iterum: Domine non
eſt exaltatum cor meum, neq; elati ſunt oculi mei. In hac Bethleem
minima, hoc eſt in anima humili felicius naſcitur Chriſtus quam in
illa ciuitate parua. Imò ex illa exijt regere Iſrael, ex anima non exi-
bit vnquam, ſed permanebit in æternum, iuxta promiſsionem illam.
Ioan. 14. Ad eum veniemus & manſionem apud eum faciemus. Quas ob res
hanc Saluator præcipuè commendauit dicens: Diſcite à me quia mi
Matth. 12. tis ſum & humilis corde. Nempe humilitas potiſsima virtus appella-
tur, eò quòd per eam magnum noſtræ ſalutis impedimentum remo
uetur. Ideſt ſuperbia iniqua labefactatur, quæ ſanè omnibus operi-
bus bonis inſidiatur, vt pereant, diuo Auguſtino teſte. Vide ſanct.
Tom. 2. 2. quęſtio. 151. artic. 5. ad. 4. Mitto nunc quod propheta dixit:
Gene. 32 Ex te exiet qui regat populum meum. Vbi nomen tanti regis? Sanè
Apoc. 3. maior eſt omni laude, cur quæris nomen meū, quia mirabile? Omni
rege & imperatore Chriſtus maior eſt. Quin & rex regum & dn̄s do
minantium appellatur, veluti ſcriptura in femore, & veſtimento eius
cōteſtatur: Egreſſus eius à diebus æternitatis. Alludit ad illud: In ſplē
Pſal. 109 doribus ſanctorum ex vtero ante luciferum genui te. Ideſt pater ge-
nuit verbum ſuum ex omnibus perfectionibus ſuis. Omnia quæ ha-
bet pater mea ſunt. Quæ quidem perfectiones quamuis in Deo vna
Pſal. 2. perfectio ſit vt eſt vna eſſentia, in angelis & ſanctis variç ſunt. Dies il
le æternitatis, vnus dies eſt. Ideò pater ait: Filius meus es tu, ego hodie
genui te. Atqui, cum pater continenter generat filium, dies vna æter
na plures dies dicuntur. Sed nunc quo ſe vertat turbullentus & verſu
tus Herodes audiamus.

Text. Tunc Herodes vocatis Magis, diligēter didicit ab eis tempus ſtel
læ quæ apparuit eis. Videte fratres technas & anfractus filij diabó-
li, de

li,de tẽpore ſiderisinterrogat,vt Chriſti Ieſu nati ætatem cõiectare valeat,& ſic facilius inuenire illũ queat, non vt ſeruiat ei, aut adoret ſed vt occidat.O infelix homo,ne dicam immaniſsima bellua,quid fruſtra tot inſidias parasaduerſus dominũ Chriſtũ? Scriptũ eſt:Non eſt prudentia non eſt conſilium contra dominũ.Diligenter interrogat,nam filij huius ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis in generatione ſua. Erubeſcamus oportet videntes pigritiã noſtrã in obſequio Dei, & ſedulitatem iniquorum in ſuis prauis deſiderijs implendis. Pedes eorum ad malum currunt,nos autem gradu teſtudineo incedimus in via Dei,corporis noſtri mole prægrauati. De tempore apparitionis ſtellæ,extat varia doctorum ſententia. Alij putant mox nato puero apparuiſſe,alij vt Chryſoſtomus, biẽnio ante eius glorioſam natiuita tẽ,ſed qa ex ſacra ſcriptura nõ cõſtat,relinquitur cuiuis ſua opinio. *Prou.21.*

Exacta ergo diligẽtia,edoctus de tẽpore ſtellæ rex impius, dixit magis:Ite & interrogate de puero. Et cũ inueneritis renũtiate mihi, vt & ego veniens adorem eum. *Text.*

Vbi S. Auguſt. Impius rex deuotionẽ fingebat,& gladium acuebat. Sub melota dentes lupi habebat. Ecce verſipellis Saul, ſanctum Dauid inſectatur exploratores ſuos mittens. Satanas ore vtriuſque loquebatur. Veruntamen oportebat impleri ſcripturã. Nõ coques hœdũ in lacte matris ſuæ. Vnde Leo papa. Ante cõdẽdum eſt euãgelium,ante patranda miracula,inſtituẽda ſacramenta,prædicandum regnum cœlorũ. Ite ait in Bethleem & interrogate de puero, inuidẽs ei, non regem ſed puerum nominat. O ſummi Dei prouidentiam, cur Herodes in magos debacchatus non irruit, & eos apprehendens interfecit? Sane Herodẽ ſua vana ſpes fefellit, expectabat eos reuerſuros,at dominus alto ſuo conſilio longe aliter prærordinauit. Quãdo quidem fallacem animũ. Herodes pãdit ſequens factum, interfecit plures infantes vt vnũ Chriſtũ occidat. Magi cũ audiſſent regẽ abierũt. Iam duplici teſtimonio roborati iter arripiũt, ſtellæ apparitiõe, & prophetæ Micheæ vaticinio fulti, vt in ore duorum vel trium ſit omne verum,gaudentes in Bethleem pergunt. Vas fratres notate,de ſidiam Hebræorũ , fontem omniũ gratiarum mirabilẽ veluti digito oſtendunt peregrinis. ipſi vero ſiti pereunt. Equidem litera occidit illos,ſpiritus autem Magos viuificauit. Sex milliaribus ab Hieruſalẽ, ciuitas Bethleẽ diſtat, ſacerdotes & ſcribæ autem, nec pedẽ mouẽt, vt regem ſuum natum videant, & vidẽtes vna cũ his ſanctis regibus adorẽt. Cęterũ Magis abeũtibus cæleſtę ſidus ſeſe manifeſtauit. *1. Re.22. & 26.* *Exod.24* *Deut.17.*

Text. Ecce ſtella quam viderant in oriente, antecedebat eos, relicto He-
S. Bern. rode, dimiſſa ciuitate Hieruſalem, quippe quæ etſi viſio pacis inter
ſer.3.epi. pretetur, turbata eſt cum impio ſuo rege. Infelix nimium ciuitas in
qua Herodes tyrannus regnat. Quique interfector eſt paruulorum,
ne religio initiata creſcat infantes occidit. Vos cariſsimi pueros Ba-
bylonis ad Petram qui Chriſtus eſt allidite ne grādeſcāt, & animam
Pſal.136 perimant. Beatus qui tenebit & allidit paruulos ſuos ad Petram ait
propheta. Cogitationes prauæ extinguēdæ ſunt quam occiſsimè, co-
gitatus ſancti & mundi nutriendi. Si ergo cæleſte ſidus cum magis in
tueri cupitis Herodem relinquite, nam eo dimiſſo ſtellam viderunt
Text. reges. Ecce ſtella quam viderant in oriente antecedebat eos. Vſque
dum veniens ſtaret ſupra vbi erat puer. Videte quā perfecta ſint ſum
mi Dei opera, ſtella quæ eos ab oriente duxit, quaſi ſilēs donec ſacra
ſcriptura loqueretur, exeuntibus regibus, rurſus apparuit eos non de-
ſerens, donec oſtēderet domum in qua ſaluator erat. Tacita loqueba-
tur dicens: En locus vbi rex Iudæorum iacet, introite in conſpectu
Fides ſa- eius in cōfeſsione & procūbentes eū adorate. Nōne ſacra fides ſtella
cra. cælica eſt, quæ nos non deſeret, donec videamus Chriſtū Ieſum ad
dexterā patris regnantē? Vos ſequimini eā, etſi Hærodes impius ob-
ſiſtat, et toto niſu reluctetur. Sanè poſt exhalatā animā veniet quod
perfectū eſt, euacuato quod ex parte eſt. Imò nūc vidēres Chriſtū
in ſpeculo & ęnigmate, poſtea ipſum videbimus facie ad faciē. Quod
lucidius Ioānes expreſsit. Cū apparuerit, videbimus eū ſicuti eſt, in
ſua maieſtate et eſſentia. Quātum lætitiæ Magi habuerint iterū ſuā
ſtellam aſpicientes recēſet nūc Matthæus.

Text. Videntes autem ſtellam gauiſi ſunt gaudio magno valde.

Abſit à fidelium cordibus ait S. Greg. vt quis fatum eſſe dicat, ne-
quaquam, fato aliqua reguntur qui nihil eſt, ſed prouidentia diuina
cuncta gubernātur. Tu autem pater prouidētia tua omnia gubernas,
Sapi. 10. ait Sapiens. Cui ſentētiæ alludit Saluator aſſerens, nec paſſerculū, ca
dere abſque voluntate patris. En magnum ſolatium orthodoxorū,
qui certo certius ſciūt, omnia ſiue proſpera ſiue aduerſa è manu ſum-
mi ac beneficētiſsimi Dei euenire. Iniqua eſſet ſtella quæ ad malum
S. Chryſ. impellit hominem. Vt ait Chryſoſtomus. Deus autem creator mūdi
vidit cuncta quæ fecerat & erant bona valde. Huius rei maximum ar
gumentum eſt, quod ſtella quam viderunt Magi pendebat à virtute
pueri, non contra, puer à ſtella pendebat. Quam ob rem non puer ad
ſtellam ſed è contrario ſtella ad puerum Ieſum venit, oſtendens vbi
eſſet.

eſſet. Hanc cum vidiſſent magi gauiſi ſunt, quorũ gaudium graphicè depingit euangeliſta, quater eos dicens eſſe lætatos, in viſione illa. Sat erat dixiſſe gauiſi ſunt, quorſum tot verbis lætitiam illam enarrauit? Sanè cariſsimi, tam eſt excellẽs, & ſublime cæleſte gaudiũ, quod optimus Deus dilectis, adhuc in lacrymarum valle hac degentibus, vt ſentiri poſsit, dici autẽ nullatenus poſsit. Quænam lingua narrare, aut quibus verbis exprimere quis poterit intraneam lætitiam, vehemens gaudium, quod Deus, impertire amicis ſuis ſolet? Rudis eſt angelorum facundia, vt ſpiritus noſtri exultationem pro dignitate explicare valeat. Vos ſuppliciter Deum precãtes cum regali propheta clamate: Redde mihi lætitiam ſalutaris, & ſpiritu principali cõfirma me. Gauiſi ſunt magi, gaudio magno valde. Nos quidẽ de re inuenta plus gaudere ſolemus, poſtquam eam amiſimus. Sic magi cum applicuiſſent hieroſolymam, ſtellam amittentes non vulgari mœſtitia ſunt affecti. Nunc rurſus eam videntes, quaſi de re inuenta magna lætitia exhilarati, gaudent vehementer. Vos fratres animaduertite, quod niſi tenebroſa Aegypto relicta lux cæleſtis non eluxit populo Dei, nec magi iterum ſtellã viderũt antequam Herodem impium & hieroſolymam reliquerint. Vultis & vos cæleſti gaudio perfrui, tenebras vitiorum pellite, & conſortia praua relinquite. Vnde dominus: Exite de medio Babylonis, mundamini qui fertis vaſa domini. Recedite, exite, recedite inde, pollutum nolite tangere. Aderit profectò lux de cælo lætificãs corda noſtra ſi gaudia huius mũdi ſpreuerimus, fallacique eius lætitia poſthabita, Chriſtum Ieſum toto corde quæſierimus. Memẽto vos Cariſsimi quam ſit fugiendum malorum conſortiũ. Petrus primas habẽs inter Apoſtolos, in domo Cayphæ dum mori timuit vitam negauit, egreſſus verò foras pœnitentiam ſaluberrimam fecit flens amarè. Sequitur.

Nota. *Pſal.50.* *Nota.* *Eſai.52.* *Mat.26.*

Et intrantes domum inuenerunt puerũ cum Maria matre eius. Et procidentes adorauerunt eum. *Text.*

Non plurimum laboro, an domus hæc diuerſorium fuit in quo natus eſt Chriſtus, ſanctus Auguſtinus & diuus Bernardus diuerſorium fuiſſe dicunt, vel ſaltim domus paupercula erat, quemadmodum ſanctus Leo aſſerit. Vos fratres altius expẽdite intra corda veſtra. Si ſola ſtellæ viſio tantum gaudium inuexit cordibus regum iſtorum, vt gauiſi ſint gaudio magno valde quãtũ lætitiæ ſuſceperũt vidẽtes ſolem iuſtitiæ Chriſtum, qui creauit ſidus illud, cælos & vniuerſum orbem Vnde S. Baſilius. Cor mihi floridum quid germinat, mens eſt alacris *S.Leo.*

lingua modica, ſermo exilis ineſt, ad hoc vt tãtum gaudiũ exprimat. Nemo ſit nõ lætus, nemo ingratus. S.Baſil.ſer.epiphaniæ. Procũbentes & humi reptãtes adorãt maieſtatẽ in corpore paruo deliteſcentẽ. O mirabile, & ſtupẽdum miſteriũ, nõ inuenerũt illum regali ſede & purpura fulgẽtem, non miracula patrãtem ſed pãnis vilibus obuolutũ, & in matris gremio accũbentem, nihilo ſecius ſapiẽtes & potẽtes reges, pedibus pueri Ieſu prouoluti, fide integra, ſpe incõcuſſa, caritateque flãmigera accenſi eũ adorant. Ecce fratres lapis paruus abſq;
Danie.2. manibus abſciſſus de monte pedes ſtatuæ percuſſit, & redacta eſt in puluerem. Humilitas & caritas Chriſti tã fuerunt potẽtes, vt iam Magi obliti ſuæ dignitatis, nobilitatis, & ſapiẽtiæ, quæ per aurũ, argẽtum & æs, ſtatuæ præſignabãtur ſeſe ſic deiecerũt, vt procidẽtes, Chriſtũ adorarẽt. O ſi nos cõfeſtim lapis hic percuteret, ſanè ſuperbia noſtra arrogãtia, & ſupercilia ſubinde ruerẽt, & humiles facti cum Magis procũbentes, diu noctuq; Chriſto Ieſu famulatũ exhiberemus. Ve-
Pſal.94 nite adorem⁹ & procidamus ante Deũ, ait propheta. Hinc adoratio
S.Bernardus. nẽ magorũ demiratus S.Bern.ait.ſer.3.Epipha. Vnde vobis hoc alienigenæ, neq; enim tãtam fidẽ inuenimus in Iſrael? Sic vos nõ offẽdit vilis habitatio ſtabuli, nõ pauperies cunæ præſepij? Nõ vos pauperis matris præſentia, nõ lactẽtis infantia ſcãdalizat? Cui comparabimus viros iſtos? Latronis & Cẽturij fidẽ magorũ fides excellit, quando ij ante miracula plurima patrata, verũ Deũ & regẽ cælorũ profitẽtur. Nempe quicquid ille ſermonibus, hoc adoratione, & muneribus iſti confitentur. Mira res, & omni admiratione digna, quã linceos fides ſacra habeat oculos, cognoſcit Dei filium lactentem, cognoſcit in ligno pendentem, cognoſcit morientem. Sanctus Bernard.ſer.2.Epiphaniæ. Hãc adorationem humilem ſancti in cælo exercẽt, ad pedes agni procũbentes & coronas ſuas mittẽtes, velut gloriam exhibẽtes Chriſto Ieſu, cuius mira virtute Satanã, mũdum, & carnẽ vincentes,
Nota. coronam gloriæ vendicare meruerunt. Vos fratres cũ ſanctorũ, tum magorũ, necnõ Chriſti Ieſu exemplo, qui in horto ſuper faciẽ ſuam procidens orauit, præcationes veſtras Deo optimo effundite. Ceterum non tãtum ſupplices regem Chriſtũ adorarunt, ſed munera myſticã obtulerunt, iamq; in ſpiritu audierant illud in lege eſcriptum:
Exod.23. Non apparebis in conſpectu meo vacuus. Vnde bene ſubnectitur.
Text. Et apertis theſauris ſuis obtulerunt ei munera, aurum tus, & myrrham.
1.Cor.10. Videtis quidẽ quomodo captiuãtes intellectum ſuum in obſequiũ Chriſti

Chriſti,ipſum in cunabulis proni adorarũt.Imò vt apoſtol⁹ pulchrè
ortatur fideles omneis,cum ſapientes ipſi eſſent, ſtulti facti ſunt,vt ſa 1.Cor.3
piẽtes habeãtur. Hac egregia fide moti, theſauros ſuos aperiunt, nõ in
curia regali Herodis, non cõuiuijs & ebrietatibus, nõ in ludis execrã
dis,ceu in curijs aſſolet, ſed corã Chriſto paupere theſauros ſuos pro-
dunt.Horum veſtigia cariſsimi ſectãtes, inopes ſolemur, pauperibus
eleemoſinas largiamur abũdè, adhuc Saluator in ſuis pauperibus in-
opia ingenti afficitur. Ea propter clamat: Quod vni ex minimis meis
feciſtis, mihi feciſtis. Et iterũ: Quod ſupereſt date eleemoſinã,& ec- Matth.25.
ce omnia mũda ſunt vobis. Adhæc animaduertite filiam Pharaonis,
quæ vt in ficella iuncea vidit Moſem puerũ pulcherrimũ, dixit mu-
lieri Hebrææ (erat quippe mater infantis) nutri mihi hunc filium O Exod.2.
admirabile arcanũ, Magi nomine gẽtilitatis, erogãt munera virgini
ſacræ,& aiunt: Nutri nobis hunc puerũ, non ſynagogæ ingratæ, quæ
ſuapte malitia eũ negabit & occidet, ſed nobis gentibus. O beata vir
go nutri hũc puerũ, nam ipſe dixit: Populus quẽ nõ cognoui ſeruiuit Pſal.17.
mihi, in auditu auris obediuit mihi. Verũ de ijs donis, varia eſt apud
doctores expoſitio. Mirabile dictu, quod ſeraphim olim decãtabant
Deum trinũ in perſonis, in eſſentia verò vnũ profitentes, hoc Magi
tribus muneribus fatẽtur. Sanctus, ſanctus, ſanctus dñs Deus exerci- Eſai.6.
tuũ, mẽtes illæ beatæ hoc cõſona canebant voce, at Magi tria dona
vni Deo præbẽt. Quod aurũ regiũ ſit, indicat ſtatua illa cuius caput
erat aureum. Et regi dictũ eſt: Tu es caput huius ſtatuæ. Aurum ergo Dani.2.
offerũt Chriſto tanquam regi. Tus verò vt ſacerdoti,& Deo. Et hic
confunditur Arrius qui ſoli patri litãdum dixit. Myrrha mortalem
eum indicat, qua vſus eſt Nichodemus ſepeliens corpus benedictum Ioan.19.
Chriſti. Hic autem ſuccumbit improbus Manicheus, qui dominum
noſtrum mortuum fuiſſe negat Itaq; aurum regnum perpetuũ Chri
ſti teſtatur iuxta illud Danielis, poteſtas eius poteſtas æterna,& re-
gum quod non relinquetur. Tus Deum ſubindicat, quod iuxta le-
gem ſoli Deo offerebatur. Nam ipſe ſolus habet immortalitatem. Exo.22.
Myrrha autem mortem Saluatoris conteſtatur, quam ſponte ſubijt,
vt mortem noſtram occideret: vitamq; reſurgens è mortuis repara-
ret. Nos verò orthodoxi in cõſpectu regis noſtri, nullatenus vacui ap
pareamus fratres. Quin quotidie dona præcellẽtiora Chriſto litemus
oportet. Quãdoquidẽ fide integra, cũ regnãtẽ, vbi fatemur, aurũ opti
mũ illi damus. Deũ Verũ patri æqualẽ aſſerẽtes fore, tus ſuaue olens
præbemus. Vnde ſæpeſæpius corda erigẽtes cũ regali propheta cla-

V 2 mare

mare operæpretiũ erit. Tu es rex meus, & Deus meus, qui mãdas ſalu
Pſal. 43. tẽ Iacob, vel cũ S. Thoma, feruido dicamꝰ affectu: Dñs meus & Deus
meus. Mellita quidem verba hæc & omni ſuauitate referta, animæ
Ioan. 20. diligenti Chriſtum Ieſum. Adhæc myrrham ei offerimus, quoties
probra, & cruciatus, crucem & mortem illius, in corde verſamus,
Canti. 2. cum ſp õſa dicentes: Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbe
ra mea commorabitur. Nimirum animę noſtræ vbera intellectus &
voluntas ſunt, inter quę commorari debet Chriſti Ieſu iugis memo-
ria. Dum verò intellectus penitius vitam candidam, mortemque
Chriſti contemplatur, voluntas toto hac flãmigero affectu eum dili
git tunc vel maximè myrrham offerimus. Sub hæc, aurũ tus & myr-
S. Bern. rham offerimus, vbi, fide, ſpe, & caritate, Chriſtum Ieſum laudamus
eius & paremus mandatis, adamuſim cũcta ſeruantes. Imò ſub ijs tri-
S. Bern. bus myſticis donis alia munera adũbrata ſunt quæ diuus Bernardus
ſermone. 3. Epiphanię, nos pulchrè docet, aurum diuitias huius ſecu-
li inſinuat quod per eius gratiam, nos deuote offerimus, vbi pro-
eius amore totius ſeculi bona, vt ſtercora reputantes quæ ſunt bo-
na æterna toto pectore amamus. Deinde qui domino opitulãte ter
rena contemnimus: fas eſt vt cæleſtia appetamus flagrantique deſi-
derio ea quæramus. Sit turris adoramẽta offerimus. Odoramẽta ora
Apoc. 5. tiones ſanctorum ſunt, veluti in Apocalypſi legimus: quo pertinet il-
Pſal. 140 lud Pſalmi: Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in cõſpectu tuo. De
nique myrrham optimã Chriſto damus ſi mortificationẽ eius in cor
Galat. 5. pore noſtro circunferẽtes, vita eius appareat in nobis. Vt Apoſtolus
hortatur. Sanè qui ſunt Chriſti carnẽ ſuã crucifixerũt cũ vicijs & cõ
cupiſcẽtijs. Dubio ꝓcul ſi oratio veſtra haſce duas pęnas habeat, con
tẽptum mũdi & carnis mortificationẽ, cælos ipſos penetrauit. Vide
2. Ioan. 2. tis fratres, quomodo magi offerẽtes tria dona, omnia quæ in mundo
ſunt obtulerũt. In mũdo ſunt cõcupiſcẽtia carnis, cõcupiſcentia ocu
lorũ & ſuperbia vitæ. In quibus deliciæ oẽs, diuitiæ, & honores deſi-
1. Theſ. 5. gnantur. i. myrrha, aurũ, & tus. Vel ſpiritus & anima & corpus, quæ
Apoſtolꝰ integra inueniri in die dñi Ieſu magnoperè deſiderat intel-
ligi poſſunt, id tamẽ ſummoperè cauẽdum, ne cum impio Cain vilia
Gene. 4. Deo offeramus, ſed quæ optima ſunt cũ iuſto Abel, ei qui omnia no
Pſal. 65. bis præbuit exibeamus. Holocauſta medullata offerã tibi, cũ incen-
ſo arietum, regalis propheta dicebat. Non placet Deo holocauſtum,
ſine medulla caritatis & ſpiritus pinguedine. Alioqui non reſpiciet
nos nec munera noſtra. Magi quidẽ optima obtulerũt Chriſto Ieſu,
& ideo

& ideo reſpexit eos & munera medullata quæ ei dabāt. Quid dixi reſpexit? Imò vt Salomō plus dedit reginę Sabba, quā ab ea acceperat, 3. Re. 10.
ſic verus Salomon rex æternus Chriſtus longè maiora præſtitit Magis, quam ipſi obtulerunt. Multa dedit Salomō reginę, abſq; munere regio ait Spiritus ſanctus. O quot & quāta chariſmatu dona dn̄s impertiuit ijs viris heroicis, & hoc abſq; munere regio. Regale munus regnum cælorum eſt, quod nimirū dedit eis, in ſpe, iuxta illud: Beati immaculati in via, qui ambulant in lege domini. Hinc Saluator ſuos electos tutans, non vult eos Hærodem reuertere. Pſal. 118.

Reſponſo accepto in ſomnis ne redirēt ad Hærodem, reuerſi ſunt in regionem ſuam. S. Leo Papa tres eos fuiſſe dicit, idq; argumento eſt, quòd tria corpora ſancta ipſorū Colonię viſuntur. Cōſentaneum rationi eſt in ſuis regnis Chriſtum Ieſum prædicaſſe, narrātes omnia quæ viderūt, idola omnia delentes Deū optimū adorātes. Angelus in ſomnis eos monuit, quemadmodū ſe loqui prophetis Deus aſſerit, ne iterum impium regem videant. Cui placet hic tropologijs ludere, ampliſsimum habet cāpum. Alia profectò via nobis redeundum eſt ad patriam, quam ea qua expulſi ſumus. Vnde S. Cyprianus. Serm. Epipha. adorato dn̄o magi hilares, alio tramite in ſuā patriam reuertūtur, quia neceſſe eſt, vt qui credunt ad iuſtitiā, ore autē cōfeſsi ſunt ad ſalutem, deinde vias eligant arctiores, & ſe diſtrictioribus mādatis alligēt, quoniam per vias latas deſcenſuſq; præcipites ad inferos itur, per arctas verò & difficiles reditur ad ſuperos, dicēte propheta: Propter verba labiorū tuorum ego cuſtodiui vias duras. Scopuloſæ ſunt ſemitæ, ſed ad patriam quæ paradiſus eſt nos ducunt, non eſt tutus regreſſus ad Herodē, nec expedit cum iniquis federa iungere, ideò per aliā viam reuerſi ſunt in patriā ſuā. Iam non eſt legales & antiquatas Hebræorū cæremonias ſeruare, ſed in ſpiritu & veritate Deū adorare. Alia via nos eccleſiæ ſanctę ceremonias ſeruamus, nō vt paruuli lacte egentes, non in timore, ſed in ſpiritu libertatis tanquam viri. Et de euangelio hactenus. Text. Num. 12 S. Cypria. Ioann. 4. 1. Cor. 3.

SECVNDA PARS Declamationis.

NOnnihil morati ſumus in ſacra euāgelij lectione, fratres, eò quòd innumeris ſcateat myſterijs, nunc obiter tractare inſtitui quomodo cum ijs regibus egrediamur, quęrentes regem noſtrū Ieſum,

vt eum totis medullis cordis adoremus. Clamat ſponſa & verè ad nos
Cantic. 3. fideles omnes clamat: Egredimini & videte filiæ Sion, regem Salo
monem in diademate ſuo, quo coronauit eũ mater ſua, in die deſpon
ſationis & lætitiæ cordis eius. Egredimini, ò vos legis doctores & ſa-
cerdotes, qui conſilium verum ac ſalubre Magis ab Oriẽte egredien
tibus & Chriſtum Ieſum quærentibus datis: egredimini de cauernis
literæ quam mordicus tenere contenditis magno veſtro malo, exite
de rudi & ignobili veſtra intelligentia. Nõne in lege veſtra ſcriptum
eſt? Nobis aduenientibus vetera proijcietis. Iam dies deſponſationis
adeſt, Saluator ſponſus pulcherrimus rex regum aduenit, iuſtitiæ &
ſalutis ſignatur conſcripto, nuptialia ſunt inſtrumẽta cõfecta, cruore
roſeo ſponſi octauo die effuſo chirographum delicti quod erat con-
Ephe. 5. tra nos deletũ eſt. Libellũ repudij Synagogæ datur, & quę vxor erat
odioſa, videlicet gentilitas, ad ſponſum ſuum currit. Quid obſecro, ò
filiæ Sion rurſus vultis rugas contrahere literæ quæ occidit, quas Sal
uator mundi explicuit? velamen Moſi deponite poſthàc, ecce noua
ſunt facta omnia. Nempe niſi egrediamini, vedere non poteſtis Re-
gem Salomonem, Chriſtum Ieſum diademate coronatum, quo ma-
ter ſancta, mater immaculata virgo Maria eum coronauit. Verũ co
rona gloriæ nobis Chriſticolis eſt incarnatio, quam vos Hebręi puta
tis cõtumeliam: videte coronam victoriæ noſtræ, inſpicite virtutum
omnium copiam. Nempe ſi egredieris, ò Synagoga, & regem tuum
cum Magis adoraueris, nõ vocaberis vltra derelicta, & terra tua non
Eſai. 62. vocabitur vltra deſolata. Sed nũc deſiſtamus ad eos qui foris ſunt ſer-
mones proferre, ad nos fratres noſtra ſe conuertat oratio. Egreſſus eſt
Abraham de terra ſua Deo ipſo vocante, & ſic cæleſtia arcana reue-
Gene. 12. lata ſunt ei, non in Caldea vbi idola vana colebantur, audi filia, ait do
minus, & inclina aurem tuam. Audi vt videas, nam ſi non obedieris,
neutiquam videre poteris. Adhæc, obliuiſcere populum tuum & do
mum patris tui. Non ſat eſt exire de Aegypto ſi adhuc memoria il-
lius in te viget, & reuerti ad ollas carnium deſideras. Eorũ quæ retro
ſunt obliuiſcens, ad ea quæ anteriora ſunt me ipſum extendo, ait Pau
Phili. 4. lus. Equidẽ fratres mei ſi de terra veſtra egrediamini, ſi, vt par eſt, Ae
gypti memoriam non habueritis, concupiſcet rex decorem animæ
veſtræ. Nam ipſe eſt Deus noſter, qui eo venit, nos vt alter Iacob Ra
S. Bern. chel dilectam in ſuã patriam deducat. Hinc beatus Bernardus: Egre-
dimini filiæ Sion animæ delicatę, egredimini de ſenſu carnis, ad intel
lectum mentis, de ſeruitute carnalis concupiſcentiæ, ad libertatem
ſpiritalis

ſpiritalis intelligentiæ: egredimini de terra veſtra & cognatione veſtra, & de domo patris veſtri, alioquin non erit vobis tutum videre eum Eccleſiaſtem. Idem enim qui Salomõ, id eſt, pacificus, in exilio eſt. Eccceſiaſtes, id eſt concionator, erit in iudicio. Idida, id eſt dilectus domini, in regno cæleſti. In hac vita pacificus manſuetus & amabilis, in iudicio terribilis & iuſtus, in regno glorioſus & amabilis valde. Egredimini & videte regem Salomonem, nam vbique rex eſt, quamuis regnum eius non ſit de hoc mundo, eſt tamen in hoc mundo. Videte eum in corona paupertatis, in ſerto miſeriæ. Coronauit eum pater, gloria & honore vt in Pſalmo legimus, coronauit illũ nouerca Synagoga ſpinea corona, nam ſpectata eſt vinea illa, vt faceret vuas, fecit autem ſpinas. Coronauit eum mater benedicta virgo ſancta diademate noſtræ carnis. Videte coronam paruuli & vna cum Magis humilitatem eius adorate, quorum fidei deuotio hodie vobis proponitur in exemplo. Egredimini & vos filiæ Sion virtutes angelicæ incolæ ciuitatis ſupernæ. Ecce rex veſter ſed in corona noſtra, in diademate ſuo quo coronauit eum mater ſua, quia nuſquam angelos apprehendit, ſed ſemen Abrahæ apprehendit. Egredimini & videte regem veſtrum & noſtrum, quia ijs delicijs vſque modo caruiſtis, hãc hactenus dulcedinem non guſtaſtis. Habetis ſublimitatẽ eius, ſed humilitatem illius non vidiſtis. Egredimini oẽs & videte regem veſtrum, & adorate eum in præſepio, quem in ſinu patris ante hac adoraſtis dicentes: Sanctus, ſanctus, ſanctus dominus Deus exercituũ. Sed non eſt opus illis noſtra pareneſi, non indigent hominum exhortatione, quoniã ipſi ſunt qui deſiderant in faciẽ eius proſpicere, ceu beatus Petrus indicat. Illis enim quanto ſublimitas notior, tanto humilitas promptior, pretioſior, ac mirabilior eſt. Vnde licet nobis maior ſit cauſa lætitiæ, eò quod paruulus natus eſt nobis & filius datus eſt nobis, tamen ipſi nos præueniunt, ipſi nos exhortantur. Rei huius argumẽto eſt, quod angelus gaudiũ magnum euãgelizauit paſtorib⁹, & multitudo cœleſtis exercitus facta eſt cũ illo, ita vt vno ore, dulce melos canerẽt oẽs iubilãtes & dicentes: Gloria in altiſsimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vos filiæ Sion quæ in ſpecula ſublimi ſanctæ eccleſiæ, æterna arcana, & felicia bona luſtratis, vos animæ deuotę, quæ fidei puritate, caritatis deuotione, mũdi huius exilium per faſtidium, & contemptum, quaſi tranſilientes, ad ſupernam Hieruſalem, patriam beatorum iugiter ſuſpirare, menteque & feruido affectu quotidie, imò quauis hora aſcendere non

Ioan.19. *Pſal.8.* *Hebr.2.* *Eſai.6.* *Luce.2.*

deſinitis. Exite & conuolantes ad puerum Ieſum cælorum regē ado
Canti 3. randum properate. Nempe propter vos rex Salomon ferculum ſibi
fecit cuius media, caritate conſtrauit, quia delicatæ & tenellæ eſtis,
volens vos cum ipſo morari ac ſecū vehi, necnon & transferri ab hac
militante eccleſia, in illam triumphantem Hieruſalem. Eo namque
hæc eccleſia in terra fundata eſt à ſponſo, vt electi ſubuehātur in æthera, ad quę nemo peruenire poterit niſi per hanc, ceu ferculū quodam
ſiue vehiculo vehatur ſeu transferatur. Sanè vt extra arcam Noe oēs
qui erant perierunt. Perinde quot extra ſanctam eccleſiam degunt,
ſiue ethnici, ſiue hæretici, miſerè in barathrū damnati deſcēdent. Ne
Ioſue.6. mo in ciuitate illa magna Ierico vixit, niſi Raab & eius familia, Ioſue
duce ſic diſponente. Et ad eandem imaginem Ieſus Saluator noſter
eos duntaxat ſeruabit incolumes, qui in ſacra eccleſia piè ſanctèque
vixerunt. Ceteri omnes velut diluuio magno ſubmerſi, vehiculo hoc
Pſal.45. per neceſſario deſtituti infeliciter peribunt. Agite ergo vos filiæ Hieruſalem, vacate & videte, quoniam ego ſum Deus, ait Saluator, ego
rex veſter qui è cælo veniens ob ſalutem veſtram homo factus ſum.
Vacate, inquam, expurgate corda veſtra à quibuſuis vitiorum ſordibus, deſideria mundana abdicate, vt ad mei cognitionem conſcendere poſsitis. Videte filiæ Sion, quæ modo per ſpeculum in ænigmate
contemplamini, atq; Deum veſtrum videte, nō tam corporis quam
mentis oculis. Inſpicite eum qui tantoperè dilexit vos, vt quaſi extaſim paſſus & ſuimet oblitus, in diuerſorio moratur, & in præſepio
Hebr.12. arcto flens iacet. Videte magnificum Salomonē, aſpicite authorem
& conſummatorem fidei, ac ſalutis veſtræ, qui vos proprio ſanguine
redemire venit, per quem & pacificabit ea quæ in cælis, & in terris
ſunt. Quodnā diadema eſt hoc, niſi humana natura quam filius Dei
aſſumpſit in vnitatem ſuppoſiti? Caput Chriſti Deus, ait apoſtolus.
1.Cor.11 Vbi ergo Deus homo factus eſt, filius Dei hoc diademate redimitus
apparuit. Cuius mater, benignitas Dei dici pōteſt, quatenus ab ea primariè hoc conſilium inuentum eſt, & opus effectum, vt pro hominū
Eſai. 61. ſalute filius Dei homo fieret. Huc attinet illud Eſaiæ: Gaudens gaudebo in domino, & exultauit anima mea in Deo meo. Quia induit
me veſtimentis ſalutis, & indumento iuſtitiæ circundedit me. Quaſi
ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus
ſuis. Mirabile dictu, quam lætabundus filius Dei loquitur, videns ſe
humanitate noſtra veſtitum, cupiebat mirum in modum libertatem
noſtram & ſalutem. Ob id ſanè gliſcit, videns velut in ianuis redem-
ptionem.

ptionem hominum. Spõſum ſe vocat corona decoratum. Nam tam excellẽs tamq; perfecta creata eſt humanitas eius, vt nihil peccati habens honori eſſet filio Dei eam aſſumere, non ludibrio. O admirabile arcanum, & omni admiratione dignũ, corona ipſa, & ſponſa eſt, quæ ſtatim loquitur. Ornauit me monilibus ſuis. Sanè monialia natiuam habent pulchritudinem, & ſuapte natura decorem maximum ferunt. Sic humanitas Chriſti adeò fuit omnigena gratia ornata, vt non tantum haberet gratiam ſingularis perſonæ, ſed eam quæ gratia capitis appellatur. De cuius plenitudine omnes accipimus gratiam pro gratia. En flos de radice Ieſſe, ortus ſole ipſo pulchrior ſuper quẽ requieuit ſpiritus domini. Spiritus ſapiẽtiæ & intellectus, ſpiritus conſilij & fortitudinis. Spiritus ſcientiæ & pietatis, & repleuit eum ſpiritus timoris domini. *Ioan. 1.*

Hunc regem noſtrum & Saluatorẽ, cariſsimi, quæramus cum Magis ſapientibus egredientes de terra noſtra, nec Herodem ſubdolum turbatum timeamus. Nam ſi Deus eſt pro nobis quis contra nos? Infracto ac excelſo animo hoſtium aduerſa perferamus, eò quòd ſtella ſacræ fidei noſtræ dux eſt, nec deficiet in hac calamitoſa via, imò hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra. Nedum mũdum euincere poteſt, ſed tenebrarum principem Satanam, qui tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret. Inſuper carnis tyrannidẽ ſola fides quæ per dilectionem operatur funditus euertere valet. Cuius ducatu iter noſtrum agentes ad dexteram, aut ſiniſtram minimè declinantes regem noſtrum Salomonem inueniemus, inuẽtum adorauimus, adorãtes toto corde laudabimus. Cui ſit gloria & imperiũ, cum Patre, & Spiritu ſancto, per infinita ſecula. Amen. *Eſai. 11.* *1. Ioan. 5.*

APPENDICES
Annotationes.

PRincipio annotare lubet, quàm ſit Deus optimus verax in promiſsionibus ſuis, quamq; beneficus, volens omnes ſaluos fieri & ad agnitionem ſui peruenire, vt pulchrè apoſtolus aſſerit. At quia Eſaias vaticinatus fuerat dicens: Filij tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent. Hebræi perinde ac filiæ delicatæ, tot miraculis patratis è Pharaonis imperio erepti, mare rubro diuiſo, manna cæleſti enutriti ſunt, & triginta regum victoria parta, terrã promiſſam lacte & melle manantem poſſederunt. At filij fortitudine magna præditi, *Annot. 1.* *Eſai. 60.*

Magi à longè venerunt, ab Oriente fulgore inſoliti ſideris illuſtrati, adorare puerum Ieſum cupientes iter ſuum arripuerunt. Ecce angu-
Pſal. 118. laris lapis duos parietes in vnitatem fidei condens, tam Hebræorum quam gentium populum acceſſet. Pacem præbens ijs qui longè, & his qui propè. Nunquid Iudæorum tantum Deus ait apoſtolus, nonne & gentium? Eam ob rẽ gratias inexhauſtas Chriſto Ieſu agamus, quippe qui ſua gratuita dignatione veniẽs in mũdũ fecit vtraq; vnũ.

2 Secundò animaduertendum eſt, vt perbellè Chryſoſtomus ait.
S. Chryſ. Quod non dominus reges hos per prophetam, non per angelum vocat, forſan contempſiſſent, ob id hæc omnia derelinquẽs, per ea illos vocat, quæ familiaria eis conſuetudo faciebat, mira quadam diſpenſatione pietatis ad hominum condeſcẽdens ſalutem. Vel ob eam rẽ ſic geſtum eſt, quia ij prophetam habuerunt Balaam, ex cuius proſapia Magi deſcenderunt. Cum verò vaticinium de ſtella Iacob adimpletum eſſent rati. Nu. 14. Sidus nouum ſequuntur, abdicatis regnis & patria, quaſi dulcedine inuſitati ſideris inebriati. Sicq; gratia ſummi numinis inuiſibiliter pectora Magorum illuminauit, vt ſpiritu
Eze. 1. Dei acti confeſtim iter acceperint, & tanquam animalia ſancta, vbi erat impetus ſpiritus illuc vltrò gradiebãtur. O nimis felix orthodoxus qui lumine cælico, vt alter Paulus illuſtratur. Is planè ſeſe dimittens extemplo clamabit: Ieſu bone, quid me vis facere? Quod eſt dictũ: Domine ad te confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia
Pſa. 142. Deus meus es tu. En quod lux illa cæleſtis operata eſt in Magis, voluntatem ſuam abnegantes, Chriſti Ieſu voluntatem ſcire cupiunt, eamq; exactè adimplere pro ſua virili contendunt.

3 Tertiò, notãdum vel maximè eſt, quàm audax ſit animoſa fides. Alienigenæ erãt Magi & audacter clamãt: Vbi eſt qui natus eſt rex Iudæorũ? Vbi Fulgẽtius. Cum Iudæi non ſimus regem tamẽ Iudæorum nos quærere profitemur. Et neq; Herodẽ, nec eius filiũ Archelaum adorare volumus, ſed Chriſtũ paruũ in præſepi, validè autem
S. Fulgẽ. in cælo regnãtem. Eius planè ſtellã in Oriẽte vidimus, & eatenus venimus famulatũ tãquã regi noſtro exhibere. Verũ fortis eſt vt mors dilectio, ita vt per medias hoſtiũ acies trãſeat. Stupenda quidem res, iam opere clamant Magi quod Apoſtolus poſtea dixit: Quis nos ſe-
Rom. 8. parabit à caritate Chriſti? An fames? aut gladius? Aut mors? Scio quia nec mors nec vita, nec præſentia, nec futura poterunt nos ſeparare à caritate quæ eſt in Chriſto. Væh nobis cuius vecordia tãta eſt, vt minima occaſione oblata, imò nos ipſi occaſiones excitamus, qui-

bus

bus ad malum currẽtes ſuccumbamus. Scriptura teſtante: Qui vult diſcedere ab amico occaſionem quærit. Hinc paruus quæſtus, minimus honos, exiguaque oblectatio, ſic puſillorum animum allectat, vt Chriſti Ieſu amicitiam pro nihilo pendant. De quibus iure optimo ſcriptum eſt: Pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem. *Pſal.105*

4 Quartò, videre eſt vulpinam Herodis calliditatem, quàm nihil proſit contra dominum, conuocat ſcribas & ſacerdotes, Magos ipſos diligentiſsimè interrogat tempus ſtellæ ſcire cupiens. O execrãdam aſtutiã, putabat ſe ad Chriſtũ venturum, ipſumq; occiſurum. Væ qui profundi eſtis corde, vt à dño abſcõdatis cõſilium. Eſai.29. Tales ſunt qui in tenebris ſcelerũ ſuorũ gradiẽtes ſanctitatis ſpeciẽ præ ſe ferũt, intus aũt pleni ſunt omni ſpurcitia & dolo. Proh nefas, quot fideles in eccleſia Herodis nefanda veſtigia imitãtur. Verba ſancta audiẽtes, etſi credunt, operibus ſuis fidem ſuam non teſtantur. Sacra loca prophanant, temerè patrantes quæ nec in plateis fas erat operari. Tandem adeò procaces ſunt & efrontes, vt plam ſua ſcelera ſubindicent, quo alios pellicere valeant. Ii Herode peiores effecti non clam, ſed in meditullio delinquere haud erubeſcunt. Dominus autem deludet illuſores, & vt Herodi improbo euenit, ſic & eius ſequacibus cõtinget, quando laborem & operam perdent, morte aduentante. *Prou.3.*

5 Quintò, obſeruandum, quam fuerit magi probati in hac via. Sanè apoſtoli ſentẽtia extat: Omnes qui piè viuere volunt in Chriſto Ieſu perſecutiones patientur. Quid eſt omnes? Equidem Deus flagellat omnem filium quem recipit. Vt mitis ſit, & non efferatur vnquam. Omnis homo quamlibet pius & conſpicuus, neceſſe eſt vt patiatur in hac vita ærũnoſa tẽtationẽ. Vnde admonet ſapiẽs. Fili accedẽs ad ſeruitutẽ Dei, ſta in iuſtitia & timore, & prepara animã tuã ad tẽtationẽ. Stare in iuſtitia fortis athletæ eſt, ſuccumbere aũt fragilis & puſillanimis. Sic de filijs Ephrẽ memoriæ proditũ eſt, quia conuerſi ſunt in die belli terga dantes inimicis: vt vecordes. At magi fide & caritate, ac ſpe fulti turbationẽ Herodianã non metuẽtes, cõſtãter in opere ſuo perſiſtũt, nec fruſtra laborẽ ſuſceptũ exiſtimãt, quominus vltra procedere velint, donec Chriſtũ Ieſum inueniãt & adorent. Quo docemur hoſtiles incurſus in via Dei non timere, quin horũ virorũ exemplo roborati, animo infracto bona opera cœpta perficere dicẽte rege Dauide: Quærite dñm & cõfirmamini, quærite faciẽ eius, ſemper. *Hebr.12* *Eccle.2.* *Pſa.104.*

6 Sextò mirabile myſterium hoc eſt, quod Magi procumbẽtes puerum in vili tugurio pannis inuolutum adorant. Nempe non regem

terrenum

terrenum quærebāt ſed cęleſtem, vtpote cui aſtra cęli famulabātur.
Eam ob rem nihil ſcādalū paſsi adorant in carne verbū Dei, in infan-
tia ſapientiam æternam, in infirmitate virtutem, in humanitate maie-
2.Re.23. ſtatem diuinam. Ecce tres viri fortiſsimi Dauid, qui irrumpentes per
inimicorum caſtra, aquam hauſerūt de ciſterna Bethleem. Saluator
noſter aqua viua eſt, quam ſi quis biberit non ſitiet in æternum. Fons
limpidiſsimus eſt, omnes ſitiētes ſatiare cupiēs. Cuius vox ſic tonat:
Ioan.7. Qui ſitit veniat ad me & bibat, qui credit in me ſicut dicit ſcriptura,
flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. O nos felices ſi de hoc fon-
te bibentes, faſtidio terrena quæque habeamus. Ex hac planè aqua
Magi delibantes, confeſtim theſauros ſuos aperientes dona regi ſum-
Pſal.47. mo dederunt. Iubilanteſque dicebant. Sicut audiuimus, ſic vidimus
in ciuitate Dei noſtri. Profectò quemadmodum oraculo diuino nun-
tiatum fuit illis in Oriente, ſic oculis ſuis viderunt, adorantes puerum
Ieſum & matrem pijſsimā eius laudantes, in cuius manibus dona illa
valde pretioſa poſuerunt.

7. Septimò, valde obſeruandum quibus donis Saluatorem honorifi-
carunt Magi, aurum, tus, & myrrham offerētes. Vbi Chryſoſtomus,
Magi offerunt munera dignitate Chriſti cōgrua. Imò à Spiritu ſan-
cto docti ſapienter Saluatori honorem exhibuerunt, tum corporis
ſubmiſsione, quæ ad latriam expectat, tum etiam donis myſticis quę
ſponte ei dederūt. S.Tho.3.par.q 36.artic.8. Ach! Lutherani videte
opera, fidei iuncta, nam Magi credentes è longinquo venerunt, ecce
opus ſatis laborioſum. Nedum venerunt, ſed adorantes Chriſtum Ie-
ſum, munera obtulerūt. Captiuitate iam intellectum veſtrum in ob-
ſequium inuictæ, veritatis, fruſtra reluctamini Chriſto, de quo falſò
præ ceteris gloriamini. Ille quidem ruiturum in exitium dicit, qui
quod audierit non facit. Nos autem, fratres, quotidie tria dona Chri-
ſto Ieſu offeramus. Aurum fides eſt, ſine qua nemo placere Deo po-
Hebr.11. teſt. Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt, & quòd remu-
nerator eſt. Spē incenſum indicat, cuius odor vſq; adeo fragrat vt cæ-
los penetret. Odor veſtimētorum ſicut odor turis, ait ſpōſus ad ſpon-
ſam. Denique myrrham offeramus, quæ vel inax mè vermes
conſcientiæ extinguit, caritatem habentes. Quippe
quę operit multitudinem peccatorum. Tali-
bus hoſtijs profectò Deus opti-
mus promeretur.

DOMINICAE INfra octauas Epiphaniæ

DECLAMATIO. XIII.

CLamat fratres mei & rectè clamat, ſapiẽs taxãs eos qui ſapientiam ſuam occultãtes alijs prodeſſe non incũbunt. Nam ſapientia abſcondita & theſaurus inuiſus quæ vtilitas in vtriuſque? Perinde dicat. Nullum emolumẽtum, nulumque commodum proximis oboritur, ſiquis literis candidatus fuerit, & alios nõ erudiat, & in viam virtutis non ducat. Erit planè ſapiẽtia eius vt theſaurus in humo deliteſcẽs, qui nemini frugi eſt. Quis obſecro cariſsimi patris æterni ſapiẽtia niſi verbũ eius eſt? In eo ceu in arte, pater ipſe cõdidit vniuerſam mũdi huius machinã, & in hac ſapientia cũcta, tũ viſibilia, tum etiã inuiſibilia, digeſsit, miroq; ordine diſpoſuit. Vnde regalis citharœdus tanti arcani minimè ignarus cecinit: Omnia in ſapiẽtia feciſti. Quid eſt omnia? Nẽpe quod B. Ioãnes lucidius expreſsit, in exordio ſui euangelij dicẽs: Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Ecce verbũ & vnigena cæleſtis patris ſapiẽtia eius eſt, per quã vniuerſa ſunt cõdita, & ſubſiſtunt. Hæc profectò ſapiẽtia quæ linguas infantiũ facit diſertas, quæ angelos & homines docet ſciẽtiam, vbi noſtrã induit naturã, & ſua dignatione verbũ caro factũ eſt, ſub fragilitate carnis noſtræ, ſic latuit, ſic ſeſe abſcondere voluit, vt per omnia fratribus ſuis aſsimilatus deliteſceret. Vnde iure optimo ſacer vates Eſaias exclamat: Vere tu es Deus abſcõditus rex noſter Saluator. Abſcondit ſe in vtero matris Mariæ virginis, filius Dei faſtidia infantiæ obiens, abſcõdit ſe in præſepio quãdo ab alma parente collocatur, delituit in Aegyptũ pergens, deludẽs Herodis funeſti rabiẽ. Tandẽ in morte dira, & in cruce, adeò ſe occultare voluit, vt qui agnus Dei immaculatus erat, cum iniquis & ſceleratis reputatus fuerit. Vt ergo ſapientia Dei mirabilis, nõ veluti theſaurus eſſet inuiſus, quin hominib⁹ fructũ exuberãtem reddere incipiat, Chriſtus Ieſus duodecim annos natus aſcendere hieroſolymam inſtituit,

Eccle. 20.
Pſal. 103.
Ioan. 1.
Eſai. 45.
Eſai. 53.

tuit,in qua Deipara Maria & viro ſancto Ioſeph neſciētibus puer benedictus, & totius benedictionis fons inexhauſtus manſit, paſchatis ſolēnitate tranſacta. Inueniūt deniq; eū parētes eius poſt triduum in templo, ſedētem inter doctores. Quos lubēs audiēs, quaſi ſapiētiæ ſuę mirabilis cintillas emittēs, nedū doctoris legis audiebat, ſed interrogabat. Hæc cōpendio ſunt, quæ nobis ſacra lectio recenſuit, modo ſummi numinis ſuffragio freti, expoſitionem eius aggrediamur.

Euangelium. Quū factus eſſet Ieſus annorū duodecim aſcēdētibus illis hieroſolymā, ſecūdū conſuetudinē diei feſti. Cōſummatiſq; diebus, quū rediērēt, remāſit puer Ieſus in Hieruſalē. Et nō cognouerunt parētes eius.

Quā fuerint legis obſeruatores ſanctus vir Ioſeph, & ſpōſa ſua Deipara Maria, paulò ſuperius hoc eodē capite euāgeliſta nobis innotuit. Ibāt parētes eius, ait, per oēs annos in Hieruſalem, in die ſolenni paſchæ. Hoc eſt, in Paraſceue. Erat ſanè præceptum in lege, quod ſic habet. Ter in anno apparebit omne maſculinum tuum corā dño tuo. *Exo. 34.* Aſcēdebant ergo omnes viri cum in paſchate agni, tū etiam in Pentecoſte, quādo lex data fuit, tū deniq; in feſto tabernaculorum, ſiue *Deut. 16.* cenophegiæ. Quæ planè feſta adeò ſolēnia erat, vt per hebdomadomadam integram celebrarentur. *Nota.* Vbi aduertendum quātum oneris lex illa præ ſe ferebat, quæ nō modo tempus præſignabat, ſed locum in colendis feſtis eius. Omnes viri tenebātur itinerare & cōparere in templo, vt Deum adorarēt & munera offerrent. Nos vero fideles ſolennitates noſtras celebramus abſq; inſudatione tēpla plurima habētes, in quibus ſacra Deo optimo facimus, longè præſtātiora quibuſuis ſacrificijs & holocauſtis Hebræorū, in quibus velut inuolucris vnicū ſacrificium noſtrum Chriſtus Ieſus adūbrabatur. Equidem vnicum *Cantic 6* templum in illo regno Hebræorum, vnicam columbā in cāticis canticorum miris encomijs ſępius collaudatā pręſignabat. Verum dum vnicā eccleſiā Romanā dico, ò quā beatā, quāq; numeroſam ſocietatē dico, *Eccleſia ſancta.* quæ prophetas, quæ Apoſtolos, quæ tot martyrū cōfeſſorū, ac virginū examina, quę tot animas Deo maximo caras cōplectitur. Nec poteſt eſſe pauper ſancta eccleſia, quæ tā diuiti capiti Chriſto Ieſu cōiuncta eſt. In quo planè habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Hoc eſt Deus factus homo. Atqui, quemadmodū extra vnicū tēplum illud nullū erat ſacrificiū, ita extra eccleſiā ſacroſanctam nul- *Gene. 7.* lū eſt ſacramētum, nullaq; fides. En Noe viri iuſti arca, extra quam nemo mortē euadit. Vt optimè beatus Petrus aſſerit. Si ergo turcæ, ſi ſarraceni, ſi heretici viuere cupiūt, veniāt ad arcā ſalutis, intrēt fidem

catholicam,

catholicam, tũ corde tum etiã ore profitẽtes, alioqui morte perenni plectẽtur, & flammis gehẽnalibus cruciabuntur perpetim. Cęterum hunc error noſtratiũ hæreticorũ apparet, quiq; feſta pro ſua virili ab rogare & abolere moliũtur. O execrabilẽ, ac de teſtãdam ſtultitiam, nonne Deus optimus feſta ſeruare præcepit, & lõge præ alijs diebus? Nempè fratres paſcha noſtrũ immolatus eſt Chriſtus, ideò impenſa ab illo nobis beneficia feſtiuis diebus vel maximè ea recolamus, immortales, & innumeras gratias ei agentes non tantum pro omnibus ſimul ſed pro ſingulis. 1. Cor. 5.

Iam verò cariſsimi Deiparæ Mariæ flagrãtiſsimũ affectũ in Deũ animaduertite, animaduertentes, & veſtigia eius pro modulo veſtro ſectamini. Nullatenus legis præcepto tenebatur aſcẽdere in Hieruſalẽ in hac paſcha quia mulier erat, ſtatutum illud viros duntaxat am plectebatur. Inſuper & Chriſti Ieſu legiſlatoris erat mater & ob id haud obnoxia legi. Nihiloſecius tã erat vehemẽs eius deuotio, tãtoq; ſũmi numinis amore ardebat, vt itinera quãuis lõga nõ timeret, quo minus vt exẽplo foret omnibus, quot annis hieroſolymã aſcẽderet. *Virginis deuotio.*

Vos fratres & ſi liberi, & nullo mãdato Dei aſtricti bona in laudem Chriſti, & in ædificationẽ fratrũ veſtrorum operamini. Ita vt extra quadrageſimã ſanctã, potiſsimè feſtiuitatibus magnis aduẽtantibus, confeſsionẽ integrã peccatorũ corã cõfeſſore faciatis obſecro. Sacrã euchariſtiam, & panem viuum, qui è cælo deſcẽdit Chriſtũ Ieſum re uerẽter accipite. Eleemoſinas pauperibus citra extremã inopiã patientibus affatim impẽdite. Cum Dauide clamãtes: Voluntariè dñe Deus ſacrificabo tibi, quoniã bonũ eſt. Sic profectò ſpõtaneè obſe quia veſtra offerẽtes, virginis almæ veſtigia ſectabimini, & vobis in cælo ingẽtes theſauros comparabitis. Solus itaq; ex præcepto dñi Ioſeph adire tenebatur Hieruſalem, verũtamen virgo ſancta, cũ puero Ieſu dño noſtro aſcendit, vt normam viuendi præſentibus, & nobis etiam Chriſticolis exẽplum operãdi lubẽter ea quæ Dei ſunt daret. *Documẽtum.* *Pſal. 53.*

Adhæc Saluator duodenus aſcẽdit ad ſolẽne feſtũ cũ parẽtibus quãquã dñs & rex angelorũ, vt ipſe legiſlator legẽ adimplẽs, doceat homines rebelles mãdatis Dei parere. Puer ſecerrimus, pueros hortatur, vt in tenera ſua ætate ſummo Deo ſe dicare, ac offerre ſtudeãt. Equi dẽ qui venit oẽs ſaluare, in quauis ætate, oẽs erudiuit quomodo mores cõponerẽt, & famulatũ creatori ſuo ſapiẽter præſtarẽt. Mira res non cõfeſtim vt ex ſacra virgine ortus fuit, in virum perfectum creuit, vt Adã creatus eſt, ceu in Geneſi legimus. Factus eſt homo in animam *Gene. 2.*

viuentem, non vtiq; puer ſed homo Chriſtus paulatim creuit, quoniam oportebat eum per omnia fratribus aſsimilari, quo verã humanitatem, & non fictitiam aſſumpſiſſe, experimento cõprobaret, atq; manichæorũ ſtulta commẽta funditùs euerteret. Simul & puerorum educationem orthodoxis parẽtibus indicaret, quæ quidem res non
Ioelis. 2. parui momẽti in ſancta Eccleſia eſt. Quandoquidem propheta Ioel, Deo ipſo præcipiẽte canere tuba in Sion ſuadet, & coadunare cœtũ, & ſenes etiã paruulos, vt ſedare valeat populus irã Dei. Coadunate ſenes & paruulos ſuggentes vbera. Innocẽtium vagitus & gemitus, Dei miſericordiã conciliãt nocẽtibus & improbis hominibus. Aſcẽdit ergo puer Ieſus in tẽplum, vt parẽtes maximam habeãt curam erga filios & filias, erudiẽtes illos de ijs quæ Dei ſunt. Nõ ad ſpectacula puellas ducãt, nec per plateas circunferant, vbi iuuenes vagãtur. Vtinam
Gene. 34 Dina Iacob filia domi manſiſſet, & non egreſſa eſſet ad vidẽdas mulieres regionis Sichẽ. Nẽpe nec ipſa corrupta rediret, nec ſtrages tam ingẽs ciuitatis illis ſubſequuta eſſet. Caueãt igitur parẽtes pericula imminẽtia, quæ circa filios malę indolis accidere ſolẽt, audiãt ſapiẽtem
Eccle. 7. eos admonẽtem: Filij tibi ſunt, erudi illos, & curua eos à pueritia ſua. Ecce eruditione pueri vel maximè indigẽt, ne vt ager incultus ſentes, & tribulos vitiorũ iuuentus lubrica proferat. Incurua illos à pueritia ſua. Nam qui parcit virgæ odit filiũ ſuum. Nõ planè pater ſed hoſtis, nõ mater ſed nouerca eſt, niſi auſteritate debita filios ſuos corripiat.
Prou. 29 Virga & correctio ait ſapiẽs, tribuit ſapientiã, puer autẽ qui dimittitur volũtati ſuæ, cõfundet matrẽ ſuam. Erudi filium tuũ & refrigerabit te, & dabit delitias animæ tuæ. Ecce cõſilia optima quæ maximè expectãt ad puerorũ educationẽ, quippe quæ lõgè præſtãtiora ſunt, quibuſuis documẽtis philoſophorũ, vtinã adoleſcẽtes omnes ob oculos haberent Ieſum filiũ Sirach, & cum ipſo clamarẽt: Quum adhuc
Eccle. 51. iunior ſum, priuſquam oberrarem, quæſiui ſapientiã, palam in oratione mea, ante tempus poſtulabam pro illa. Et vſq; in nouiſsimis perquiram eam. Equidem rectè antequam aberraret petiuit ſapiẽtiam, quia
Sapien. 1 in maleuolã animam ipſa, vtpote nobiliſsima & mũdiſsima nõ intrat nec habitat in corpore ſubdito peccatis. Nimirum lucis ad tenebras nulla eſt ſocietas, nullumq; cõmercium, Apoſtolo teſte. Agite vos
1. Reg. patres, & omni ſolertia filios veſtros in timore Dei educate, ne fortè vobis cõtingat, quod in ſacra pagina memorię proditum eſt de Heli qui blandè corrigens filios ſuos, nihilo meliores facti, miſerè in bello interierunt. Et ſimul pater audito hoc infelice nũtio, de ſede cadens,

mortuus eſt. Ne ergo Deus optimus animaduertat in vos corripite eos, tum verbis, tum flagellis ſi opus fuerit. Si percuſſeris filium tuum virga non morietur ait ſapiens. Nempè ſenſus & cogitatio humani cordis prona ſunt ad malum ab adoleſcētia ſua, niſi doctrina, & virga cohibeantur. Mira quidem eſt, & omni acceptione digna ſententia illa: Adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non recedet ab ea. Nonne cōſuetudo altera eſt natura, vt Philoſophus rectè conteſtatur? Vt ergo cum ſenuerit adoleſcēs à virtute, & timore Dei nō recedat, det operam ne malè aſſuefiat. En documētum ſalubre quod puer Ieſus filius Dei exhibet adoleſcentibus ſacri baptiſmatis vnda ablutis, vbi hodie aſcendit in templum. *Gene.8.* *Prou.22.*

Conſummatiſque diebus cum redirent, remāſit puer Ieſus in Hieruſalem. Videte iam fratres quā fuerint ex omni parte abſoluta Dei paræ virginis opera. Expletis diebus ſeptem reueritur in Nazareth, non mediante feſto. Equidem vt Dei perfecta ſunt opera, ita vt nihil eis deſit, ſic ſuo modo virginis almę facinora præclaraque geſta, ſemper perfecta fuerunt. Vitam eius candidam dum in templo puella degebat penitius expendite, reſponſum quod præbuit Gabrieli, tota veſtri intellectus indagine cogitate, verba omnia quæ Spiritu ſancto dictante, loquuta eſt, conferte, & palam agnoſcetis quàm fuerit in omnibus perfecta. Hinc illa elogia in cāticis paſsim ab ſpōſo prolata ſunt: Tota pulchra es amica mea, & macula nō eſt in te. Nō quidem corporis ſpeciē ſpōnſus collaudare ſolet, nā ipſe ſcit, quod fallax gratia & vana eſt pulchritudo, mulier autē timēs Deū ipſa laudabitur. Animę ſpecies & venuſtas ei vehemēter placet. Si ergo virgo Maria tota pulchra eſt, perfecta ſit ex omni parte oportet. Proh dolor quantū nos ab hac perfectione abſumus, quàm inconſtātes ſumus in bonis operibus. Profectò vt filij Iſrael ſi aliquando Aegyptum & regē eius Pharaonem relinquimus, ſubinde in deſerto pœnitentiæ poſiti ingemiſcimus ollas carniū concupiſcentes. Imò ore improbo quidā aiūt: Vtinam mortui eſſemus in Aegypto quādo comedebamus panem in ſaturitate. O infelices filij vxoris Loth, quæ reſpiciens retro in ſtatuā ſalis conuerſa eſt. Mementote iræ ſummi Dei, ne fortè in vos animaduertat omnipotens. Nam qui tenēs aratrū in manu & retrorſum cōuertitur, neutiquā aptus eſt regno Dei. Quas ob res in bono perſeuerātes animęquiores eſtote, reginę cęli veſtigia imitātes, quippe quę niſi cōſummatis diebus, totiuſq; paſchæ tempore expleto, reuerſa eſt in domū ſuam. Cauſam nos reddere nequimus, cur Saluator remanſerit *Text.* *Cantic.4* *Nota.* *Gene.16.*

ſerit clā in ciuitate. Citra cōtrouerſiam hoc aſſerere poſſumus, quod
Pſal.68. ipſe zelum ſuum erga ſpiritualia propalare voluit. Quique longe me
lius quàm Dauid dicebat: Zelus domus tuæ comedit me. Vt ergo do
ctores admoneat Meſsię tempus veniſſe, & qui literas ſciebant habe
rent & ſpiritum ſimul, remanſit in Hieruſalem. Hoc autem abſque
parentum obliuione, exiſtimabant illum eſſe in comitatu. Vbi ad
uertendum, moris eſſe Hebræis in huiuſcemodi ſolēnitatibus con-
fluere & redire viros ſeorſum, & mulieres ſeorſum, ſic enim decebat
honeſtatem. Quod proh dolor hodie opud orthodoxos non fit vn-
de ſcandala plurima, piacula, & hominum neces oboriuntur. Infan-
tes verò liberi erant cum vtroque parente incedere. Quam ob rem
beata virgo & Ioſeph viciſsim putabant puerum Ieſum quem ſecum
non cernebant, cum altero parente reuerſum, vnde Lucas ait: Exiſti
mantes illum eſſe in comitatu. Ioſeph putabat Chriſtum fore in co-
mitatu mulierū, mater benedicta, exiſtimabat illum eſſe in comitatu
virorum. Vos fratres mecum hic notate, quod non niſi in die feſto
Nota. Chriſtifera Maria amiſit Ieſum. Planè in die illo lugubri paſsionis
eius. Iuxta crucem ſtabat alma Maria, vt Ioannes teſtatur. Quo no-
bis perſpicuum ſit quod tribulatio nos Deo adglutinat, iuxta illud:
Pſal.119. Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me. Et ipſe do-
minus ait: Cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum & glorificabo
eum. Tremēda quidem res, à latere Dei, ideſt ab ærumna, & calami
tate, mille dilabuntur, à dextris verò, hoc eſt, à proſperitate, honore,
& opulentia diuitiarum, decem millia, labefactantur. Quemadmo-
Pſal.90. dum in pſalmo legimus. Vos cariſsimi videte qualiter dies feſtos agi
tis, ne forſan dominus conqueratur, vt quondam contra populum
Eſai.1. ſuum. Solennitates veſtras, & kalendas veſtras odiuit anima mea.
Veſtræ ſunt & carnis veſtræ concupiſcentias explentes, iniqua pa-
tratris opera, ideò eas odio habeo, ait Deus. Viderunt eam inimici &
deriſerunt ſabbata eius, flens dicebat propheta Hieremias. Inimici
noſtri immaniſsimi dæmones ſunt, qui dum feſta Dei piaculis innu-
meris prophanamus irrident illudentes. Quid parētes eius faciebant,
vbi Ieſus remanſit, ſequitur.

Requirebant eum inter cognatos & notos. Et non inuenientes,
reuerſi ſunt in Hieruſalem requirentes eum.

Myſterio nō vacat, quod inter cognatos Chriſtus nō ſit inuentus,
humana cognatio non poteſt filium Dei cōtinere, vt bene ait Orige
Origenes. nes. Nec inter notos, nam maior eſt, omnium mortalium notitia. Et
vt

vtnonnihil altius re tã ſeriam rimemur, rectè nõ inter cognatos Ieſus comparet. Quia Abraham non apud ſuos exaltatus eſt, ſed in terra aliena, pater multarum gentium fuit appellatus. Ioſeph à fratribus venditus,& ſeruus factus,apud Aegyptios regium honorem adeptus eſt. Moſes itidem à parentibus expoſitus, erga filiam Pharonis gratiam inuenit. Quin & homicidæ ipſi, homicidam Chriſto prætulerunt dicentes:Da nobis Barrabam nõ Ieſum. Mira res quia ſpõſa dormitabunda ſurrexit aperire ſponſo ad oſtium pulſanti, nec illum inuenit,iam aliò trãſierat.ideſt ad gẽtes declinauerat. Vos nũc obſecro fratres quærite dominum dum inueniri poteſt, inuocate eum dum propè eſt.In hac via & peregrinatione,vita comite, Ieſum toto corde quærite,quatenus de vobis illud pſalmi dicatur:Hæc eſt generatio quærẽtium dñm, quærentiũ faciem Dei Iacob. Felix generatio quæ non quę peritura ſunt,quærit,ſed dñm omnium factorem, & moderatorem.Faciem eius quęramus, nõ manus,datorẽ nõ dona eius tãtum affectantes.Nec par eſt, vt inter cognatos aut amicos Chriſtũ quæratis,ij ſanè ſæpius quæ ſua ſunt quærunt non quæ Ieſu Chriſti. Quærite illum in Hieruſalem, in pacata conſcientia, in templo quod vos eſtis.Dicẽte Apoſtolo:Templum Dei eſtis, & Spiritus ſanctus habitat in vobis. Quærite in eccleſia vbi verba Dei populo propinãtur, vbi ſacra quotidie celebrãtur. Sapiẽtia vbi inuenitur?ait Iob,& vbi eſt locus intelligẽtiæ?Neſcit homo pretium eius.Nec inuenitur in terra ſuauiter viuẽtium. Abyſſus dixit nõ eſt mecũ.Mare loquitur non eſt in me.Nõ dabitur aurũ obryſſum pro ea,nec appẽdetur argẽtum in commutatione eius.Et poſt pauca:Trahitur ſapientia de occultis: Abſcondita eſt ab oculis omnium. Singula adnotatione digna ſunt, veruntamen non vacat ea proſequi. Abyſſus peccatum eſt in quo Chriſtus ſapientia patris non eſt.Mare feruens quod quieſcere nõ poteſt,mundus turbulentus,honores,diuitiæ,& oblectamenta execranda in quibus non Chriſtus, ſed antichriſtus inuenitur. Quid multis immoror?Abſcondita eſt ſapientia ab oculis omnium,qui fide & caritate indigent. Talibus tanque linceis oculis,paſtores Ieſum agnouerunt in præſepio, Magi procumbẽtes regem regum adorauerunt, & dona ei obtulerunt, Simeon iuſtus & Anna in templo paruulum laudibus miris extulerunt.

Gene.15. & .41.
Cantic.11.
Pſal.23.
Iob.28.
Nota.

Ceterũ quis verbis proſequi queat, quo dolore, quave anxietate affecti ſunt Ioſeph iuſtus & Chriſtifera Maria, vbi Ieſum non vidẽt?Nẽpe angore maximo ſpõſus aiebat illud geneſeos:Puer nõ con

X 2 paret

Gene.37 paret, & ego quò ibo? Saluator mundi nō adeſt, quo ipſe me vertam penitus ignoro? Si dedero ſomnum oculis meis & palpebris meis dormitationem, donec inueniam locum vbi eſt dominus. Hæc & multa alia id genus, in gemiſcens vir ſanctus flens dicebat. Atqui alma *Cantic.3.* virgo cum ſponſa clamitabat: Surgam & circuibo ciuitatem, per vicos & plateas quærendo quem diligit anima mea. Quam cum cuſtodes Hiruſalem vidiſſent lacrymantem, ſuſpiriaque iactantem interrogant: Qualis eſt dilectus tuus, ò pulchra inter mulierum? Qualis eſt dilectus, & quæremus eū tecum? Tunc ſacerrima virgo: Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus totus deſiderabi- *Sapien.7* lis. Equidem candidus erat Ieſus, quia candor lucis æternæ ſpeculum ſine macula, imago bonitatis illius. Rubicundus in paſsione, roſeo ſuo ſanguine decoratus, ſpecioſus forma præ filijs hominum, in quem deſiderant angeli proſpicere. Talis eſt dilectus meus, ait Maria benedicta, & ipſe eſt amicus meus. En fratres quam verum vaticinium Simeonis fuit, vbi iam gladius incipit viſcera almæ virginis ſau- *Lucæ.2.* ciare. Tuam, ait, ipſius animam pertranſibit gladius. Id eſt tuammet animam gladius cōpaſsionis pertrāſibit. Eſt quidem fœminini generis dictio illa. Ipſius. Verum quia qui ſedula inquiſitione quærit inuenit, ideo ait: Paululū cum petranſiſſem eos, inueni quē diligit anima mea. Inuenit proculdubio ſancta mater & Ioſeph Ieſum in domo patris ſui cæleſtis. Vnde Lucas ait.

Text. Et factum eſt poſt triduum inuenerunt eum in templo, ſedentem in medio doctorum, audientem illos, & interrogantem eos.

Quāta alacritate, viſo Chriſto, alma Dei genitrix fuerit exhilarata, nemo excogitare poterit, tātu abeſt vt verbis exprimere qs audeat. Diligebat vtiq; eum filiali amore, quo nulla parēs filium ſuum vnicum dilexit vnquā. Amabat inſuper Ieſum tāquam creatorem mundi. Et ob id mœrore nimio affecta noctes ducebat inſomnes, donec *Tob.10.* eum inueniret. Quod ſi Anna Tobiæ mater, tā anxiè exibat per vias filiū ſuum quæritans, & lacrymis irremediabilibus deflēs ingemiſcebat dicens: Quo te miſsimus peregrinari fili mi, lumen oculorū noſtrorum, baculum ſenectutis noſtræ, ſolatium vitæ noſtræ? Quid de virgine benedicta exiſtimandum eſt, quippe quæ vnicè Chriſtū Ieſum adamabat? Nunc autem illo adinuento tanto gaudio fuit perfuſa, quanta ante hac mœſtitudine fuerat anxiata. Vnde cum regali *Pſal.29.* propheta decātare potuit: Conuertiſti planctum meum in gaudium mihi Ieſu amantiſsime: conciſdiſti ſaccum meum & circūdediſti me

lætitia

lætitia. Et iterum cum Iacob inſpecto filio ſuo Chriſto dicere potuit. *Gene.46*
Iā læta moriar, quia vidi faciem tuam. Ecce quam ſit vera ſentētia illa
Tobiæ prophetæ fratres. Dñe Deus qui poſt tēpeſtatem trāquillum
facis, & poſt lacrymas, & fletū, exultationē inducis. Eſt planè Deus
noſter pater miſericordiarum & Deus totius conſolationis, eam ob
rem agnoſcens figmentum fragilitatemq; noſtram, non ſinit nos diu
excruciari, quo minus, ſuæ miſericordiæ viſcera nobis oſtendat. Ita
vt cum Dauide Deum collaudantes dicamus: Secundum multitudi- *Pſal.*
nem dolorū meorum, cōſolationes tuę lętificauerūt animam meam.
Felix, cariſsimi, & nimium felix, qui Chriſti Ieſu abſentiam ſic dolo-
re tactus deflet, vt nil ſolatij in hoc exilio habens, è cælo viſitatus
ineffabili iubilo raptus, cuncta viſibilia, ac fugatia ei amareſcunt.
Adhæc quod poſt triduum tam calamitoſum virgo Maria Ieſum in
uenerit, id ſacramenti habet, quod poſt triduum amariſsimæ paſsio-
nis & mortis Chriſti, glorioſum & triumphantem eum erat viſura.
Tunc Deiparæ gaudium plenum fuit filium ſuum adorans, non mor
ti obnoxium, ſed immortalitatis ſtola veſtitum. Vel triduum hoc ty
pum gerit eorum qui pœnitētiam veram egerunt, quiq; piacula ſua, *Morali-*
vt par eſt, deflētes, integram exhomologeſim coram ſacerdote ege *ter.*
runt, ſatisfactionemque debitam iam expleuerunt. Horum vox ea
eſt: Viam trium dierum ibimus, vt ſacrificemus Deo noſtro in deſer *Exod.3.*
to, hoc eſt, in pœnitentia ſancta, hominum commertia abdicantes,
& ſoli Deo vacantes. Non enim fas eſt in Aegypto, & ſub Pharaonis
ditione, Deo optimo ſacrificium offerre, quoniam nemo poteſt duo
bus dominis ſeruire. Exeamus ergo in deſertum pœnitentiæ, & tunc
gratum erit domino holocauſtum noſtrum. Alludit ad hoc quod do
minus Abrahæ dixit: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & *Gene.12.*
veni in terrā quā ego mōſtrauero tibi. Faciāq; te in gentem magnam.

Sed iam ſolerter conſiderādum eſt, vbi inuētus eſt puer Ieſus, ſane
in templo. Templum quidem viuum, in tēplo Salomonis reperitur.
Hoc dicebat Ieſus de templo corporis ſui, inquit Diuus Ioan. In do- *Ioan.2.*
mo Dei Saluator inueniri poteſt non extra. In eccleſia ſancta catho-
lica eſt, quiſquis eū videre nititur, ſiue ethnicus ſit, ſiue hereticus ad
eccleſiā Romanā veniat, & Chriſtū Ieſum adinueniet. Ipſo dicente:
Vobiſcū ſum vſq; ad cōſummationem ſeculi. Itaq; nequaquā in ec-
cleſia malignantium, ſed in congregatione ſanctorum Saluator eſt.
Illi heu, infelices Antichriſtū, nos verò verū Chriſtū filiū Dei ſequi
mur, toto corde amamus, & reueremur. Adhęc inter doctores ſedet.

Text. Videte grauitatem pueri ſanctiſsimi. Duodenus inter grandeuos ſedet, vtpote dominus & rex regum, vel ideo inter ſapiētes ſedet, vt ab ipſo edocti ſeſe dimittant & nullatenus vana oſtentatione ſe iactent, quando puer benedictus profunda quæ ignorabant pandit. Erāt quidem in eo oēs theſauri ſapientiæ, & ſciētiæ Dei abſconditi. Imò ipſe
Colo.2.
Iob.28. eſt de quo Iob: Profunda fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita produxit in lucem. Audiebat illos & interrogabat. Prius oportet audire
Prou.18. alioqui ſtultitia magna eſt, deinde interrogare. Qui enim reſpondet priuſquā audiat, ſtultū ſe eſſe demōſtrat. Imò ſi bis iuuenis interroga
Eccli.32. tus fuerit, habeat caput ſuum reſpōſum, vt ſapiens, rectè cōſulit. Idq;
Iacobi.1. omnes S. Iacobus admonet. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus ad loquēdum, tardus ad iram. Interrogādo docebat eos, quod humilitatis magnū artificium eſt. Roget quis & dicat, quid reſpōdebat, aut quid interrogabat? Quandoquidem magnum eſſet nobis ſolaciū, ſi Euāgelium hoc indicaret. Quod ego exiſtimo, de aduētu Meſſiæ erat quæſtio, quē aduētaſſe acutiſsimis argumentis ſuadebat, tum ex vaticinio Iacob: Nō auferetur ſceptrum de tribu Iuda, nec Dux
Gene.49. de femore eius, donec veniat qui mittēdus eſt. Ipſe eſt expectatio gētium. Defecerat quidem rex de proſapia Dauid, & Archelaus filius Herodis regnabat, & hinc ſuadebat illis Meſsiam veniſſe. Necnon ſe
Danie.9. ptuaginta hebdomadas Danielis recenſens, quæ quidem abbreuiatæ erant ſuper populum illum, & ſuper vrbē ſanctam, vt cōſummaretur præuaricatio, & finem acciperet peccatum, & educeretur iuſtitia ſempiterna, impleretur viſio & prophetia, & vngeretur ſanctus ſanctorū. Hoc eſt, Meſsias promiſſus. Quę omnia Daniel ex ore Gabrielis audiuit, propria manu ipſe cōſcripſit. Hęc omnia doctores audientes iure optimo mirabantur. Vnde Lucas inquit.

Text. Stupebant oēs qui eum audiebant, ſuper prudētia & reſpōſis eius.

Lucas ſcitè in hoc capite dixit de Ieſu, & erat plenus ſapiētia. Vn
Nota. de cōſtat nihil didiciſſe ab hominib⁹, vt S. Tho. aſſerit. 3. p. q. 12. ar. 3. Experiētia autem indies aliqua diſcebat, erat quippe in Chriſto Ieſu
S. tho. 3. p. ſciētia quadruplex. Diuina, quia Deus erat: beata, nā anima eius fruebatur viſione verbi indita qua angeli agnoſcūt per ſpecies ſibi inditas à Deo. Deniq; erat etiā ſciētia experimētalis, & per hāc intellectus abſtrahebat à ſenſibilibus ſpecies intelligibiles. Fas nō erat vt tā nobilis potētia eſſet ocioſa. Hinc beatus Paulus. Cum eſſet filius Dei didicit, ex his quæ paſſus eſt obediētiam. Vbi gloſſ. ait, expertus eſt S. Tho. 3. p. q. 9. artic. 4. nec ſolū hodie in tēplo, ſed poſtea ſtupebant dicētes:

Vnde

Vnde hic literas ſcit cum non didicerit.'Mirabile dictu,fratres, mirantur legis doctores audientes Chriſtum,non tamen conuertuntur. Paruirefert vt conciones audientes ſtupor vos teneat, niſi peccatis poſthabitis,in Saluatorem credentes mandata eius ſeruetis. Stupor, metus, admiratiove, non ſaluat ſed affectus pius in dominum, & vera pœnitentia Deum inſenſum placat, & nos ei conciliat. Ecce pluſquã Salomon hic inter rabinos, & magiſtros ſedet,& in reſerandis arcanis,nedũ æquat,ſed mirum in modũ vincet & ſuperat. Mirabile dictu tunc Eſaiç vaticinium impletum agnoſcimus,vbi pater de filio ſuo Chriſto ſic ait: Ecce intelliget ſeruus meus, & exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde. Sicut ſtupuerũt ſuper eũ multi, ſic inglorius erit inter vos aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum.Ecce palam indicat ob ſapientiam Chriſti ſtupẽdam multos vertendos eſſe in ſtuporem, ipſumque eleuandum. Quiquidem ipſe inter eos qui ſtupebãt ſapiẽtiam eius agnoſcentes, ignominia replere tur.Quod geſtũ legimus eo obeunte in patibulo crucis.Erat quidem docens vt poteſtatem habens & non ſicut Scribæ & Phariſæi. Ait Diuus Marcus. Vos cariſsimi animaduertite obſecro reginam Sabba alioqui ſapiẽtiſsimam, quomodo ſtupet corã Salomone,imò coram creatore & domino Salomonis. Non habens vltra ſpiritum. Verum admiratio doctorum ſuper prudentia & reſponſis Ieſu longè maior & mirabilior illa fuit,& ſi hæc,in illa præfigurabatur.Sanctus Chryſoſtomus inquit. Nullũ miraculum fecit Ieſus in pueritia ſua,hoc tamẽ prodit Lucas,per quod mirabilis Chriſtus videbatur. Iudæi autẽ inter alta quæ audiunt,& humilia quæ vident in Ieſu,dubia admiratione turbabantur ſtupentes. Nos verò nihil miramur ſed vehementer eum laudamus, certo certius ſciẽtes quoniã paruulus natus eſt nobis,& filius datus eſt nobis.Nec parentes eius admirati ſunt,quũ ſcirẽt eũ filiũ Dei eſſe,ſed eam ob rem mirabantur vidẽtes quid nouum antea non auditum. Nec putabant in ætate illa tenera, ſapientiam ſuam oſtenſurum.

Ioan. 7. *Eſaie. 52.* *Marc. 1.* *S. Chryſ.* *Eſai. 9.*

Et dixit mater eius ad illum. Fili quid feciſti nobis ſic? Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. *Text.*

Mira res virgo Maria vſque adeò humilis, ſciens quia vir caput eſt mulieris, tacente Ioſeph viro ſuo ipſa loquitur prior. Enimuero noſtræ ſacræ fidei vel maximum argumentum hoc eſt. Ioſeph quia nihil habet in puero, niſi quod nutritius eius eſt, eam ob rem non audet interrogare Ieſum. At vera parens quæ opere Spiritus ſancti

eum cōcepit, & peperit, auſa eſt nedū loqui, ſed veluti cōqueſta ait:
Ioan. 2. Fili quid feciſti ſic nobis? Atqui in nuptijs vino deficiēte, hac nomen clatura vtitur dicens: Fili vinum non habent. Notādum hic eſt, quod non tam cauſam ſcire cupit, cur remanſerit clam, quam affectū pium oſtendere nititur, grauēq; mœrorem quem paſsi ſunt triduo illo eum quærētes. Agite nunc dilectiſsimi, Deipara & Ioſeph, qui abſq; neglectu præſentiā corporalem tantum Chriſti Ieſu amiſerunt dolētes, & mœrore afflicti eū quærunt, nos verò qui tot piaculis eū irritauimus,
Nota. quiq; ſpiritalem eius præſentiam reliquimus, ridētes & luxui vacantes, inuenire illū putamus? Conuertimini ad me in toto corde veſtro, ait, in ieiunio fletu, & planctu. Scindite corda veſtra & nō veſtimēta veſtra. Sic ſic dolēs, & flēs quæſiuit eū beata Magdalena, & proinde
Lucæ. 7. audire meruit: Remittūtur tibi peccata tua, vade in pace. Sāctus Petrus poſt trinam negationem egreſſus foras fleuit amarè ſcelera commiſſa, & dns pepercit illi. Huc pertinet illud: Beati qui lugēt, quoniā ipſi conſolabuntur. At cōtra. Væ hi qui nunc ridetis quia flebitis vos.

Ceterū quod alma virgo patrem Chriſti Ioſeph vocarit nihil obſtat, ſecūdum vulgi rudis opinionē loquuta eſt. Pater erat nō generatione, ſed cura & educatione. Vnde humilitas Mariæ vehementer
Nota. ſplēdet, primò Ioſeph nominauit, deinde ſeipſam indicauit. Vxoribus præbēs exēplum vt viros ſuos proſequantur reuerētia & honore. Notat Apoſtolus nec abs re, quod Sara mulier ſancta, dnm̄ appellabat virum ſuum Abraham. Planè quæ ſecus facit perperam facit, & Chriſtū Ieſum in viro ſuo contemnit. Sed nūc lubet, fratres, ſacræ virgini reſponſum dare. Vultis domina angelorum ſcire, quorſum filius veſter hūc laborem vobis dedit? Sanè quia nimis dilecta illius mater eſtis. Pater ipſum dereliquit, quāquam filius amātiſsimus erat, in quo ſemper ipſe complacuit. Et ita dereliquit, vt clamaret in cruce. Deus Deus meus quid dereliquiſti me? Ille propter peccata mundi paſſus eſt & derelictus à patre, vos benedicta mater vt ſolatio, & exē
Tobi. 2. plo ſitis afflictis, derelicta fuiſtis à filio hoc triduo. Verū ſi de Tobia legimus. Hāc tentationem ideò permiſit dominus euenire illi, vt poſteris daretur exēplum patiētiæ eius, ſic legimus de ſancto Iob. Quā ob rem audita hac calamitate virginis non aſſeuerare audebimus, quod non tātum ad illius meritū ſic factū eſt, ſed ad noſtrū exemplū? Sunt
Documētum. & hodie, quāplurimæ ſpiritales matres Chriſti, quæ dulcedinē eius minimè deguſtātes in oratiōe, cōfeſsione, & cōmunione ſacra, dolēt flentes, ſuſpiriaque iactantes, quaſi ſuapte deſidia, deuotionis mellitam

tam ſuauitatẽ amiſerint. Quippe quæ matrem Dei aſpicientes in hoc triduo, valde roborantur, adeò vt nedum patienter ſed ouãter expectent ſolatium cælicum, eo magis inſudantes & orationi inſtãtes, quo plus differtur ſponſi amantiſsimi præſentia, qua vehemẽter gaudere animæ ſanctæ aſſolẽt, oblita preſſuræ præterita propter præſens gaudium. Nonne verba Chriſti Ieſu ea ſunt? Iterum videbo vos & gaudebit cor veſtrum, & gaudiũ veſtrum nemo tollet à vobis? Mellita hęc eloquia nõ nouercis, ſed ſpiritalibus matribus dicta ſunt. Iuxta illud: Quicunque fecerit volũtatem patris mei qui in cęlis eſt, ipſe meus frater, ſoror, & mater eſt. Ecce magna animarum ſanctarum dignitas, ingenſque honos, quo maior nullus eſt. Felix anima quæ filij cæleſtis patris parens eſt, quæ fide & caritate, eum concepit, & operibus ſanctis quotidie illum parit, in corde ſuo nutrit ac fouet. Nũc benedictæ matri pius filius loquitur, & ait. Ioan. 16. Nota.

Quid eſt quod me quærebatis? Neſciebatis quod in ijs quæ patris mei ſunt oportet me eſſe? Et ipſi non intellexerunt verbum quod loquutus eſt ad illos. Text.

Mecum iam cõſiderate fratres profunditatem verborũ Ieſu, qualiter matri & vehemẽter dilectæ reſponderit. Quid eſt quod me quærebatis? Perinde dicat, quã ob rem de mea corporali abſentia turbati eſtis? Meminiſſe oportebat, me veſtrũ nõ dũtaxat eſſe filiũ, ſed & patrem habere cæleſtẽ, ob id ſi vobis quandoque morẽ nõ gero, id nõ de cõtemptu veſtri, ſed de patris prouenit cõmiſsione. Oportet me operari opera eius qui miſit me, ſuũ verbũ annũtiare, illud hactenus velatum detegam & animabus ſaluandis ſponte inſeruiam. Hic docet orthodoxos pluriſfacere quæ ſpiritalia ſunt, quãquã animalis homo cõtrarium ferè faciat. Nã omnes quæ ſua ſunt quærũt, nõ quæ Ieſu Chriſti. Et S. Bernardus flẽs ait: Cadit aſina & eſt qui ſubleuet, perit anima, & nõ eſt qui curet. Proh dolor adeò bellumi, & improbi ſumus, ſic immemores ſalutis animæ efficimur, vt maior cura ſit de pecore ſi pereat, quam de anima ſi gratiam Dei amittat. An non hoc eſt modicę fidei ſignum? Longè aliter regalis citharœdus animarum iacturam ſentiebat. Vidi præuaricantes, ait, & tabeſcebam quia eloquia tua non cuſtodierunt. Dicamus ergo fratres & nos, in ijs quæ patris noſtri cæleſtis ſunt, oportet nos eſſe. Nõ in his quæ ad quæſtum, aut ad honores vendicandos ſpectant, futilia quidem ſunt hæc, & toto corde ſpernenda. Hinc optimo conſilio nos hortatur dominus dicens, quid prodeſt homini ſi totum mundum lucretur, animæ verò Ioan. 18. Phili. 2.

Matt.16 ſuę detrimētum patiatur? Aut quā dabit homo cōmutationē pro anima ſua? Ecce quā præferēda eſt anima omnibus quæ ſub cælo ſunt. Nos verò ſic deliramus vt nec de amiſsione Chri Ieſu doleamus, nec eū dolore eū qui vita & ſalus noſtra eſt quæramus. omnia ſanè relinquēda ſunt, quo Saluatorē inuenire poſsimus, nedū diuitias quas & philoſophi dimiſerūt, vt expeditius cōtēplationi vacarent, ſed ipſos
Matth.10. parētes, dicente dño: Qui amat patrem aut matrem pluſquā me non
S.Hiero. eſt me dignus. Vehemēter annotāda ſunt verba illa S. Hieronymi ad Heliodorū. Licet paruulus ex collo pēdeat nepos, licet ſparſo crine & ſciſis veſtibus, quibus te nutriebat vbera oſtēdat mater, licet in limine iaceat pater, percalcatū perge patrē, & ſiccis oculis ad vexillū
Lucæ.24 crucis euola. Solū pietatis genus eſt, in hac re eſſe crudelē. Quod verò Lucas ait, ipſi non intellexerūt verbum, quod loquutus eſt ad illos. Non admodum mihi placet ſentētia eorū qui dicūt almam virginē neſciſſe, quomodo redimēdum eſſet genus humanū. Cū id Eſaias, & Hieremias alijq; prophetæ haud ignorarēt. Si autem apoſtoli verbum paſsionis quod dominus eis narrauit non intellexerūt bene quidem, adhuc rudes erant, & infirmi. Nec callebant ſcripturas, quas eis aperuit Saluator à mortuis reſurgens. Plus arridet mihi expoſitio illa, quæ per figuram ſynedochem, hoc explicat, in qua pars pro toto accipitur. Itaq; ſolus Ioſeph verbum hoc non intellexit, Deipara verò, vt erat ſapientiſsima optimè Chriſti verba ſemper intelligebat. Probat hoc quod ſtatim euangeliſta ſubnectit, in calce euāgelij: Maria conſeruabat omnia verba hæc in corde ſuo. Nunc ſequitur in lectione ſacra euangelij.

Text. Et deſcendit cum eis & venit Nazareth, & erat ſubditus illis.

O inſignem Chriſti Ieſu benignitatem & humilitatē, vt matrem benedictam conſoletur, patris cæleſtis opus relinquit. Vel vt melius loquar non reliquit, ſed cōmutauit, quo nos erudiat & exēplum obediēdi nobis tribuat. Hic ſanè totum me ſtupor complectitur, nec mirum ſi homuntio in extaſim veniat, cum angeli egregium hoc opus videntes vehementer admirati ſeſe continere non valeant magnificantes, & pro ſua virili laudantes Chriſtum Ieſum, ob eius indulgentiſsimam caritatem & modeſtiam. Nempe, qui rex regum eſt, & dñs
Eſai.40. dominātium. Qui palmo metitur cælos, & tribus digitis molē terræ appendit, ad cuius nutum colūnæ cæli pauent & contremiſcūnt, is ipſe duodenus paret libenter virgini ſanctæ & fabro Ioſeph obedientiam præſtat. Quid poſt hac ſuperbis homo terra & cinis? Quid ver-

miculus humi reptans deteſtanda arrogantia te extollis? Ecce totius orbis opifex, & mundi moderator ſe dimittit, adeò vt ſuis creaturis morem gerat. Hinc beatus Baſilius. Ab ipſa primæua etate parenti bus obediens, quemlibet laborem corporeum, humiliter & reueren ter Chriſtus ſuſtinuit. Cum eſſent homines honeſti & iuſti, ac egeni neceſſariorum penuriam patientes, teſte præſepi partus venerãdi mi niſterio, palam eſt quod ſudores corporeos continuo frequẽtabant, neceſſaria vitæ ſibi quærentes. Ieſus autem obediens illis etiam in ſu ſtinẽdos labores ſubiectionẽ plenariam ſuſtinebat. Ecce fratres quã fuerit obediẽs Saluator parẽtibus ſuis manibus laborando vt S. Baſi lius nũc aſſeruit. Adhæc D. Ambroſius inquit: Miraris ſi patri defert qui ſubditur matri? Non vtiq; infirmitatis, ſed pietatis fuit iſta ſubie-ctio. Nũquid humano egebat auxilio, vt materno ſeruiret imperio? Vos cariſsimi à Chriſto Ieſu diſcite obedire nõ modo prępoſitis, qui curã gerũt, & rationẽ redituri ſunt pro vobis, vt apoſtolus admonet, ſed etiam omnibus quãuis diſcolis. De hac egregia virtute & quam grata ſit Deo optimo tractat vberius S. Baſilius. De ſtatu monachali. c.23. Res omnium difficilima eſt ſeipſum agnoſcere, & curare, ob id quod vnuſquiſq; ſuapte natura plus æquo ſe diligit, ideo in veritatis iudicio fallitur ſæpè. At ab alio cognoſci curariq;, facile eſt. Hæc in ſententia etſi non iiſdem verbis hic ſanctus inibi ſcribit, meo videri dogma hoc eſt aureis literis conſcribendum. Vos equidem qui filij eſtis Ieſum ob oculos habentes obedite parẽtibus in omnibus, ne for tè vt filij Heli pœnas commeritas luatis. Vel inſtar Abſalonis pa tris ſui Dauid infeſtatoris, quercu ſuſpenſi pereatis. Afferam huc exemplum ſtupendum quod magnus ille prædicator ſanctus Vin-centius, in cõtione huius feſti narrat. Adoleſcens quidam ira ſucceſ ſus, diaboli ſuggeſtu excitatus in propriam matrem manus iniecit. Quippe quæ piaculum filij ſui videns, malum imprecata eſt ei di-cens. Hac in ciuitate valẽtia, & in hoc loco vbi percuſsiſti me ſuſpẽſus obeas. Mirabile dictu poſt dies aliquot, iuuenis accuſatur de homi-cidio, quod non commiſſerat. Et tandem ſuſpendendus ducitur & patibulum poſitum eſt, vbi matrem ipſe percuſſerat. Ille autem vi-dens quoniam Deus iudex eſt iuſtus, clamauit: Auſcultate me omnes obſecro. Deus teſtis eſt quod hominem hunc non occidi, ve-runtamen iuſtè, ac rectè mecum agitur, vt vbi matrẽ meam percuſsi, ibidem alto iudicio Dei moriar. Agite adoleſcentes & exẽplum hoc tenaci memoria ſeruate, vt parẽtibus in omnibus obediẽtes, nõ Deus animad-

S. Baſil. *S. Ambr.* *Hebr. 13* *Nota.* *1. Reg. 3.* *Exẽplum valde no tandum.*

animaduertat in vos, queadmodum in Abſalon & in hũc iuuenẽ ani maduertit. Vos etiã patres ceu Apoſtolus commonefacit, nolite ex-
Colo. 3. acerbare filios veſtros, ne animo puſillo fiãt. Sed affectu paterno illos erudiẽtes corripiẽtesq́; ſi opus fuerit in timore dñi eos educate. Ani mo verſantes quã benignè, quanq́; miſericorditer pater cæleſtis, ſua uiter omnia gubernat, etſi potenter attingat à fine vſq; ad finẽ. Ecce exinaniuit ſe rex gloriæ formã ſerui accipiens deijciens ſe magnope rè, nedũ obediat parẽtibus, ſed vt crucis patibulũ aſcẽdat, & inter latrones iniquos reputatus ſit. Nec venit miniſtrari ſed miniſtrare nobis, quo ſupercilium iamiam abijciẽtes, non modo Deo optimo ſed hominibus ob Dei amorẽ obediamus. Inobediẽtia è paradiſo eijecit, & humilis obedientia cælo nos prouehere poteſt. O verbum nunquam ſatis mirãdum, nec verbis vllis explicãdum. Erat ſubditus illis Ieſus. Mirabilis dignitas Mariæ & Ioſeph, in cuius ditione dñs mundi degebat, ſed mirabilior humilitas filij qui formam perfectæ humilitatis nobis Chriſticolis reliquit. Quaſi iã opere dicẽs quod ſermone Moſi quondam dixit. Inſpice & fac iuxta exẽplar, quod tibi in mon
Exod. 25. te monſtratum eſt. Hæc omnia ne memoria effluerent, virgo ſancta pectori ſuo recondebat.

Text. Maria mater eius coſeruabat oĩa verba hæc, conferẽs in corde ſuo.

Seruabat verba hæc. In his, quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe, cum ceteris, quæ audierat, tum à Simeone, & Anna in tẽplo, à paſto ribus & Magis in Bethleem. Et vt ouis munda cuncta ruminans mira bili dulcedine contẽplabatur. Et veluti ſagaciſsima architectrix ex vngue vnico, magnitudinẽ leonis de tribu Iuda quodãmodo agnoſcebat. Vos videte fratres vbi verba Dei & facta collocãda ſint; planè non in aure tãtum, ſed in corde intra viſcera tam excellentem the
Pſal. 118. ſaurum recondite, dicẽtes cum propheta: In corde meo abſcondi elo quia tua, vt non peccẽ tibi. Ibi expendite cũcta Saluatoris verba geſta, virginis ſacræ veſtigia ſectãtes. Lex illa vetus in lapidibus exarata eſt, duritiam populi petra illa præſagiens, vt beatus Auguſt. notat. Imò dñs ad Moſem: Cerno quod populus hic duræ ceruicis eſt. At lex noua quæ lex gratiæ & amoris nuncupatur, in tenerrimis viſceri
Hiere. 31. bus cõſcribenda eſt. Quo attinet illud: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in cordibus eorum ſcribam eam. Qualiter autem Ieſus indies creſcebat nunc Lucas enarrat.

Text. Et Ieſus proficiebat ſapientia & ætate, & gratia, apud Deum & homines.

Nulla-

Nullatenus Lucas inimemor eſt ſuorum verborum, vt quem paulò ſuperiùs dixerat plenum ſapiētia, nunc dicat proficere ſapientia. Plenus quidem ſemper ſuit habitu ſapiētiæ, vt iam tetigimus de quadruplici ſcientia Chriſti tractantes, ſcilicet diuina, beata, prophetica, ſeu reuelata, per inditas ſpecies, & experimētali. Et in hac vltima creſcebat. Proficiebat actibus ſapientiæ, procedendo de ſapiētibus actibus ad ſapientiores. Proficiebat etiam gratia apud Deum plus meriti acquirēdo. Apud homines, nam apparebat amabilior indies & gratior. Simile habemus quotidie in ſole, nēpe dum in Oriente apparet, non æquè autem illuminat terram, donec in altum conſcendat. Ad eādem imaginem ſol iuſtitiæ Chriſtus Ieſus, qui de ſeipſo dixit: Ego ſum lux mūdi, quo amplius ætate augebatur, eò magis illuſcebat & ſeſe prodebat. Et ſicut ſol idē manet in ortu ſuo & in medio cæli eleuatus, ſic Chriſtus ſapiētia patris idē in vtero matris, qui & in baptiſmo, & in cruce pendens. Itaq; puer Ieſus tantum proficiebat experimētali ſcientia rerum in genere proprio, quæ requirit exiſtentiam & præſentiam cognitorū. Profecit profectò, ea quæ cognoſcebat vno modo, cognoſcēdo alio modo, nam ad aliqua obiecta aliquando conuertebatur eius ſenſus, & intellectus, quæ prius non erant ſibi præſentia in actuali exiſtētia. Et eſt aduertendum, quod etſi intellectus noſter non intelligit niſi vnum pro nunc, hoc tamen non conuenit ex ſua natura ſed ex peccato Adæ, teſte Auguſtino. Sed hæc ad ſcholas attinēt. 3. ſenten. d. 14. Magiſter & alij theologi latius pertractant. Vos cariſsimi videte qualiter proficiatis primo apud Deum, ſubinde apud homines, non è contrario. Siquidem quemadmodum verbum in carne fatemur paſſum, etſi ſola caro paſſa eſt, quoniam caro verbi erat quæ patiebatur, ita proficere ex eo dicitur quod humanitas proficiebat in ipſo.

Collatio. *Ioann. 8.* *Theophi.*

Qui ergo patres ſunt, filios ſuos ducant ad eccleſiam & ad ea quæ Dei ſunt eos ſolerter erudiant, conſiderantes & Chriſti Ieſu parētes ob oculos habentes, qui ad ſolennia paſchæ aſcendentes ſecum tulerunt Saluatorem duodecim annos natum. Nec ſtatim ab eccleſia recedant, ſed perſeuerantes in oratione perſiſtant, nam cōſummatis diebus feſtiuitatis, alma virgo reuerſa eſt in domū ſuam. Extat egregia illa ſentētia: Melior eſt finis orationis quam principium. Quod ſi contigerit, vt noſtrapte natura ad peccatum proni ſumus, & Chriſtum reliquerimus, dolentes illum quæramus, nullatenus quieſcētes, donec, per integram pœnitentiam eum adinueniamus. Quo inuento cum

Summa. *Eccle. 6.*

ſponſa

ſponſa oportet clamare: Tenui eum nec dimittam, donec introducã
Cantic.3 eum in domũ matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ. Deniq; à Chriſto Ieſu mundi huius creatore obedire diſcamus, quippe qui cũ parentibus deſcẽdit Nazareth, & erat ſubditus illis. Sic ſic petulãtia filiorũ Adæ retunditur, & eorũ ſuperbia labefactatur. O quã magna erat infirmitas, quam ingens arrogantia quæ tam pretioſo indigebat medicamine, vtinam humilitatem Chriſti intuentes, humiles corde efficeremur. Oremus vt deſcẽdat nobiſcũ, alioqui humilitatem & obedientiam ignorabimus. Magiſter noſter ipſe eſt, eius veſtigia lubenter ſequamur, quo illũ in vniuerſum imitantes, cum illo in gloria gaudeamus. Quam nobis ipſe largiri dignetur. Qui cũ patre & ſpiritu ſancto regnat in ſecula. Amen.

ANNOTATIONES Appendices.

Annot.1. PRimò notandum eſt, quàm ingenti amore ac zelo Saluator noſter hominum ſalutem optabat, qui duodecim annos pertingens, eo aſcendit hieroſolymam, vt ſuam ſapientiam pateſaceret Rabinis & ſcribis. Ii quidem neglectui vocantes qui inertiæ filius eſt, vt ſan-
S.Bern. ctus Bernardus aſſerit, legentes ſcripturas minimè intelligebant. Vnde Saluatuor ruditatem illorum redarguens dixit: Scrutamini ſcripturas quia ipſe teſtimonium perhibent de me. Quid eſt ſcrutari, niſi penitius ſenſum earum haurire, & cortici non inhęreſcere? Litera profecto occidit ſpiritus autem viuificat, veluti Apoſtolus ait. Eas ob res Ieſus ſalus noſtra, manſit in hieroſolyma, & in templo inter doctores ſedet, audiens eos, & interrogans de aduentu Meſsiæ, tot prophetarum oraculis promiſsi. Sapientia locum medium tenet, quo commodius radios ſui luminis ad omnem circunferentiam æqualiter diffun-
Nota. dat. Hinc ait Iob. cap.29. Cum ſederem quaſi rex circunſtante exercitu, eram tamen mœrentium conſolator. Qui me audiebant, expectabant ſententiam. Et intẽti tacebant ad conſilium meũ. Verbis meis addere nihil audebant, & ſuper illos ſtillabat eloquium meum. Nempe ad literam hæc omnia Chriſto Ieſu in tẽplo ſedenti optimè congruunt. Non autem vacat ſingula proſequi. Verum quæſtiones quas dñs interrogabat, non de relationibus rationis, nec de formalitatibus: non an plures angeli ſint eiuſdem ſpeciei, vel ſi Deus eſt in prædicamento

dicamento erant, aut ſi diuinæ perſonæ conſtituantur per abſoluta, vel per relationes. Interrogabat illos ait Lucas, quandoquidem vaticinia de meſsia recitabat, quo intelligerēt tempus impletum fore. Nec dubito adduxiſſe in medium Magorum aduentum, quando ante annos duodecim turbatus fuit Hærodes & omnis ciuitas cum illo. At ipſi, vt erant rudes, quamuis mirabantur haud cōuerſi ſunt, ita vt eum adorarent tanquam verum Meſsiam. Ecce Hebræi nullā occaſionem habēt cauſandi, aut ſe excuſandi. Dedit eis pater cæleſtis doctorem iuſtitiæ. Ioelis. 2. cui obaudire noluerunt, idcirco perierunt.

Secundò aduertendum, quibus angoribus alma virgo fuit affecta, nedum in diuerſorio regem cæli enixa, ſed in Aegyptum cum puero Ieſu fugiens tyrannidem Hærodis declinans. Nunc verò Hieroſolymis filium vnicè dilectum amiſit, quem mœrore nimio confecta triduo quæſiuit. Vnde liquet tribulationem non eſſe fugiendam, ſed æquanimiter ferendam, imò votis omnibus appetendam. Huc expectat illud Iob. 6. Hæc mihi ſit conſolatio, vt affligens me dolore non parcas. Et regius vates huic ſentētiæ adſtipulatur: Domine proba me & tenta me. Pſal. 25. Sed hæc precatio non omniū ſed perfectorum tantum eſt. Qualis erat Diuus Auguſtinus qui toto pectore orabat: Domine, hic vre, hic ſeca, & nihil mihi parcas, vt in æternum parcas. Nec abs re ſanctus Hieronymus in ſermone Aſſumptionis Mariæ, eam martyrem prædicat, quamuis in pace vitam finierit. Vos fratres precor ne poſthac animum in tribulationibus, quæ domino volente obueniunt deſpondeatis. Scientes quod non eſt malum pœnæ quod Deus nō faciat in ciuitate, imò beatus Iacobus nō fruſtra ait: Omne gaudium exiſtimate cum in varias tentationes incideritis. Hoc mirum ſchema non omnes capiunt, ſed admodum pauci. 2. *Iob. 6.* *Pſal. 25.* *S. Hiero.* *Iaco. 1.*

Tertiò conſiderandum, quod ſi filij parentibus obedire debent ex legis edicto, tamē oportet Deo obedire magis quā hominibus. Acto. 5. Qui que ſupremus parens & creator eſt. Ideo ſpiritu ſancto dictante Ieſus digreditur & clam remanſit Hieroſolymis, vt in operibus quæ erant patris cœleſtis ſe exerceret. Hinc dogma ſalutare obortum eſt, vt iuuenes conuolare ad religionem valeant, & ibidem permanere poſsint quoad vixerint, parētibus ipſis renitētibus. Imò filij ſarracenorū hoc idē queūt, qui liberi ſunt, vt ſacrū baptiſma ſuſcipiāt, & in ſancta eccleſia Romana, ſanctè & pie degāt. Vnde Saluator cuidā dixit: Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Tu autem vade & annūtia regnū Dei. Et illud qui amat patrē aut matrē pluſquā me, non eſt me dignus. 3. *Matt. 10.*

dignus. Hæc omnia militant cōtra impium Lutherum & complices eius. Faxit Deus qui adhuc viuunt, quamprimum conuertantur, ne pereant, veluti qui in ſua cæcitate permanentes perierunt obeuntes. Nos quidem obediamus prælatis, regibus & parentibus, ita ius eſt, nihilominus pareamus magis Deo, qui nos ex nihilo creauit, redemit, alit, & beat.

4. Quartò, animaduertendū, quod virgo mater non ſtatim Ieſum benedictum inuenit, ſed poſt triduū. Alludēs ad illud Ionæ, qui fuit in ventre Ceti, quā figurā ſibi Saluator appoſitiſsimè adaptauit. Itaq; hoc triduum vbi tanta, tāq; grauia parentes Chriſti Ieſu paſsi ſunt tormēta, ſymbolum erat, aut typus ſuæ ſacræ paſsionis. Cæterum in phalāge mundi, & turbatione, rex & princeps pacis non inuenitur, imò factus eſt in pace locus eius, & habitatio illius in Siō. Nō inter cognatos & notos apparet, nec extra Hieruſalem, quippe quæ viſio pacis interpretatur. Vnde Paulus clamat: Deus nō eſt litiū, ſed pacis. Erubeſcāt iam hæretici & ſchiſmatici, luxui & cōtētionibus vacantes, non inueniēt Chriſtum, vt ingenuè fatear, ſed antichriſtū cui ſuapte voluntate ſeruiunt. Cæterum inuenerunt eum dolentes, etſi toto corde quæſierimus nos in tribulatione inueniemus illum. Iuxta illud:

Nota. Ad modicum in pūcto dereliqui te, & in magnis miſerationibus congregabo te. Eſa. 49.

5. Quintò annotatu dignum eſt, quam mitem & morigerū ſe oſtenderit Chriſtus parētibus ſuis, nam deſcēdit cū eis & venit NaZareth, & erat ſubditus illis. Nuſquā hoc verbū in quatuor euāgelijs legi, erat ſubditus illis. Ecce magna miſeratio quā per Eſaiam promiſit animæ

Eſai. 49. afflictæ, & ad modicum derelictæ. Eſai. 49. Sanè dominus omnipotens voluntatem timentium ſe faciet, vt pulchrè aſſerit Dauid. Vbi ſanctus Theodoretus. Deus voluntatem timentium ſe facit, nam ipſi adhærentes Deo vnus ſpiritus fiūt cum illo, volentes quæ Deus vult. Ideò dum Deus volūtatem dilectorum ſuorum facit, ſuammet voluntatem adimplet. O felices viros, qui ad hanc mirabilem perfectionem ſummi Dei gratia euecti ſunt.

DOMINICAE SE-
cundæ poſt Epiphaniam, Declamatio. X IIII.

Mirum eſt, fratres cariſsimi, quã luceat ſol qui in nubilo carnis nó
ſtræ deliteſcebat. Filius Dei fact9 homo propter homines pau-
latim ſuę lucis emittens, paſtores illuminauit, nã circũ ſulſit eos
lux de cælo, Magos ſtella eius ab oriente perduxit, & in tẽplo
pręſentatus rurſus ſic effulſit, vt à Simeone agnitus lumẽ ad reuelationẽ gẽ
tiũ appellaretur. Verũtamẽ retraxit lumẽ ſuũ fugiẽs in Aegyptũ, tyrãni-
dẽ cruẽti regis Herodis deludẽs. Iterũ. 12. annos natus, vt ſidus fulgẽtiſsimũ
micare cœpit in medio doctorũ ſedẽs, vnde doctores legis ſtupefacti vehe
mẽter admirabãtur ſup prudẽtia & reſpõſis eius. Rurſus lumẽ ſuũ abſcõdit Luc. 2.
vſq; ad diẽ oſtẽſionis ſuæ in baptiſmo attingẽs. 30. annos. Vbi vox paterna
è cælo perſonauit: Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi bene cõplacui.
Hinc in deſertũ abijt, vt ieiunio & orationib9 doceret nos improbũ Satanã
profligare, quippe quẽ ipſe nobis victũ reliquit. Vnde rediẽs nõnullos ſele
git diſcipulos, cũ quibus collibuit ei venire ad nuptias, quo ibidem, ſol quí
erat in nubilo, plus ſolito eluceret, miraculũ magnũ patrando. Quo inſpe-
cto diſcipuli in eũ crederẽt, palãq; faceret gloriã, & maieſtatẽ ſuã. En ſum- Heſt.
ma euãgelij qđ nuperrimè audiuimus. In quo, ni fallor, aduẽtus Chriſti Ie
ſu ad nuptias, necnõ & benedictæ matris eius deſcribitur. Deinde portẽtũ
ingẽs, qđ Saluator operatus eſt, ac eius effectus adamuſim recenſetur. Nos
gratia Chriſti Ieſu opitulãte explanationem ſacri euangelij aggrediamur.

Nuptiæ factæ ſunt in Cana Galileæ. Et erat mater Ieſu ibi, vocatus eſt Euan-
autem Ieſus & diſcipuli eius ad nuptias. Ioan. 2. geliũ.

Mirabile ſanè apparet qđ Saluator adire voluerit nuptias, vbi ſtolida-
ria gaudia & voluptates adeſſe ſolẽt; ita vt, proh dolor, inibi raro Dei fiat
mẽtio. Sic ergo ore ſuo nos docuit illos beatos fore qui lugẽt, imò ipſe de- Mat. 5.
plorat ridẽtes dicẽs. Vę vobis qui nũc ridetis, qa lugebitis vos. Verũ ma- Luc. 6
gnũ hic latet myſteriũ fratres. Iã multis retro ſeculis Eſaias de Meſsia ꝓphe-
tarat; arũdinẽ quaſſatã nõ cõfringet, & linũ fumigãs nõ extinguet. Perinde Eſai.
de dicat infirma nõ cõminuet, ſed potius ſolidabit. Tepida liaud extinguet 42.
ſed ſuccẽdet. Voluit ſanè nuptijs intereſſe, vt ſua pręſentiã, pariter & bene-
ficio miraculi, ſanctũ honoraret matrimoniũ. Erãt quidẽ ſolẽnia nuptiarũ,
nõ diuitũ, ſed pauperũ, alioqui nõ deficeret vinũ ſed abũdaret. Cana vicus
eſt, vnde, B. Ioãnes oriũdus erat, eam ob rẽ virgo Deipara cauſa affinitatis

S. Au. ibi erat, nã teſt: B. Auguſtino ſpõſus nõ alius niſi Ioãnes fuit, quem de nu-
ptijs Saluator vocauerat, vt virgini virginẽ matrẽ ſuam cõmẽdaret. Quid
S. Hie plura? D. Hiero. in eadẽ ſentẽtia eſt, in prologo ſuper euãgelium Ioannis.
ro. Quod verò in Cana Galileæ nuptialia hæc feſta facta aſſerat Ioãnes, ideo
eſt, quia eſt Cana Galileę gẽtiũ in tribu Aſſer, vbi Nãthanael erat natus,
vt refert S. Hiero. Ad hæc magna laus hæc eſt matrimonij, quod Deipara
Maria & Ieſus erãt ibi. Quo vel gemino teſtimonio, Tatianorũ verſutia eli
1. Ti- ditur, prohibẽtium nubere. Adhærebãt vt ait Paulus ſpiritibus erroris. Ius
mo. 4. quidẽ erat vt qui in paradiſo inter Euã, & Adam matrimoniũ ſanctũ inſti-
tuit, nuptijs intereſſet vt ſacramentũ hoc ordinaret. Sanè miraculo illud ce
lebratũ nõ fuit, nã ex coſta Adæ facta eſt Eua; nec hoc matrimoniũ abſq;
prodigio efficitur. Honorabile cõnubiũ & torus immaculatus, ab apoſto-
lo, nec abs re appellatur. Notãdum quod nõ ex luto Euã Deus optimus fe-
cit, ſed ex coſta Adæ, vt vir intelligat nihil ſibi carius, nihilq; agglutinãdũ
tenatius vxore. Mira res, cetera ſacramẽta in terra ſunt inſtituta, matrimo
niũ aũt in paradiſo amœniſsima. Alia ob peccati medelã, hoc innocentiæ
tẽpore naturæ cõditæ datũ eſt. Ceterum q̃ ſit Deus pacis & vnitatis ama-
Nota. tor ex hoc vel maximè agnoſcimus. Ex viro vno fabricauit matrẽ omniũ
viuẽtium, quod vinculũ nec in auibus aut animãtibus inuenimus. Creauit
Deus optimus ſimul plura volatilia & iumẽta, quid plura? In angelis viciſ-
Eccleſ. ſitudo hæc nõ reperitur, millia milliũ vna creata ſunt. Quòd autẽ in Cana,
8. id eſt, zelo nuptiæ factæ ſunt, zelus diſcretus præſignatur quo cõiuges vi-
ciſsim ſe diligere debent. Eſt zelus improbus reprehẽſione dignus, de quo
Eccle. ſapiẽs. Non zeles vxorẽ ſinus tui. At de vxore ſcriptum eſt: Dolor cordis.
26. & luctus mulier zelotipa. Zelus ſanctus & prudentia plenus ille eſt de quo
Eph. 5. Apoſtolus: Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus eccleſiam. Præcla-
ra ſimilitudo & valde notanda, vtinam vxorati memoriæ eam commen-
darent. Et iterum: Vnuſquiſque vxorem ſuam diligat vt ſeipſum.
Ceterũ nuptiæ hæ alias longè excellẽtiores adũbrant. Vbi ſpõſus filius
Dei, ſpõſa natura humana ſibi aſſũpta eſt. Audite vtriuſq; vocẽ, ſpõſi, ſcili
Eſa. 61 cet, & ſpõſæ. Gaudẽtes gaudebo in dñõ, & exultabit aĩa mea in Deo meo.
Curitas Quia induit me veſtimẽtis ſalutis, & indumẽto iuſtitiæ circũdedit
me. Quaſi ſpõſum decoratũ corona. Ecce vox ſpõſi: Et quaſi ſpõſam orna-
uit me monilibus. En vox humanitatis Chri quã ineffabilib⁹ chariſmatũ do
nis, verbũ Dei ditauit, quę monilia Eſaias nũcupauit. Et bene in Cana factę
Ioan. 3 ſũt, hoc eſt in zelo, nã amore nimio ſuccẽſus, pater miſit filiũ ſuũ in mũdũ.
Dicẽte Ioãne: Sic Deus dilexit mũdũ vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret. Vt oĩs
qui credit in illũ nõ pereat, ſed habeat vitã æternã. Singula verba magnam
Eph. 5 emphaſim habẽt. Quid quod, has nuptias alegoricè S. Paulus explicat de

Chr̃o & eccleſia. Sacramẽtũ magnũ hoc in Chr̃o dico & in eccleſia. De
cõnubio priorũ parẽtũ erat ſermo, nã ex latere Chriſti Ieſu pẽdẽtis in cru-
ce ſpõſa vnicè dilecta Romana eccleſia prodijt. En colũba auolãs & exiẽs *Gene.*
ex latere arcæ Noe, oliuę ramũ virẽtib⁹ folijs ore ſuo portãs. Nã lex clemẽ-
tię, pietatis, & miſericordiæ in lingua eccleſię eſt. Sẽper Deũ laudãs ac de-
precãs, miſerere mei Dñe miſerere mei. Verũ extra eccleſiã hãc, nulla ꝓpi-
tiatio, nulluſq́; loc⁹ pœnitẽtię adinuenit, imo coru⁹ extra arcã Noe perijt,
colũba verò vlnis extẽtis à Noe ſuſcepta ſaluatur. Surge ꝓpera amica mea, *Canti.*
colũba mea, formoſa mea, ait ſpõſus benignus Chriſtus. Ecce quãtoperè eã
diligat, cui blandiẽtis affectus ſic loqtur. Ecce Moſes Aethiopiſã duxit, Ma
ria ſorore eius murmurãte, quæ alto Dei iudicio cõfeſtim lepra ꝑcuſſa eſt.
Equidẽ nigredine peccati fœdatus erat oĩs hõ, adeò vt regius vates diceret:
Oẽs declinauerũt ſimul inutiles facti ſunt. Quomodo oẽs declinarint, ape- *Pſalm.*
ruit B. Paulus, vno verbo: Oẽs in Adã peccauerũt, & egẽt grã Dei. O ſum
ma & admirãda Dei caritas, Hãc Aethiopiſam ſic adamauit, vt ſanguine
ſuo mirabili decoraret aſſumẽs eam ſibi in ſpõſam. Hinc Apoſtolus veluti
ſtupefactus clamat; Chriſtus dilexit eccleſiã & tradidit ſemetipſum ꝓ ea,
vt exhiberet eã ſpõſam glorioſam, nõ habẽtem maculã nec rugã, nec aliqd
huiuſmodi. Egregia planè ſentẽtia aureis literis cõſcribẽda, in qua exuberã
tẽ filij Dei in nos dilectionẽ agnoſcimus. Abſtulit ab ea maculam peccati
mortalis, & tulit rugã venialis culpæ. Quo dicere potuiſſet: Nigra ſum ſed
formoſa filia Hieruſalẽ. Ne obſecro angeli poſthac, deformẽ & ſqualidã me
æſtimare velitis, nã ſi meapte natura nigra ſum, ſponſus meus Chriſtus ſua
grã me decorauit, & adeò ſpecioſam fecit, vt ſole ipſo pulchrior ſim. Na- *Iud.14*
zareus ille fortiſsim⁹ Sãſon nie alienigenã Dalidã ita dilexit, vt amore mei
fuerint vinctus ab inimicis, nedũ vinctus, ſed flagellatus, ſpinis acutiſsimis
coronatus, & tãdem cruci affixus ſpõte oppetẽs mortẽ, vt mihi æternã pre-
beat vitã. Latiſsimus nobis patebat hic campus ſed lubens ſuperſedeo.
Aliæ ſunt nuptię quas ſpõſus Chriſtus cũ vnaquaq; anima quotidie cele
brat. Verba ſpõſi ſatis dulcia ea ſunt: Spõſabo te mihi in fide, ſpõſabo te mi *Oſeæ.*
hi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & miſerationibus, & ſcies qa ego *2.*
dñs. Singula profectò annotatu digna ſunt, non tñ vacat oĩa proſequi. Cũ
B. Ioãne nuptias haſce cõludã. Gaudeamus, & exultemus & demus gloriã *Apoc.*
Deo qa venerũt nuptiæ agni. Et vxor eius pręparauit ſe. Et datũ eſt ei, vt *19.*
induat ſe byſsino ſplẽdido, byſsinũ iuſtificationes ſanctorũ ſunt. Sanè hoc
dictũ de triplici cõnubio quod hactenus explanauimus luculẽter exponi *S. Th.*
poterit, necnõ de nuptijs cœleſtibus, vbi ſancti ſpõſi præſentia fruuntur, iu *4. diſt.*
bilo mirabili exultãtes. Cuius vox mellita ea eſt. Ecce ſpõſus venit exite *49. ad*
obuiã ei. Tũc intrabũt cũ eo prudẽtes virgines, ſtultis foris remanẽtib⁹, & *5. q. 3.*

clauſa erit ianua. Intrauerũt ait S. Matth, cũ ſpõſo ad nuptias, quippe quæ
nõ in terra ſed in cælo ppetim celebrãtur. Vbi alma mater Dei aſ dexterã
filij, filius ad dexterã patris, apoſtoli & pphetæ, ſicut nouellæ oliuarũ erũt
Heſt. 1. in circuitu mẽſę dñi. Vbi erit vinũ abũdãs, vt magnificẽtia regis regũ Chri
dignũ erit, lõgè melius ac fœlicius, quã de mẽſa regis Aſſueri legim⁹. Quip-
pe q̃ ſublimauit Heſter ſup oẽs mulieres, & regnare eã fecit, pro regina Va
ſti inſolẽti & rebelli, iuſsitq; parare magnificũ cõuiuiũ pro nuptijs Heſter.
Quæ õia inuolucra vmbratica erãt nuptias has ãdũbrantia. Sed iam euãge
Text. hũ pſequamur. ¶ Deficiẽte vino dixit mater ei⁹ ad eũ: Fili vinũ nõ habẽt.
Prouidẽtia ſummi Dei factũ eſt vt vinũ deficeret, vt ſelectius Dei ma-
nifeſtaret in hoc ſtupẽdo miraculo. Quãuis argumẽtũ paupertatis, & inſi-
gne inopiæ ſponſi hoc ſit. Nõ Saluator mẽſis opiparis & ſplẽdidis adeſſe ſo
let, ſed ijs cõuiuijs intereſſe gaudet, quæ paupertatẽ pr̨ę ſe ferũt. Videte ait
dñs ne grauentur corda veſtra in crapula & ebrietate. Cõſiliũ egregiũ maxi
mè diuitibus datũ. Vtinã ob oculos illud haberent, vt dũ victitãt, pauperũ
memores eſſent. Atqui, mũdi huius gloria & gaudiũ huiuſmodi eſt, breui
Prou. admodũ deficit. Dicẽte Salomone: Extrema gaudij luct⁹ occupat. Quin &
14. Iob iuſtus ſcribit: Gaudiũ hypocritæ inſtar pũcti. Ecce q̃ citiſsime vinũ defi
Reg. 2 ciẽs, q̃ facto ſimile eſt illi eius typo Abſalõ improb⁹, conuiuiũ magnũ pa
Iob. 1. rauit Amnõ fratri ſuo, in quo ſubdolè ab ipſo Abſalone interfectus eſt. Quid
multa: In cõuiuio filiorũ Iob vinũ lætitiæ deficit, nã edentibus & biben-
tibus in domo primogeniti, ſubitò vẽtus irruit & domus corruit, & ſic oẽs
oppreſsi ſunt. Fugite obſecro fratres, fugite cõuiuia, vbi tot mala auditis ex
eis oboriri. Mirã res vinũ & mulieres apoſtatare faciũt ſapiẽtes, vt in ſacra
Eccle. pagina legimus. Exẽplo nobis ſit Loth, quẽ planè Sodomitarũ ſcelus nõ
19. vicit. Verũtamẽ, vinũ quod immodicè bibit, illũ deuicit. Vt ſcitè aſſerit D.
Ambroſius. Roborat totũ hoc apoſtolus dicens: Nolite inebriari vino,
Gene. in quo eſt luxuria. Piaculumq illud Noe alioqui viri iuſti è memoria nõ
9. eſſluat, ipſe vineã plãtauit, & vino eius inebriatus fuit. Vt ergo cariſsimi vi-
nũ illud bibatis cũ Chriſto nouum, in regno patris cæleſtis, cauete mundi
menſam adeatis, in qua vinum lætitiæ ſpiritalis deficit.
Text. Dixit mater eius ad eũ: Videte pietatẽ Mariæ ſanctiſsimę precibus nul
latenus adorta rogat benedictũ filium, vt opprobrium nubentium affu-
turum tollat: Solo intuitu apprehendit egeſtatem & ſubinde precatur
Chriſtũ: Etenim miſericordia mota hæc fecit, quippe quæ longè melius,
Iob. 31 quam Iob dicere poterat: Ab infantia creuit mecũ miſeratio, & de vtero
matris meæ egreſſa eſt mecũ. Vos fratres, vt fratrẽ neceſsitate laborare vi-
Ioan. 4 deretis, ſtatim eũ ſubleuãtes illius miſeremini. Nam ſi quis viderit fratrẽ
ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua, quomodo caritas Dei eſt in
illo?

illos. Perinde dicat. Talis crudelis eſt, & nec Deum nec proximos diligit. Sed quam modeſtè quámq; ſapiẽter orauerit virgo Maria iam audiamus: Fili, ait, vinũ nõ habẽt. Ecce documẽtum egregium quod pro noſtra virili ſequi nos oportet, ne forſitam repulſam orãtes patiamur, dicatque nobis dominus quod duobus fratribus dixit: Neſcitis quid petatis. Defectum vini inſinuauit duntaxat, modum & tempus ad ſubueniendum, voluntati eius dimiſit. Alludit ad illud ſororũ Lazari ægrotantis: Ecce quem amas infirmatur. Quandoquidem Deipara vt piè petiuit, ſic & reuerenter orauit, ſuggerens filio verbis iis, vt miſereatur inopiæ nubentium. Aduertendum, quod non loquuta eſt palam ſed ſeorſum adijt filium, non eius potẽtiam tentans, ſed illius voluntatem humiliter explorans. Fili vinum non habent miniſtri, vt propinent. Qui è veſtigio reſpondit. *Matth.* *Ioan. 11.*

Quid mihi & tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea. *Text.*

Nihil auſteritatis præ ſe ferunt verba hæc, imò ſponſa in canticis de Chriſto ſponſo vnicè dilecto ait: Mel & lac ſub lingua tua, eloquium tuum dulce. Nempe verba Chriſti Ieſu paruulos, vt lac, enutriũt, & perfectis dulcedinẽ pręſtãt ineffabilem, dicente Dauid: Quã dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel & fauum. Si vinum deeſt quid ad nos pertinet? Noſtra non intereſt hoc prouidere, qui huc vocati ſumus. Sponſus ſibi conſulat, cuius connubia celebrantur. Taceant iam hæretici & blaſphemia eorum faceſſat. Non negauit ſuam matrẽ fore Ieſus, ſed more ſcripturarũ mulierẽ appellauit. Sic vocata eſt Eua ſtatim vt Deus eã creauit. Nec eſt nomẽ corruptionis ſed ſexus. Eo quod Eua adhuc virgo mulier vocata eſt. Mira res ter in hoc Euangelio beatus Ioannes vocat Mariam matrem Chriſti, & ipſa bis eum vocat filium, quo euidentius hæreticorum ſcelus appareat. Nondum venit hora mea. Hoc eſt non penitus vinum defecit, vt ege ſtatem ſuam agnoſcentes miraculum pluris faciãt. Notandum quod omnia operatur dñs, ſed opportunè. Oculi omnium in te ſperãt dñe & tu das eſcam illis in tẽpore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Vós fratres præpoſterè ne feſtinetis, ſed ſi moram fecerit expectate eum. Expectauit patienter ſacra mater, feſtinauit vt nos doceat, lõganimes eſſe in ſpe. Mirabile dictu 33. annis Chriſtus Ieſus expectauit, vt adimpleretur deſiderium, quo æſtuabat nos redimere. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Verum anima illa benedicta, ſubinde vt vidit Deum in vtero ſacroſancto Mariæ, deſiderio magno concupi- *Pſalm.* *Gene. 2.* *Pſal.* *Nota.*

uit nos eripere de ore crudeliſsimi draconis Satanæ. Huc attinet ver
ba illa ſatis notanda: Baptiſmo habeo baptizari, quomodo coarctor
donec perficiatur. Quid ergo mirum ſi noſtra deſideria, quamlibet
ſancta differãtur? Conceſsit quod efflagitabat pia mater, ſed ſuo tem
pore, videlicet quãdo prorſus vinũ deficeret. Sic nõ panem cœlicum
dedit populo ſuo in deſerto, niſi deficiente farina, quam de Aegypto
ſecũ adduxerãt. Nec in deſerto bis miracula dignatus eſt operari pau
cis panibus: tot hominum millia ſatians, niſi non habẽtibus ipſis quid
mãducarent. Ceterũ aſtrologi nil poſſunt hic cauillari, quãuis Chri-
Gene.1. ſtus dicat, nondum venit hora mea. Dominus erat temporis, qui crea-
uit ſolem & lunam & ſtellas, poſuitque eas in ſigna, & tempora. Ho-
mo creatus eſt rectus & in manu ſua relictus, vt ſacra teſtatur ſcriptu
Eccle.19. ra. Et ideò ſtellę inclinare poſſunt, cogere voluntatem nullatenus va
Ptolomeus. lent. Vnde aſtrologorum princeps dixit: Vir ſapiens dominabitur
aſtris. Idq; ſanctus Auguſtinus aſſerit. lib.5. de ciuitate. cap.6. & Di-
uus Baſilius, congreſ.6. in exhameron. Imò omnes doctores ſancti ve
hementer taxant curioſitatem eorum, qui horas, dies ve fruſtra obſer
Pſalm. uant. De quibus regalis citharœdus: Odiſti omnes obſeruantes vani-
tates ſuperuacuè. Ecce quam abhorreat Deus optimus ſuperſtitioſos
homines. Horam ſuam vocauit Saluator tempus commodius & vti-
Tropologicè. lius miraculo. Vel ſic tropologicè. Eſt hora ſummi Dei, & eſt hora
noſtra, quippe quæ ob id noſtra vocatur quia ea perperã vtimur ma-
la patrãtes. Quò attinet illud Saluatoris: Hæc eſt hora veſtra, & pote
ſtas tenebrarum. Perſequentibus ſe hoc dixit, vt libertatem & breui-
tatem impiorum deſcriberet. Horarium eſt, imò momentaneum eſt
quod delectat impios. æternum quod cruciabit illos. Ecce infelix ho
ra peccatorum, qui quandiu vixerint mala efficere valent. Hora Dei
ea eſt, qua miſeretur noſtri, lubenſque peccata dimittit. Non ergo
venit eius hora niſi noſtra deficiat. Si vero peccata dimittimus, pœni
tentiam agentes, tunc hora Dei adeſt, & ipſe vinum ſuaue gratiæ ſuę
Deut.31. impartit. Deficiente tamen peccato quod fel draconum eſt. Fel dra
conum vinum eorum ait Moſes. O nimium deſiderata ſummi Dei
Eze.18. hora, de qua ſcriptum eſt: In quocunque die ingemuerit peccator,
omnium iniquitatum quas operatus eſt, non recordabor amplius.
Nedum parcere nobis ſpopondit, ſed quod plus admirationis habet,
nec rationem aut memoriam noſtrorũ ſcelerum, pœnitẽtia peracta,
ſe habiturum pollicetur. Sequitur.

Text. Dixit mater eius miniſtris, quodcunque dixerit vobis facite.

Ecce quam erat virgo ſancta ardenti, ac ſagaci ingenio, verum reſponſio illa Chriſti Ieſu ſubobſcura erat, & non nihil auſteritatis habere videbatur, at matri quamprimum ille conuerſus, quod tam piè, tàque prudenter, ac ſupliciter poſtulatat, quod ſanè eam minimè latuit. Quinimo confidētiam magnam habēs, miniſtros accerſet: & ne rebelles ſint ſuadet; ſed omnia quæ iuſſerit Saluator efficiant, quāuis difficilia appareant. Idque nobis conſulit virgo ſancta dicēs: Omnia quæ vobis præceperit filius meus Ieſus, facite. Morigeros vos exhibeatis oportet, quotquot ſacri baptiſmatis vnda abluti eſtis. Nec ſat eſt fidem integrā habere, ſed ea quę fides orthodoxa docet opere implea tis oportet. Iuxta illud: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego pręcipio vobis. Et iterū beatus Iacobus: Qui peccauerit in vno factus eſt omniū reus. Omnia ergo quę vobis fidelibus pręceperit dominus facite. Nec ore tenus id dicatis, vt quondam populus ille dixit Moſi: Omnia quæcunq; præcepit nobis Deus, faciemus. At ipſi vt procaces, nihil minus fecerūt, ſed ad idola vana currētes, Deum verum & omnipotentem ſpreuerunt. En quomodo altius pientiſsima parens verba filij ſui intellexit. Quæ etſi foris terrorem quēdam oſtēdebant, intus autem dulcedine mirabili manabant. Non cunctabunda remanet, ſed magnam ſpem ex verbis illis cōcipit, tum de pietate, tū etiam de potentia Chriſti, egregia excogitans. Timebatq; ne miniſtrorum infirma fides obſtaret, quominus cōuiuio ſubueniretur. Sed qui fieri poteſt, vt Saluator non audiat vocem tantæ matris, cū teſte Dauide, voces coruorū audiat inuocātium eū? Vos fratres Mariā inuocate, & toto pectore eā laudate, cui Saluator melius quā Salomon matri ſuæ promiſit dicēs: Mater pete à me quoduis nō enim fas eſt vt auertā faciē meā. Certo certius ſciētes, q̄d precationes ſuæ ſanctiſsimæ matris hilari fronte ipſe ſuſcipiet. Sicut ſcriptū eſt: Oculi dn̄i ſuper iuſtos & aures eius ad preces eorū. Hinc alma Dei genitrix fiducialiter acceſſit rogās filiū, & incunctāter ſuaſit miniſtris parere illius præceptis.

Nota. *Ioan.* *Pſal. 146.* *3. Reg.* *Pſal.*

Erāt autē lapideæ hydriæ ſex poſsitæ, ſecundum purificationem Iudæorum. Capiētes ſingulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Ieſus, Implete hydrias aqua. *Text.*

Quod tam exactè numerum hydriarū, necnon et mēſuram illarū Ioannes deſcribat, myſterio non caret, vt tangit beatus Chryſoſtomus. Quidam ad ſex ætates mūdi referūt, incipiētes ab Adā vſq; ad Chriſtū, & pulchrè quidē. Diuus Bernardus primā hydriam caſtitatem, ſecundam abſtinentiam, tertiam laborem, contrà torpem dicit: *S. Chryſ.*

quartā vigiliam & meditationē iugē; quintā ſilētium, ſextā ſpiritalē diſciplinā, fore aſſeruit. Quæ omnia nedū monachis ſed cūctis fidelibus valdè proficua ſunt. Iubet implere illas aqua, nolēs creare vinū illud ex nihilo, quod erat maius miraculū, ſed quod euidētius & probabilius eſſet, eā ob rē aquā ſua mirabili virtute vertit in vinū. Sanè aqua inſipida ex illa vetus erat, ideò vt S. Petrus iugū illā appellat,
Acto. quod nec ipſe aut patres priſci portare potuerūt. At Chriſtus Ieſus aquā illā frigidā in vinū ſuaue cōuertens clamat: Tollite iugū meum
Matt. 11. ſuper vos & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Iugū enim meū ſuaue eſt, & onus meū leue. Vel ſi placet, vertit Saluator noſter aquā in vinū quotidie, vbi poſt tēpeſtatem trāquillum facit, & poſt
Tobi. fletū & lacrymas, exultationē inducit, quēadmodum propheta Tobias conteſtatur. O vos cariſsimi in tribulatione, ne deſpondeatis animum obſecro; nā ſi impletæ aqua fuerint hydriæ, id eſt, corda noſtra afflictionibus abūdauerint, Saluator aquā hāc in vinū lætitiæ ſua mi-
Pſal. 29. rabili virtute cōuertet. Audite Dauidem quid loquatur: Conuertiſti plāctum meū in gaudiū mihi, cōcidiſti ſaccum meū & circūdediſti me lætitia. Et rurſus: Secūdum multitudinem dolorū in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerūt animā meam. Cui ſentētiæ conſonat Apoſtolus. Sicut abūdant paſsiones Chriſti in nobis, ita per Chriſtū abundat cōſolatio. O mirabile orthodoxorum ſolamen quātum aquę tribulationis fuerit in nobis, tātundem erit vini, exultationis & gaudij. Quis obſecro non infracto animo aduerſa poſt hac nō ſubſti-
Iob. neat? Aut quis cum B. Iob non ardētibus votis oret: Dn̄e hæc mihi ſit conſolatio vt affligens me dolore non parcas? Sequitur.

Text. Haurite nunc & ferte Architriclino, & tulerunt.

Architriclinus præpoſitus erat mēſæ, ordinans tā ſeſsiones quam fercula. Ecce cur reges & magnates Chriſtus habere voluit in eccleſia, nēpe opera Dei enarrent oportet, glorificēt mundi conditorem.
Pſalm. Narrabo, ait rex Dauid, omnia mirabilia opera tua. Ideò vt guſtauit hoc vinum velut ſtupefactus vocat ſpōſum & ait: Omnis homo primò bonū vinum ponit, & cū inebriati fuerint, id quod deterius eſt. Tu autē ſeruaſti bonū vinum vſq; huc? Sanè ignorabat rei geſtæ myſterium, eas ob res ſic loquebatur. Vos fratres diaboli & mundi cōuiuia animaduertite in quibus voluptas iniqua apponitur, vt inebriati cōuiuæ, quod deterius eſt bibant, mortē videlicet ſempiternā. Nam
Gene. 3. ſtipendia peccati mors. Sic Euæ, & Adæ contigit, vt in Geneſi legimus, ſic vnuſquiſq; peccator decipitur, calicē Babylonis aureum veneno

nem lethali plenū accipiens. Heu quia ex illo biberunt omnes gentes & inebriatæ ſunt. Apoc. 18.

Neſciebat Architriclinus vnde eſſet vinum illud optimum, miniſtri autem ſciebant. *Text.*

Sat eſt fratres vt miniſtri, & prælati, ac prædicatores myſteria Dei, & ea quæ ſunt fidei ſciant. Vos nolite ſapere pluſquā oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatē alioqui in præcipitia hæreticorū inuētes per ibitis. Memores eſtote dñi præcipiētis, quod Leuitæ à Sacerdotibus vaſa acciperēt non nuda, ſed velaminibus obuoluta. Hoc facite & viuetis, quæ ſubtiliora ſunt miniſtris eccleſiæ relinquite. *Nota.* *Figura.*

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galileæ & manifeſtauit gloriam ſuam. *Text.*

Primum miraculum hoc fuit, quia in pueritia portenta nulla voluit facere, ne præſtigia putaretur, vt S. Chryſoſtomus aſſerit. Oſtendit gloriā ſuā quia Deus latebat in carne. Mira res, ſola volūtate abſq; verbis hoc miraculum operatus eſt. Iuxta illud: Omnia quæcūq; voluit fecit Deus, in cælo, & in terra, & in omnibus abyſſis. Fructus ingens ex miraculo obortus iam deſcribitur. Crediderunt in eum diſcipuli eius. Hoc eſt, adaucta fuit eorum fides, ſigno hoc tam inſolito facto. Nos verò fratres ardentiſſimis votis Chriſtum Ieſum precemur, vt in his nuptijs ſanctæ eccleſiæ vbi vinum ſuæ gratiæ abundat, veluti inebriati vino illo quod germinat virgines, mūdum & ea, quæ mūdi ſunt, prorſus ſpernentes, quæ æterna ſunt bona duntaxat affectemus. Toto corde diligentes illa mordicùs teneamus, ipſo opitulante, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat per ſecula. Amen. *Pſalm.* *Zach. 9.*

ANNOTATIONES Appendices.

PRimò, in ijs nuptijs vel maximè ſplēdet Saluatoris noſtri humilitas, quippe qui accerſitus nullatenus renuit ſed ad nuptialia feſta venit. Nempe qui dignatus eſt ſeruus fieri cum in forma Dei eſſet, is nuptijs intereſſe voluit: tum primò, vt Ioānem à fluctiuaga matrimonij tempeſtate eriperet, vt iam meminimus ex ſententia Diui Auguſtini, & beati Hieronymi, quibus cōſentit. S. Tho. 2. 2. q 186. art. 4. Ad primum. Tum etiam vt deitatem ſuam oſtenderet in miraculo illo patrato. Necnon vt Tatianorum errorem euerteret, quippe qui nuptias prohibebant. *Annot. 1.* *S. Tho.*

2. Secūdò, quod Ioānes nomen ſanctū virginis taceat non Mariā eā vocās ſed matrē Ieſu, ob id hoc fecit quia ex alijs euāgeliſtarū verbis illud benedictū nomē perſpicuū erat. Volēs ergo funditus euertere Manicheorū blaſphemiā, ſæpeſæpius in hoc euāgelio hac nomēclatura vtitur appellās eam matrē Ieſu. Nempe in auribus Deiparæ virginis, nil ſuauius reſonat, hoc mirabili nomine. Nos ergo corde & ore eam laudantes, & vbiq; & ſemper inuocātes ſummi Dei parētem vocemus oportet, cū Eliſabeth dicētes: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fruct' vētris tui. Vnde hoc mihi, vt mater dñi mei veniat ad me? Equidē hac dignitate nil in cælo aut in terra præcellētius eſt.

Nota.

3. Tertiò, mirabile eſt, quod virgo Maria orauit filiū quem antea mirabilia facere non viderat. Vbi D. Chryſoſt. ait. Planè alma Dei mater in corde ſuo, mirificq; quæ ſuper puerū Ieſum facta erant ob oculos habebat. Imò luce teſte, cōſeruabat cuncta illa conferēs in corde ſuo. Nec oblita erat paranimphi Gabrielis verbi: Ecce concipies in vtero & paries, & vocabitur altiſsimi filius. Adhęc ipſe reuelauit matri vt miraculum peteret, alioqui nō ita deprecaretur eū. Verum Petrus nūquam diceret claudo in ſpecioſa porta tēpli ſedēti, quod autē habeo hoc tibi do, in nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula, niſi reuelatione ſibi facta. Hinc eſt quod Baptiſta nullū ſignū fecit. Quoniam Deus optimus nunquam illi reuelarat, vt illud poſtularet.

S. Chryſ. *Acto. 3.*

4. Quartò aduertendum, quod Architriclinus non abs re demiratur, vino illo deguſtato, nā vinum illud ex aqua factū, excellebat bonitate, & ſuauitate, quoduis aliud per naturam generatū. Talia itaq; ſunt Chriſti Ieſu miracula, vt multo ijs quæ fiunt per naturā ſpecioſiora fiant. S. Tho. 3. p. q. 43. art. 3. vnde iure optimo ſcriptum eſt: Dei perfecta ſunt opera. Si ergo quis roget, cur nunc cœpit miracula facere? ratio eſt quia in ætate perfecta oportebat docere, & ſuā cæleſtem doctrinam miraculis confirmare. S. Tho 3. p. q. 43. arti. 3.

Deut. 31

5. Quintò aduertendum, quam fuerit ingens fructus, qui ex hoc miraculo pronatus eſt, nam crediderunt in illū diſcipuli eius. Hoc eſt tanquam verum Deum exiſtimarunt, qui potens erat elemēta mutare. Prius credebant in eum non tamen æquè perfectius. S. Thom. 3. p. quæſt. 43. artic. 3. vel vt alijs placet, diſcipuli nuncupantur qui futuri erant, & non tantum qui eum comitabātur ante miraculum factum. Ex quorum ſententia eſt, S. Auguſt. libr. de conſen. euangeliſt. Imò alij aſſerunt quoſdam inſpecto miraculo, confeſtim in Chriſtum Ieſum crediſſe, eumq; ſubinde eſſe ſequutos.

DOMI-

DOMINICAE TERtiæ poſt Epiphaniam.

DECLAMATIO. XV.

QVam grauis erat hominis infirmitas, quam & periculoſus morbus Adæ & filiorũ eius, vox illa vatis ſacerrimi palam facit, quam ingemiſcẽs ipſe emiſit: Miſerere mei dñe, inquit, quoniã infirmus ſum. Sana me domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Equidem ſuper terram qui mederetur noſtræ infirmitati nemo erat. Quamobrem regalis propheta obnixè precabatur, vt deſcenderet de cælo filius Dei. Miſericordiã implorãdo miſerum ſe profitetur. Ideò toto niſu clamat: Miſerere mei. Incolumitatẽ magnoperè appetit, quare orat: Sana me dñe. Deniq; infirmitatem indicãs, addidit, cõturbata ſunt oſſa mea, nam peccati lues virtutes animæ confundit, eaſq; conturbare ſolet. At miſertus dñs infirmitatibus noſtris, ex alto venit, vt oẽs morbos à nobis depellat, integram incolumitatem exhibeat. Beato Auguſtino dicente: Magnus medicus venit è cælo, quia magnus ęgrotus iacebat in terra. Nec abs re Saluator noſter ſeſe medicum appellauit. Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus. Is autem deſcendens de mõte nedum leproſum orãtem ſanauit, ſed cẽturionis ſeruum ſpõtè curauit. Hæc ſunt duo egregia opera quæ nobis S. Matthæus in lectione Euangelij graphicè narrauit. Nos ea penitius inſpiciamus ſummi numinis ope adiuuante. Euangelium ſanctum ſic habet. *Pſal.* *S. Aug.*

Deſcendẽte Ieſu de monte ſequutæ ſunt eũ turbæ multæ. Matt. 8. *Euangelium.*

Signanter euãgeliſta oſtendit quando caterua magna populorũ, Saluatoris veſtigia ſequuta eſt, nimirũ cum ipſe deſcendiſſet de montis acumine. Aſcẽderat pauliſper in mõtem ſemotus à turba, cõſummatam legis perfectionẽ docturus, ideò rude vulgus mole peccatorũ grauatum ſequi nullatenus poterat. Quis aſcendet in mõtem dñi, ait propheta, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Ipſe verò ſtatim reſpondit, Innocẽs manibus & mũdo corde, qui nõ accepit in vanũ animã *Pſal. 23.*

ſuam,

ſuam,nec iurauit in dolo proximo ſuo. Ecce quomodo montem dñi aſcendere neutiquam omnibus datum eſt, ſed eis qui candidam ac perfectã habẽt vitam, Apoſtolorum inſtar. Quippe qui ex ore magiſtri ſedentes dogmata præcellentia audierunt. Fas tamẽ nõ eſt quis
Cantic. deſperet,ſed cũ ſpõſa toto ore et affectu: Domine trahe me poſt te & curremus,in odorẽ vnguẽtorum tuorum. Expectet peccator donec dominus deſcendat,ipſe iuſtitiæ ſuæ faſtigiũ inclinabit, & infirmitatibus noſtris ſeſe accommodabit,vt potè miſericors & benignus. Vi
Exod.3. di afflictionẽ populi mei & deſcẽdi vt liberarem eos.Sanè ſi in ſublimi ſua æquitate perſiſteret omnes infelices in barathrũ dilaberemur, dicente propheta. Si iniquitates obſeruaueris domine, quis ſuſtine-
Exo. bit?Mirabile dictu! Moſes quidem vt populum idolatriæ ſcelere infectum plecteret, deſcendente eo de monte legis tabulæ confractæ ſunt,quanquam digito Dei conſcriptæ. Ad eundem modum Saluator noſter Moſes præfiguratus, vt nobis delicta cõdonaret duritiẽ legis fregit, in ſeipſo peccata noſtra vindicans, quo cunctis peccatori-
Hebr.4. bus parcat. Non enim habemus põtificem qui non poſsit cõpati infirmitatibus noſtris, tentatum autem per omnia, pro ſimilitudine abſque peccato. Fas non erat vt in lege ſancitum eſt, vt agnus qui Deo offerebatur maculam vel minimam haberet, alioqui redemptoris functione minimè fungeretur. Hinc neminem ad ſe venientem reijcit, ſed lubens vlnis extentis amplexatur. Quid quod mons ille, de quo ad literã deſcẽdit, aliũ motem adũbrabat cuius ſublimitas infinita eſt. Exiuit à patre & venit in mundum,& cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, ſed ſemetipſum exinaniuit formam ſerui accipiẽs. O mirabilem & non ſatis laudãdam ſummi Dei in nos caritatem. Is qui dominus erat, ſerui formam induit factus homo propter hominum ſalutem. Et qui diues egenus efficitur,vt opes ſpiritales nobis pauperibus ſuppeditaret. Denique filius Dei deſcendit ad terram, vt nos ſuis humeris proueheret in æthera. Ecce deſcendit in humilitatem carnis noſtræ, qui Deus vltionum appellabatur olim, eo quod in peccatores animaduertẽs,eos de terra delebat, nũc aqua, nunc igne ſulphureo illos enecans. Quin & terra ipſa dehiſcente rebelles homines perimebat. Mira res fratres eo deſcendit filius Dei altiſsimi,vt inter iniquos reputatus omnia traheret ad ſe, quod in mon
Ioan. 12. te alto ſedens non fecerat. Iamq; totus orbis crucem adorat, crucifixum Chriſtum Ieſum verum Deũ & redemptorem profitetur, tyrannis ſæuientibus,& dæmonijs ipſis vlulantibus. Si ergo prædicator

zelo

zelo caritatis accenſus prodeſſe cupit populo, ſe dimittat deſcēdens de monte ſuperbiæ, vbi nec roſ gratiæ, nec pluuia miſericordiæ Dei deſcendit. Sic turbas allectabit, vt doctrinam ſanctam toto corde diligant: opereque mandata Chriſti Ieſu impleant. Summa: Sanè Saluator malorum omnium fontem & radicem ſciens fuiſſe ſuperbiam Adæ, humiliauit ſe, vt nos cæleſtem viam doceat eſſe humilitatem, ſcientes illud Iacobi dogma verax: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam. *Iacobi.* Neque vt filius Dei in ſua maieſtate permãſit, nec homo factus deſcendit ad nos, notus erat Deus in Iſrael duntaxat, modo vbiq; terrarum magnum eſt nomen eius. Quid plura: Nedum homines qui incolumes erant, ſed infirmi & leproſi ad eũ veniebant recuperandæ ſanitatis cauſa, vt ſequentia indicant.

Et ecce leproſus veniens ad eum, adorabat eum dicēs: Domine ſi vis potes me mundare. *Text.*

Lucas dicit hunc hominem plenum lepra, Marcus autem aſſerit *Luce.5.* quod genuflexus orabat, quia humilitas, in oratione pernecеſſaria eſt. Dicente Dauide: Reſpexit in orationē humiliũ, & nõ ſpreuit preces eorum. *Pſal.101* Quod videre eſt in Publicano orante ac dicēte: Deus propitius eſto mihi peccatori. *Luce.* Quiq; iuſtificatus deſcendit de templo, vt Saluator noſter cõteſtatur. Rurſus ſapiēs ait: Oratio humiliãtis ſe nubes penetrat. Et donec appropinquet non cõſolabitur, & nõ diſcedet donec altiſsimus aſpiciat. *Eccli.35.* Singula annotatu digna ſunt, vt oratione plurisfaciamus. Atqui leproſus hic imaginem gerit cuiuſuis peccatoris. Eſt quidem peccatum lepra fœdiſsima totam animam inficiens, ita vt horreant angeli eam inſpicere. Qui de lege huius infirmitatis quammulta ſcire cupit, legat capit. 13. & 14. Leuitici. Alia eſt lepra in cute dum quis in peccatum dilapſus, non tenaciter hæret, imo ſi aliquis eum reprehendat, è veſtigio ſurgit. In carne viua lepra inuenitur, quando altius peccat penetrauit, ita vt anima miſera placeat ſibi in ſcelere. Vnde ſapiens: Qui lætantur cum malefacerint, & exultant in rebus peſsimis. Infelices dixerim eos, qui eo ſtultitię deuenerũt, & diaboli ſimiles facti ſunt. Eſt lepra in cicatrice, vbi peccator vt canis ad vomitum reddit. Putruerunt cicatrices meæ à facie inſipientiæ meæ, aiebat Dauid. *Pſalm.* Quandoquidem qui ſcelera ſua cõtegit, nec per ſanctam confeſsionem referat, is inſipiens eſt, & ob hoc cicatrices eius computreſcunt. In capite lepra eſt, dum quis contra Chriſti fidem delinquit. Ipſe eſt caput noſtrum, nosque membra eius. In caluitio, cũ quis ſuperbit de paupertate, vel aliquo de opere bono.

S.Au. ibi erat,nã teſte B.Auguſtino ſpõſus nõ alius niſi Ioãnes fuit,quem de nuptijs Saluator vocauerat, vt virgini virginẽ matrẽ ſuam cõmẽdaret. Quid
S.Hiero. plura? D. Hiero. in eadẽ ſententia eſt,in prologo ſuper euãgelium Ioannis. Quod verò in Cana Galileæ nuptialia hæc feſta facta aſſerat Ioãnes, ideo eſt,quia eſt Cana Galileę gentiũ in tribu Aſſær,vbi Nathanael erat natus, vt refert S.Hiero. Ad hæc magna laus hæc eſt matrimonij, quod Deipara Maria & Ieſus erãt ibi. Quo vel gemino teſtimonio, Tatianorũ verſutia eli
1. Timo.4. ditur,prohibẽtium nubere. Adhærebãt vt ait Paulus ſpiritibus erroris. Ius quidẽ erat vt qui in paradiſo inter Euã,& Adam matrimoniũ ſanctũ inſtituit,nuptijs intereſſet vt ſacramentũ hoc ordinaret. Sanè miraculo illud celebratũ nõ fuit,nã ex coſta Adæ facta eſt Eua; nec hoc matrimoniũ abſq; prodigio efficitur. Honorabile cõnubiũ & torus immaculatus,ab apoſtolo,nec abs re appellatur. Notãdum quod nõ ex luto Euã Deus optimus fecit,ſed ex coſta Adæ,vt vir intelligat nihil ſibi carius,nihilq; agglutinãdũ tenatius vxore. Mira res,cetera ſacramẽta in terra ſunt inſtituta, matrimoniũ aũt in paradiſo amœniſsima. Alia ob peccati medelã,hoc innocentiæ tẽpore naturæ cõditæ datũ eſt. Ceterum q̃ ſit Deus pacis & vnitatis ama-
Nota. tor ex hoc vel maximè agnoſcimus. Ex viro vno fabricauit matrẽ omniũ viuẽtium,quod vinculũ nec in auibus aut animãtibus inuenimus. Creauitq; Deus optimus ſimul plura volatilia & iumẽta,quid plura? In angelis viciſ-
Eccleſ.9. ſitudo hæc nõ reperitur,millia milliũ vna creata ſunt. Quod aũtẽ in Cana, id eſt,zelo nuptiæ factæ ſunt,zelus diſcretus præſignatur quo cõiuges viciſsim ſe diligere debent. Eſt zelus improbus reprehẽſione dignus,de quo
Eccle. 26. ſapiẽs. Non zeles vxorẽ ſinus tui. At de vxore ſcriptum eſt: Dolor cordis. & luctus mulier zelotipa. Zelus ſanctus & prudentia plenus ille eſt de quo
Eph.5. Apoſtolus: Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus eccleſiam. Præclara ſimilitudo & valde notanda, vtinam vxorati memoriæ eam commendarent. Et iterum: Vnuſquiſque vxorem ſuam diligat vt ſeipſum.

Ceterũ nuptiæ hæ alias longè excellẽtiores adũbrant. Vbi ſpõſus filius Dei,ſpõſa natura humana ſibi aſsũpta eſt. Audite vtriuſq; vocẽ, ſpõſi,ſcili
Eſa.61. cet,& ſpõſæ. Gaudẽtes gaudebo in dñõ,& exultabit aĩa mea in Deo meo. Cur ita? Quia induit me veſtimẽtis ſalutis, & indumẽto iuſtitiæ circũdedit me. Quaſi ſpõſum decoratũ corona. Ecce vox ſpõſi: Et quaſi ſpõſam ornauit me monilibus. En vox humanitatis Chri quã ineffabilib9 chariſmatũ donis,verbũ Dei ditauit,quę monilia Eſaias nũcupauit. Et bene in Cana factę
Ioan.3 ſũt,hoc eſt in zelo,nã amore nimio ſuccẽſus,pater miſit filiũ ſuũ in mũdũ. Dicẽte Ioãne: Sic Deus dilexit mũdũ vt filiũ ſuũ vnigenitũ daret. Vt oĩs qui credit in illũ nõ pereat,ſed habeat vitã æternã. Singula verba magnam
Eph.5 emphaſim habẽt. Quid quod, has nuptias alegoricè S. Paulus explicat de

Chriſto

Chřo & eccleſia? Sacramētū magnū hoc in Chřo dico & in eccleſia. De
cōnubio priorū parētū erat ſermo, nā ex latere Chriſti Ieſu pēdētis in cru-
ce ſpōſa vnicè dilecta Romana eccleſia prodijt. En colūba auolās & exiēs Gene.
ex latere arcæ Noe, oliuę ramū virētib⁹ folijs ore ſuò portās. Nā lex clemē-
tię, pietatis, & miſericordiæ in lingua eccleſię eſt. Sēper Deū laudās ac de-
precās, miſerere mei Dñe miſerere mei. Verū extra eccleſiā hāc, nulla ꝓpi-
tiatio, nullusq́; loc⁹ pœnitētię adinuenit, imo coru⁹ extra arcā Noe perijt,
colūba verò vlnis extētis à Noe ſuſcepta ſaluatur. Surge ꝓpera amica mea, Canti.
colūba mea, formoſa mea, ait ſpōſus benignus Chriſtus. Ecce quātoperè eā
diligat, cui blandiētis affectus ſic loqtur. Ecce Moſes Aethiopiſā duxit, Ma
ria ſorore eius murmurāte, quæ alto Dei iudicio cōfeſtim lepra ꝑcuſſa eſt.
Equidē nigredine peccati fœdatus erat oīs hō, adeò vt regius vates diceret:
Oēs declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt. Quomodo oēs declinarint, ape- Pſalm.
ruit B. Paulus, vno verbo; Oēs in Adā peccauerūt, & egēt glřia Dei. O ſum
ma & admirāda Dei caritas, Hāc Aethiopiſam ſic adamauit, vt ſanguine
ſuo mirabili decoraret aſſumēs eam ſibi in ſpōſam. Hinc Apoſtolus veluti
ſtupefactus clamat; Chriſtus dilexit eccleſiā & tradidit ſemetipſum ꝓ ea,
vt exhiberet eā ſpōſam glorioſam, nō habētem maculā nec rugā, nec aliqd
huiuſmodi. Egregia planè ſentētia aureis literis cōſcribēda, in qua exuberā
tē filij Dei in nos dilectionē agnoſcimus. Abſtulit ab ea maculam peccati
mortalis, & tulit rugā venialis culpæ. Quo dicere potuiſſet: Nigra ſum ſed
formoſa filia Hieruſalē. Ne obſecro angeli poſthac, deformē & ſqualidā me
æſtimare velitis, nā ſi meapte natura nigra ſum, ſponſus meus Chriſtus ſua
grā me decorauit, & adeò ſpecioſam fecit, vt ſole ipſo pulchrior ſim. Na- Iud.14
zareus ille fortiſsim⁹ Sāſon nie alienigenā Dalidā ita dilexit, vt amore mei
fuerint vinctus ab inimicis, nedū vinctus, ſed flagellatus, ſpinis acutiſsimis
coronatus, & tādem cruci affixus ſpōte oppetēs mortē, vt mihi æternā pię
beat vitā. Latiſsimus nobis patebat hic campus ſed lubens ſuperſedeo.

Aliæ ſunt nuptię quas ſpōſus Chriſtus cū vnaquaq; anima quotidie cele
brat. Verba ſpōſi ſatis dulcia ea ſunt: Spōſabo te mihi in fide, ſpōſabo te mi Oſee.
hi in iuſtitia, & iudicio, & in miſericordia, & miſerationibus, & ſcies qa ego 2.
dñs. Singula profectò annotatu digna ſunt, non tñ vacat oīa proſequi. Cū
B. Ioāne nuptias haſce cōludā. Gaudeamus, & exultemus & demus gloriā Apoc.
Deo qa venerūt nuptiæ agni. Et vxor eius pręparauit ſe. Et datū eſt ei, vt 19.
induat ſe byſsino ſplēdido, byſsinū iuſtificationes ſanctorū ſunt. Sanè hoc
dictū de triplici cōnubio quod hactenus explanauimus luculēter exponi S.Th.
poterit, necnō de nuptijs cœleſtibus, vbi ſancti ſpōſi præſentia fruuntur, iu 4.dist.
bilo mirabili exultātes. Cuius vox mellita ea eſt. Ecce ſpōſus venit exite 49.q.1.
obuiā ei. Tūc intrabūt cū eo prudētes virgines, ſtultis foris remanētib⁹, & 5.q.3.

clauſa erit ianua. Intrauerūt ait S. Matth. cū ſpōſo ad nuptias, quippe quæ nō in terra ſed in cælo ꝑpetuū celebrātur. Vbi alma mater Dei ad dexterā filij, filius ad dexterā patris, apoſtoli & ꝓphetæ, ſicut nouellæ oliuarū erūt
Heſt. 1. in circuitu mēſæ dñi. Vbi erit vinū abūdās, vt magnificētia regis regū Chriſti dignū erit, lōgè melius ac felicius, quā de mēſa regis Aſſueri legimus. Quippe cū ipſi adamauit Heſter ſup oēs mulieres, & regnare eā fecit, ꝓ regina Vaſti inſolēti & rebelli, iuſsitq; parare magnificū cōuiuiū pro nuptijs Heſter. Quę oīa inuolucra vmbratica erāt nuptias has adūbrantia. Sed iam euāge
Text. liū proſequamur. ¶ Deficiēte vino dixit mater ei⁹ ad eū: Fili vinū nō habēt. Prouidentia ſummi Dei factū eſt vt vinū deficeret, vt ſcilicet filius Dei manifeſtaret in hoc ſtupēdo miraculo. Quāuis argumētū paupertatis, & inſigne inopiæ, cōſiliū hoc ſit. Nō Saluator mēſis opiparis & ſplēdidis adeſſe ſolet, ſed iis cōuiuijs intereſſe gaudet, quæ paupertatē pręſe ferūt. Videte ait dñs ne grauētur corda veſtra in crapula & ebrietate. Cōſiliū egregiū maxime diuitibus datū. Vtinā ob oculos illud haberent, vt dū victitāt, pauperū memores eſſent. Atqui, mūdi huius gloria & gaudiū huiuſmodi eſt, breui
Prou. 14. admodū deficit. Dicēte Salomone: Extrema gaudij luct⁹ occupat. Quin & Iob teſtatur: Gaudiū hypocritæ inſtar pūcti. Ecce q̄ citiſsime vinū defi
Reg. 2 ciet. Eodē pacto ſimile eſt. In cōuiuio Abſalō improb⁹ cōuiuiū magnū parauit fratri ſuo, in quo ſubdolè ab ipſo Abſalone interfectus eſt. Quid
Iob. 1. multa? In cōuiuio filiorū Iob vinū lætitiæ deficit, nā edentibus & bibentibus in domo primogeniti, ſubitò vētus irruit & domus corruit, & ſic oēs oppreſsi ſunt. Fugite obſecro fratres, fugite cōuiuia, vbi tot mala auditis ex eis oboriri. Mirā res vinū & mulieres apoſtatare faciūt ſapiētes, vt in ſacra
Eccle. 19. pagina legimus. Exēplo nobis ſit Loth, quē planè Sodomitorū ſcelus nō vicit, veruntamē, vinū quod immodicè bibit, illū deuicit. Vt ſcitè aſſerit D. Ambroſius. Roborat totū hoc apoſtolus dicens: Nolite inebriari vino,
Gene. 9. in quo eſt luxuria. Piaculum illud Noe alioqui viri iuſti è memoria non eſtuat, ipſe vineā plātauit, & vino eius inebriatus fuit. Vt ergo cariſsimi vinū illud bibatis cū Chriſto nouum, in regno patris cæleſtis, cauete mundi menſam adeatis, in qua vinum lætitiæ ſpiritalis deficit.
Text. Dixit mater eius ad eū: Videte pietatē Mariæ ſanctiſsimę precibus nullatenus adorta rogat benedictū filium, vt opprobrium nubentium affuturum tollat. Solo intuitu apprehendit egeſtatem & ſubinde precatur Chriſtū. Etenim miſericordia mota hæc fecit, quippe quæ longè melius,
Iob. 31 quàm Iob dicere poterat: Ab infantia creuit mecū miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecū. Vos fratres, ſi fratrē neceſsitate laborare vi-
Ioan. 4 deretis, ſtatim eū ſubleuātes illius miſeremini. Nam ſi quis viderit fratrē ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera ſua, quomodo caritas Dei eſt in illo?

illo? Perinde dicat: Talis crudelis eſt, & nec Deum nec proximos diligit. Sed quam modeſtè quamq; ſapiẽter orauerit virgo Maria iam audiamus: Fili, ait, vinũ nõ habẽt. Ecce documẽtum egregium quod pro noſtra virili ſequi nos oportet, ne forſitam repulſam orãtes patiamur, dicatque nobis dominus quod duobus fratribus dixit: Neſcitis quid petatis. Defectum vini inſinuauit duntaxat, modum & tempus ad ſubueniendum, voluntati eius dimiſit. Alludit ad illud ſororũ Lazari ægrotantis: Ecce quem amas infirmatur. Quandoquidem Deipara vt piè petiuit, ſic & reuerenter orauit, ſuggerens ſilio verbis iis, vt miſereatur inopiæ nubentium. Aduertendum, quod non loquuta eſt palam ſed ſeorſum adijt filium, non eius potentiam tentans, ſed illius voluntatem humiliter explorans. Fili vinum non habent miniſtri, vt propinent. Qui è veſtigio reſpondit. Matth. Ioan. 11.

Quid mihi & tibi eſt mulier? Nondum venit hora mea. Text.

Nihil auſteritatis præ ſe ferunt verba hæc, imò ſponſa in canticis de Chriſto ſponſo vnicè dilecto ait: Mel & lac ſub lingua tua, eloquium tuum dulce. Nempe verba Chriſti Ieſu paruulos, vt lac, enutriũt, & perfectis dulcedinẽ prẽſtãt ineffabilem, dicente Dauid: Quã dulcia faucibus meis eloquia tua ſuper mel & fauum. Si vinum deeſt quid ad nos pertinet? Noſtra non intereſt hoc prouidere, qui huc vocati ſumus. Sponſus ſibi conſulat, cuius connubia celebrantur. Taceant iam hæretici & blaſphemia eorum faceſſat. Non negauit ſuam matrẽ fore Ieſus, ſed more ſcripturarũ mulierẽ appellauit. Sic vocata eſt Eua ſtatim vt Deus eã creauit. Nec eſt nomẽ corruptionis ſed ſexus. Eo q. Eua adhuc virgo mulier vocata eſt. Mira res ter in hoc Euangelio beatus Ioannes vocat Mariam matrem Chriſti, & ipſa bis eum vocat filium, quo euidentius hæreticorum ſcelus appareat. Nondum venit hora mea. Hoc eſt non penitus vinum defecit, vt egeſtatem ſuam agnoſcentes miraculum pluris faciãt. Notandum quod omnia operatur dñs, ſed opportunè. Oculi omnium in te ſperãt dñe & tu das eſcam illis in tẽpore opportuno. Aperis tu manum tuam, & imples omne animal benedictione. Vos fratres præpoſterè ne feſtinetis, ſed ſi moram fecerit expectate eum. Expectauit patienter ſacra mater, feſtinauit vt nos doceat, lõganimes eſſe in ſpe. Mirabile dictu 33. annis Chriſtus Ieſus expectauit, vt adimpleretur deſiderium, quo æſtuabat nos redimere. Deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum antequam patiar. Verum anima illa benedicta, ſubinde vt vidit Deum in vtero ſacroſancto Mariæ, deſiderio magno concupi- Pſalm. Gene. 2. Pſal. Nota.

uit nos eripere de ore cruentiſsimi draconis Satanæ. Huc attinēt verba illa ſatis notanda: Baptiſmo habeo baptizari, quomodo coarctor donec perficiatur. Quid ergo mirum ſi noſtra deſideria, quamlibet ſancta differātur? Conceſsit quod efflagitabat pia mater, ſed ſuo tempore, videlicet quādo prorſus vinū deficeret. Sic nō panem cęlicum dedit populo ſuo in deſerto, niſi deficiente farina, quam de Aegypto ſecū adduxerāt. Nec in deſerto bis miracula dignatus eſt operari paucis panibus: tot hominum millia ſatians, niſi non habētibus ipſis quid māducarent. Ceterū aſtrologi nil poſſunt hic cauillari, quāuis Chriſtus dicat, nondum venit hora mea. Dominus erat temporis, qui creauit ſolem & lunam & ſtellas, poſuitque eas, in ſigna, & tempora. Homo creatus eſt rectus & in manu ſua relictus, vt ſacra teſtatur ſcriptura. Et ideò ſtellę inclinare poſſunt, cogere voluntatem nullatenus valent. Vnde aſtrologorum princeps dixit: Vir ſapiens dominabitur aſtris. Idq; ſanctus Auguſtinus aſſerit. lib. 5. de ciuitate. cap. 6. & Diuus Baſilius, congreſ. 6. in exhameron. Imò omnes doctores ſancti vehementer taxant curioſitatem eorum, qui horas, dies vel fruſtra obſeruant. De quibus regalis citharœdus: Odiſti omnes obſeruantes vanitates ſuperuacuè. Ecce quam abhorreat Deus optimus ſuperſtitioſos homines. Horam ſuam vocauit Saluator tempus commodius & vtilius miraculo. Vel ſic tropologicè. Eſt hora ſummi Dei, & eſt hora noſtra, quippe quæ ob id noſtra vocatur quia ea perperā vtimur mala patrātes. Quò attinet illud Saluatoris: Hæc eſt hora veſtra, & poteſtas tenebrarum. Perſequentibus ſe hoc dixit, vt libertatem & breuitatem impiorum deſcriberet. Horarium eſt, imò momentaneum eſt quod delectat impios, æternum quod cruciabit illos. Ecce infelix hora peccatorum, qui quandiu vixerint mala efficere valent. Hora Dei ea eſt, qua miſeretur noſtri, liberiſque peccata dimittit. Non ergo venit eius hora niſi noſtra deficiat. Si verò peccata dimittimus, pœnitentiam agentes, tunc hora Dei adeſt, & ipſe vinum ſuaue gratiæ ſuę impartit. Deficiente tamen peccato quod fel draconum eſt. Fel draconum vinum eorum ait Moſes. O nimium deſiderata ſummi Dei hora, de qua ſcriptum eſt: In quocunque die ingemuerit peccator, omnium iniquitatum quas operatus eſt, non recordabor amplius. Nedum parcere nobis ſpopondit, ſed quod plus admirationis habet, nec rationem aut memoriam noſtrorū ſcelerum, pœnitētia peracta, ſe habiturum pollicetur. Sequitur.

Gene. 1. *Eccle. 19.* *Ptolomeus.* *Pſalm.* *Tropologicè.* *Deut. 31.* *Eze. 18.*

Text. Dixit mater eius miniſtris, quodcunque dixerit vobis facite.

Ecce quam erat virgo ſancta ardēti, ac ſagaci ingenio, verum re-
ſponſio illa Chriſti Ieſu ſubobſcura erat, & non nihil auſteritatis ha-
bere videbatur, ac matri quamprimum illo conuerſo, quod tam piè,
támque prudenter, ac ſupliciter poſtularat, quod ſanè eam minimè la-
tuit. Quinimo confidētiam magnam habēs, miniſtros accerſet: & ne Nota.
rebelles ſint ſuadet, ſed omnia quæ iuſſerit Saluator efficiant, quãuis
difficilia appareant. Idque nobis conſulit virgo ſancta dicēs: Omnia
quæ vobis præceperit filius meus Ieſus, facite. Morigeros vos exhi-
beatis oportet, quotquot ſacri baptiſmatis vnda abluti eſtis. Nec ſat
eſt fidem integrã habere, ſed ea quę fides orthodoxa docet opere im
pleatis oportet. Iuxta illud: Vos amici mei eſtis, ſi feceritis quæ ego Ioan.
pręcipio vobis. Et iterũ beatus Iacobus: Qui peccauerit in vno factus
eſt omniũ reus. Omnia ergo quę vobis fidelibus pręceperit dominus
facite. Nec ore tenus id dicatis, vt quondam populus ille dixit Moſi:
Omnia quæcunq; præcepit nobis Deus, faciemus. At ipſi vt proca-
ces, nihil minus fecerũt, ſed ad idola vana currētes, Deum verum &
omnipotentem ſpreuerunt. En quomodo altius pientiſsima parens
verba filij ſui intellexit. Quæ etſi foris terrorem quēdam oſtēdebant,
intus autem dulcedine mirabili manabant. Non cunctabunda rema
net, ſed magnam ſpem ex verbis illis cōcipit, tum de pietate, tũ etiam
de potentia Chriſti, egregia excogitans. Timebatq; ne miniſtrorum
infirma fides obſtaret, quominus cōuiuio ſubueniretur. Sed qui fieri
poteſt, vt Saluator non audiat vocem tantæ matris, cũ teſte Dauide,
voces coruorũ audiat inuocãtium eũ? Vos fratres Mariã inuocate, & Pſal. 146.
toto pectore eã laudate, cui Saluator melius quã Salomon matri ſuæ 3. Reg.
promiſit dicēs: Mater pete à me quoduis nõ enim fas eſt vt auertã fa
ciē meã. Certo certius ſciētes, qđ precationes ſuæ ſanctiſsimæ matris
hilari fronte ipſe ſuſcipiet. Sicut ſcriptũ eſt: Oculi dñi ſuper iuſtos & Pſal.
aures eius ad preces eorũ. Hinc alma Dei genitrix fiducialiter acceſ-
ſit rogãs filiũ, & incunctãter ſuaſit miniſtris parere illius præceptis.

Erãt autē lapideæ hydriæ ſex poſsitæ, ſecundum purificationem Text.
Iudæorum. Capiētes ſingulæ metretas binas vel ternas. Dicit eis Ie-
ſus, Implete hydrias aqua.

Quod tam exactè numerum hydriarũ, necnon et mēſuram illarũ
Ioannes deſcribat, myſterio non caret, vt tangit beatus Chryſoſto S. Chryſ.
mus. Quidam ad ſex ætates mundi referũt, incipiētes ab Adã vſq; ad
Chriſtũ, & pulchrè quidē. Diuus Bernardus primã hydriam caſtita-
tem, ſecundam abſtinentiam, tertiam laborem, contra torpem dicit:

 quartam

quartã vigiliam & meditationẽ iugẽ: quintã ſilẽtium, ſextã ſpiritalẽ diſciplinã fore aſſeruit. Quæ omnia nedũ monachis ſed cũctis fidelibus valdè proficua ſunt. Iubet implere illas aqua, nolẽs creare vinũ illud ex nihilo, quod erat maius miraculũ, ſed quod euidẽtius & probabilius eſſet, ĩtã ob rẽ aquã ſua mirabili virtute vertit in vinũ. Sanè aqua inſipida lex illa vetus erat, ideò vt S. Petrus iugũ illã appellat,

Acto. quod nec ipſe aut patres priſci portare potuerũt. At Chriſtus Ieſus aquã illã frigidã in vinũ ſuaue cõuertens clamat: Tollite iugũ meum

Matt. 11. ſuper vos & diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde. Iugũ enim meũ ſuaue eſt, & onus meũ leue. Vel ſi placet, vertit Saluator noſter aquã in vinũ quotidie, vbi poſt tẽpeſtatem trãquillum facit, & poſt

Tobi. fletũ & lacrymas, exultationẽ inducit, quẽadmodum propheta Tobias conteſtatur. O vos chariſsimi in tribulatione, ne deſpondeatis animum obſecro, nã ſi repletæ aqua fuerint hydriæ, id eſt, corda noſtra afflictionibus abũdauerint, Saluator aquã hãc in vinũ lætitiæ ſua mi

Pſal. 29. rabili virtute cõuertet. Audite Dauidem quid loquatur: Conuertiſti plãctum meũ in gaudiũ mihi, cõcidiſti ſaccum meũ & circũdediſti me lætitia. Et rurſus: Secũdum multitudinem dolorũ in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerũt animã meam. Cui ſentẽtiæ conſonat Apoſtolus. Sicut abũdant paſsiones Chriſti in nobis, ita per Chriſtũ abundat cõſolatio. O mirabile orthodoxorum ſolamen quãtum aquæ tribulationis fuerit in nobis, tãtundem erit vini, exultationis & gaudij. Quis obſecro non infracto animo aduerſa poſt hac nõ ſubſti-

Iob. neat? Aut quis cum B. Iob non ardẽtibus votis oret: Dñe hæc mihi ſit conſolatio vt affligens me dolore non parcas? Sequitur.

Text. Haurite nunc & ferte Architriclino, & tulerunt.

Architriclinus præpoſitus erat mẽſæ, ordinans tã ſeſsiones quam fercula. Ecce cur reges & magnates Chriſtus habere voluit in eccleſia, nẽpe opera Dei enarrent oportet, glorificẽt mundi conditorem.

Pſalm. Narrabo, ait rex Dauid, omnia mirabilia opera tua. Ideò vt guſtauit hoc vinum velut ſtupefactus vocat ſpõſum & ait: Omnis homo primò bonũ vinum ponit, & cũ inebriati fuerint, id quod deterius eſt. Tu autẽ ſeruaſti bonũ vinum vſq; huc? Sanè ignorabat rei geſtæ myſterium, eas ob res ſic loquebatur. Vos fratres diaboli & mundi cõuiuia animaduertite in quibus voluptas iniqua apponitur, vt inebriati cõuiuæ, quod deterius eſt bibant, mortẽ videlicet ſempiternã. Nam

Gene. 3. ſtipendia peccati mors. Sic Euæ, & Adæ contigit, vt in Geneſi legimus, ſic vnuſquiſq; peccator decipitur, calicẽ Babylonis aureum ve-

neno

nen ɔ lethali plenũ accipiens. Heu quia ex illo biberunt omnes gentes & inebriatæ ſunt. Apoc. 18.

Neſciebat Architriclinus vnde eſſet vinum illud optimum, miniſtri autem ſciebant. *Text.*

Sat eſt fratres vt miniſtri, & prælati, ac prędicatores myſteria Dei, & ea quæ ſunt fidei ſciant. Vos nolite ſapere pluſquã oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatẽ alioqui in præcipitia hæreticorũ inuẽtes per ibitis. Memores eſtote dñi præcipiẽtis, quod Leuitæ à Sacerdotibus vaſa acciperẽt non nuda, ſed velaminibus obuoluta. Hoc facite & viuetis, quæ ſubtiliora ſunt miniſtris eccleſiæ relinquite. *Nota.* *Figura.*

Hoc fecit initium ſignorum Ieſus in Cana Galileæ & manifeſtauit gloriam ſuam. *Text.*

Primum miraculum hoc fuit, quia in pueritia portenta nulla voluit facere, ne præſtigia putaretur, vt S. Chryſoſtomus aſſerit. Oſtendit gloriã ſuã quia Deus latebat in carne. Mira res, ſola volũtate abſq; verbis hoc miraculum operatus eſt. Iuxta illud: Omnia quæcũq; voluit fecit Deus, in cælo, & in terra, & in omnibus abyſſis. Fructus ingens ex miraculo obortus iam deſcribitur. Crediderunt in eum diſcipuli eius. Hoc eſt, adaucta fuit eorum fides, ſigno hoc tam inſolito facto. Nos verò fratres ardentiſsimis votis Chriſtum Ieſum precemur, vt in ijs nuptijs ſanctæ eccleſiæ vbi vinum ſuæ gratiæ abundat, veluti inebriati vino illo quod germinat virgines, mũdum & ea, quæ mũdi ſunt, prorſus ſpernentes, quæ æterna ſunt bona duntaxat affectemus. Toto corde diligentes illa mordicùs teneamus, ipſo opitulante, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat per ſecula. Amen. *Pſalm.* *Zach. 9.*

ANNOTATIONES
Appendices.

PRimò, in ijs nuptijs vel maximè ſplẽdet Saluatoris noſtri humilitas, quippe qui accerſitus nullatenus renuit ſed ad nuptialia feſta venit. Nempe qui dignatus eſt ſeruus fieri cum in forma Dei eſſet, is nuptijs intereſſe voluit: tum primò, vt Ioãnem à fluctiuaga matrimonij tempeſtate eriperet, vt iam meminimus ex ſententia Diui Auguſtini, & beati Hieronymi, quibus cõſentit. S. Tho. 2. 2. q. 186. art. 4. Ad primum. Tum etiam vt deitatem ſuam oſtenderet in miraculo illo patrato. Necnon vt Tatianorum errorem euerteret, quippe qui nuptias prohibebant. *Annot. 1.* *S. Tho.*

2\. Secūdò, quod Ioānes nomen ſanctū virginis taceat non Mariā eā vocās ſed matrē Ieſu, ob id hoc fecit quia ex alijs euāgeliſtarū verbis illud benedictū nomē perſpicuū erat. Volēs ergo funditus euertere Manicheorū blaſphemiā, ſæpeſæpius in hoc euāgelio hac nomēclatura vtitur appellās eam matrē Ieſu. Nempe in auribus Deiparæ virginis, nil ſuauius reſonat, hoc mirabili nomine. Nos ergo corde & ore eam laudantes, & vbiq; & ſemper inuocātes ſummi Dei parētem vocemus oportet, cū Eliſabeth dicētes: Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fruct' vētris tui. Vnde hoc mihi, vt mater dñi mei veniat ad me? Equidē hac dignitate nil in cælo aut in terra præcellētius eſt.

Nota.

3\. Tertiò, mirabile eſt, quod virgo Maria orauit filiū quem antea mirabilia facere non viderat. Vbi D. Chryſoſt. ait. Planè alma Dei mater in corde ſuo, mirifica quæ ſuper puerū Ieſum facta erant ob oculos habebat. Imò luce teſte, cōſeruabat cuncta illa conferēs in corde ſuo. Nec oblita erat paranimphi Gabrielis verbi: Ecce concipies in vtero & paries, & vocabitur altiſsimi filius. Adhęc ipſe reuelauit matri vt miraculum peteret, alioqui nō ita deprecaretur eū. Verum Petrus nūquam diceret claudo in ſpecioſa porta tēpli ſedēti, quod autē habeo hoc tibi do, in nomine Ieſu Chriſti Nazareni ſurge & ambula, niſi reuelatione ſibi facta. Hinc eſt quod Baptiſta nullū ſignū fecit. Quoniam Deus optimus nunquam illi reuelarat, vt illud poſtularet.

S. Chryſ. — *Acto. 3.*

4\. Quartò aduertendum, quod Architriclinus non abs re demiratur, vino illo deguſtato, nā vinum illud ex aqua factū, excellebat bonitate, & ſuauitate, quoduis aliud per naturam generatū. Talia itaq; ſunt Chriſti Ieſu miracula, vt multo ijs quæ fiunt per naturā ſpecioſiora fiant. S. Tho. 3. p. q. 43. art. 3. vnde iure optimo ſcriptum eſt: Dei perfecta ſunt opera. Si ergo quis roget, cur nunc cœpit miracula facere? ratio eſt quia in ætate perfecta oportebat docere, & ſuā cæleſtem doctrinam miraculis confirmare. S. Tho 3. p. q. 43. arti. 3.

Deut. 31

5\. Quintò aduertendum, quam fuerit ingens fructus, qui ex hoc miraculo pronatus eſt, nam crediderunt in illū diſcipuli eius. Hoc eſt tanquam verum Deum exiſtimarunt, qui potens erat elemēta mutare. Prius credebant in eum non tamen æquè perfectius. S. Thom. 3. p. quæſt. 43. artic. 3. vel vt alijs placet, diſcipuli nuncupantur qui futuri erant, & non tantum qui eum comitabātur ante miraculum factum. Ex quorum ſententia eſt, S. Auguſt. libr. de conſen. euangeliſt. Imo alij aſſerunt quoſdam inſpecto miraculo, confeſtim in Chriſtum Ieſum crediđiſſe, cumq; ſubinde eſſe ſequutos.

DOMINICAE TERtiæ poſt Epiphaniam.

DECLAMATIO. XV.

QVam grauis erat hominis infirmitas, quam & periculoſus morbus Adæ & filiorũ eius, vox illa vatis ſacerrimi palam facit, quam ingemiſcẽs ipſe emiſit: Miſerere mei dñe, inquit, quoniã infirmus ſum. Sana me domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea. Equidem ſuper terram qui mederetur noſtræ infirmitati nemo erat. Quamobrem regalis propheta obnixè precabatur, vt deſcenderet de cælo filius Dei. Miſericordiã implorãdo miſerum ſe profitetur. Ideò toto niſu clamat: Miſerere mei. Incolumitatẽ magnoperè appetit, quare orat: Sana me dñe. Deniq; infirmitatem indicãs, addidit, cõturbata ſunt oſſa mea, nam peccati lues virtutes animæ confundit, easq; conturbare ſolet. At miſertus dñs infirmitatibus noſtris, ex alto venit, vt oẽs morbos à nobis depellat, integram incolumitatem exhibeat. Beato Auguſtino dicente: Magnus medicus venit è cælo, quia magnus ęgrotus iacebat in terra. Nec abs re Saluator noſter ſeſe medicum appellauit. Non eſt opus valentibus medicus, ſed male habentibus. Is autem deſcendens de mõte nedum leproſum orãtem ſanauit, ſed cẽturionis ſeruum ſpõtè curauit. Hæc ſunt duo egregia opera quæ nobis S. Matthæus in lectione Euangelij graphicè narrauit. Nos ea penitius inſpiciamus ſummi numinis ope adiuuante. Euangelium ſanctum ſic habet. *Pſal.* *S. Aug.*

Deſcendẽte Ieſu de monte ſequutæ ſunt eũ turbæ multæ. Matt. 8. *Euangelium.*

Signanter euãgeliſta oſtendit quando caterua magna populorũ, Saluatoris veſtigia ſequuta eſt, nimirũ cum ipſe deſcendiſſet de montis acumine. Aſcẽderat pauliſper in mõtem ſemotus à turba, cõſummatam legis perfectionẽ docturus, ideò rude vulgus mole peccatorũ grauatum ſequi nullatenus poterat. Quis aſcendet in mõtem dñi, ait propheta, aut quis ſtabit in loco ſancto eius? Ipſe verò ſtatim reſpondit, Innocẽs manibus & mũdo corde, qui nõ accepit in vanũ animã *Pſal. 23.*

ſuam,

zelo caritatis accenſus prodeſſe cupit populo, ſe dimittat deſcẽdens
de monte ſuperbiæ, vbi nec ros gratiæ, nec pluuia miſericordiæ Dei
deſcendit. Sic turbas allectabit, vt doctrinam ſanctam toto corde di-
ligant: opereque mandata Chriſti Ieſu impleant. Summa: Sanè Sal-
uator malorum omnium fontem & radicem ſciens fuiſſe ſuperbiam
Adæ, humiliauit ſe, vt nos cæleſtem viam doceat eſſe humilitatem,
ſcientes illud Iacobi dogma verax: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus *Iacobi.*
autem dat gratiam. Nempe vt filius Dei in ſua maieſtate permãſit, nec
homo factus deſcendit ad nos, notus erat Deus in Iſrael duntaxat,
modo vbiq; terrarum magnum eſt nomen eius. Quid plura? Nedum
homines qui incolumes erant, ſed infirmi & leproſi ad eũ veniebant
recuperandæ ſanitatis cauſa, vt ſequentia indicant.

Et ecce leproſus veniens ad eum, adorabat eum dicẽs: Domine ſi *Text.*
vis potes me mundare.

Lucas dicit hunc hominem plenum lepra, Marcus autem aſſerit *Lucæ.5.*
quod genuflexus orabat, quia humilitas, in oratione perneceſſaria
eſt. Dicente Dauide: Reſpexit in orationẽ humiliũ, & nõ ſpreuit pre *Pſal.101*
ces eorum. Quod videre eſt in Publicano orante ac dicẽte: Deus pro *Lucæ.*
pitius eſto mihi peccatori. Qui q; iuſtificatus deſcendit de templo, vt
Saluator noſter cõteſtatur. Rurſus ſapiẽs ait: Oratio humiliãtis ſe nu
bes penetrat: Et donec appropinquet non cõſolabitur, & nõ diſcedet *Eccli.35.*
donec altiſsimus aſpiciat. Singula annotatu digna ſunt, vt oratio-
nẽ pluris faciamus. Atqui leproſus hic imaginem gerit cuiuſuis pec-
catoris. Eſt quidem peccatum lepra fœdiſsima totam animam in-
ficiens, ita vt horreant angeli eam inſpicere. Qui de lege huius infir-
mitatis quammulta ſcire cupit, legat capit. 13. & 14. Leuitici. Alia
eſt lepra in cute dum quis in peccatum dilapſus, non tenaciter hæ-
ret, imò ſi aliquis eum reprehendat, è veſtigio ſurgit. In carne viua le
pra inuenitur, quando altius peccatum penetrauit, ita vt anima miſera
placeat ſibi in ſcelere. Vnde ſapiens: Qui lætantur cum malefecerint,
& exultant in rebus peſsimis. Infelices dixerim eos, qui eo ſtultitiæ
deuenerũt, & diaboli ſimiles facti ſunt. Eſt lepra in cicatrice, vbi pec
cator vt canis ad vomitum redit. Putruerunt cicatrices meæ à facie
inſipientiæ meæ, aiebat Dauid. Quandoquidem qui ſcelera ſua cõte *Pſalm.*
git, nec per ſanctam confeſsionem referat, is inſipiens eſt, & ob hoc
cicatrices eius computreſcunt. In capite lepra eſt, dum quis contra
Chriſti fidem delinquit. Ipſe eſt caput noſtrum, nos que membra
eius. In caluitio, cũ quis ſuperbit de paupertate, vel aliquo de opere
bono.

bonò. In veſtibus repetitur, vbi aliquis cæremonias ſacroſanctæ ec-
Leui. 14 cleſiæ temerè contemnit. Emūdatio leproſi multa continebat. Duo
paſſeres offerebantur cum ligno cedrino, hyſopo, vermiculo; & in
vaſe fictili, alter illorū immolabatur ſuper aquas viuētes. Quæ omnia
Eſai. 1. myſterijs ſcatēt. Videte leproſum ab Eſaia exactè depictum. Omne
caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vſq; ad ver-
ticem, non eſt in eo ſanitas. O irremediabile malum, niſi pius medi-
cus deſcēderet ad nos. Qui planè multis retro ſeculis pollicitus eſt di-
Iere. 2. cēs: Obducam cicatricem tuam, à vulneribus tuis ſanabo te. Quibus
medicamētis bone Deus id facies? Ego ſum paſſer ſolitarius in tecto;
& homo factus ſanguine meo rorabo leproſum, cum ligno cedrino
ſanctæ crucis, & hyſopo humilitatis; & inſuper ſuper aquas viuentes
hoc fiet, nam è latere meo exibit ſanguis & aqua. Vas fictile corpus
meum ſacrum eſt. Ecce emundatio leproſi quam illa præſignabat.
Quid fratres mei dicā, quotidie, in ſacroſancto altari fit Saluator no-
ſter, ſacerdos & hoſtia, cuius ſanguine benedicto tingimur, quem ibi
communicantes bibimus, & perfectè ſanamur. Nam optime ac ſcitè
Hebr. 9. Apoſtolus dixit, ſine ſanguinis effuſione, nō fit remiſsio, nec ſine ſan
guinis Chriſti Ieſu intinctione quis ad perfectum adductus eſt. Quip
pe quæ perfectio ſignatur quoniam in lege dictum eſt: Intingatur le-
proſus ſepties. Cū ergo hoc pretioſo ſanguine peccator aſperſus fue-
rit liber euadet, & conuolare poterit in deſertum. O rem mirabilem,
in agrū mittitur, vt vltro deſerat quæ in hoc labili mūdo ſunt, iamq;
conuerſatio eius ſit tātum in cælis. Tunc lauet veſtimenta ſua, opera
tiones omnes purificans. Pilos radat, ſuperflua quæque reſcindat. Sic
dignus erit ingredi in caſtra, hoc eſt in conſortium ſanctorum. Quid
multis immoror cariſsimi? Tam ingens fuit pientiſsimi noſtri medici
caritas, vt ipſe fieret leproſus in corpore, quo noſtræ mentis lepram
Iob. 2 emūdaret. Ecce verus ac figuratus Iob, in ſterquilinio montis Calua
riæ iacet, vlcere peſsimo ſauciatus. Vos autem ſi amici eius eſtis, quo
tidie inuiſere eum ſatagite, laudantes & candido pectore amātes re-
Eſai. 53. gem veſtrum, qui tātoperè dilexit vos. Vidimus eum ait Eſaias, non
habētem ſpeciem & decorem, nec reputauimus eum. Extimauimus
illum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo. Felix qui in paſsione
Chriſti ſe abluit ſæpiſsime, & velut alter Naaman in hoc Iordane
limpidiſsimo, ſuorum ſcelerum lepram lauat. Is ſanè ſole ipſo ſplen-
didior euadet, longè melius quam ille. Hactenus de lepra noſtra au-
diſtis, nunc obſecro leproſum orantem audite.

Domine

Domine ſi vis potes me mundare. Equidem oratio hæc breuis admodum eſt, ſed fidelis valde, & nihil hæſitās petitio, literis aureis inſcribenda, & cordi noſtro abſque obliuione geſtanda. Pronus in terra precatur Chriſtum Ieſum, vt pote regem regum & dominum dominātium, veluti cum Abrahā dicēs: Loquar ad dominum meum, cùm ſim puluis & cinis. Adhæc, potentiam Saluatoris profitetur, & volūtatem illius humiliter explorat. V bi diuus Hieronymus inquit: Qui voluntatem rogat, de virtute non dubitat. Non vt improbi Hebræi aiūt: Quomodo poteſt Deus parare nobis mēſam in deſerto? Quā ob rē cū adhuc eſcæ erant in ore ipſorum, ira Dei deſcēdit ſuper eos, eò quòd blaſphemi erant. Licet fratres, de voluntate Dei dubitare, an velit nos ſanare necne, quia fortè nobis nō expedit: de potētia verò eius non ita, quia infinita eſt. Dicente Heſter regina: Domine in ditione tua cuncta ſunt poſita; & non eſt qui poſsit voluntati tuæ reſiſtere. Nempe ipſe cuncta creauit quæ cæli ambitu continentur, & ob hanc cauſam omnia ei obediunt. Nonne quotidie orantes Chriſto doctore dicimus, fiat voluntas tua? Imò Saluator morte eius iniminente patrem cæleſtem obnixè orabat: Non mea voluntas ſed tua fiat. Equidem petitio in voluntatem rogati relata nullas patitur calumnias, & quauis reprehenſione caret, & cunctis licita eſt. Vos verò cariſsimi normam hanc orantes vbique obſeruate ſi vultis impetrare quod rectè affectatis. Deo totum cōmittamus oportet, quiq; vt beneficus pater eſt, ita quod magis nobis expedit efficiet. Cuius voluntas bona eſt, beneplacens, & perfecta. Imò, vt Paulus teſtatur, Dei ſummi voluntas eſt ſantificatio noſtra. Neque fas eſt de bonis ſpiritalibus dubitare, quia ipſe benedixit nos in omni benedictione ſpiritali in cæleſtibus in Chriſto. De ijs enim quæ temporaria ſunt, quibus bene, & malè vti poſſumus lōgè aliud eſt iudicandum. Sub hæc, nec modum, nec tempus Deo imponamus quando nobis ſubueniat. Dicēte Iudith, & ſacerdotes obiurgante: Qui eſtis vos qui tentatis Deū, & terminū ei imponitis? Equidē puer à patre curo aliquid petēs, nihil dubitat, & tamē ipſius voluntati omnia cōmittit lubenter. Ad eandē imaginē nos oportet facere, maximè quia ſic rudes & inſcij ſumus, vt quid oremus neſcimus. Adeamus cū fiducia magna ad Chriſtum, per quem pater inſtituit omnia nobis elargiri, & accedētes dicamus: Dñe ſi vis potes me mūdare. Quis poteſt facere mūdū de immūdo cōceptū ſemine? Sanè nemo angelorū hominūve, ſed tu qui ſolus es? Tu ſiquā ablueré me vales, idq; ſi feceris, ſuper niuē dealbabor.

Text. *Gene.18.* S.Hiero. *Heſt.13.* *Matt.26* *Iudith.6* *Rom. 8.* *Iob. 9.*

albabor. Verum Saluator nedum corpora ſanare venerat, ſed animas prim̄o, ſanauit vtiq; corpora vt homines agnoſcerēt filium Dei fore, à quo omnis ſalus, tum animæ, tum corporis expetenda ſit. At Chriſtus Ieſus cor contritum & humiliatum neutiquam deſpiciens, miſertus leproſi, ſtatim reſpondit, volo, ideò ſequitur.

Text. Extendens manum ſuam tetigit eum dicens: Volo, mundare. Et confeſtim mundata eſt lepra eius.

Mira res qui ſolo verbo, imò voluntate tantum ſanare eum poterat, extendit manum ſuam & illum tangit. Nempe ſeſe legiſlatorem
Leui.13. ſubindicat, quando tangit. Cautum fuerat in lege Moſi ne quis leproſum tangeret, & hoc ob periculum imminens, ne lepra tangentē inficeret. At cum nihil periculi hic inſtabat, quamuis Chriſtus videa-
4.Re.17 tur contra legem tetigiſſe, non autem contra legis intentionem. Imò
4.Reg.4 Helias mortuum puerum tetigit, & Eliſeus idem fecit, ad ſuſcitandum, ideò legis fractores non extiterunt. S.Tho. 1. 2. q.13. ar.2. Volo ait Ieſus, vt mundus ſis, ab hac lepra. Tu dixiſti, ſi vis, ecce volo. Dixiſti potes, en dico mundare. Non repulit ægrotum nec execratur ſauciatum, ſed ſolatur eum, ac illi ſalutem præſtat. Quandoquidem Eliſeus propheta magnus, nec inſpicere Naamā leprā audebat, eò quòd ſeruus erat. At contra Chriſtus dn̄s omnipotens aſpicit leproſum libenter, & tetigit miſericorditer. Volo, mūdare. Magnā fiduciam in me habuiſti, magna promeruiſti, magnam tibi impendam miſericordiam. Fiat tibi ſicut vis. O verbum fauſtiſſimum omni alacritate plenum, Volo. Verbum intimis præcordijs recondendum, in quibuſ-
Apoc. uis peccatis, calamitatibuſve ſonat. Vult nos præcellentiſſimus medicus mundare, & prorſus abluere, quippe qui adeò nos dilexit vt lauaret nos in ſanguine ſuo. Concordat huic ſententiæ illud Da-
Pſal.90 uid: Clamauit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum. Oſtendit ac promittit ſe auxiliaturum ne quis deſpondeat animum, vtinam vt Paulus orat probaremus, quæ ſit voluntas Dei, in omnibus tam aduerſis quàm
Rom.12. proſperis. Eſt haud dubiè bona beneplacens & perfecta. Bona planè iis qui viā Dei gradi incipiunt. Beneplacēs illis qui proficiētes appellātur, perfecta autē omnibus qui perfectionis metā attigerūt. Atqui quā ſit efficax, quātāq; virtutē Chriſti Ieſu volūtas habeat oſtēdūt ſequētia; Et ſanata eſt ſtatim lepra eius. Non planè minoris virtutis erat tactus Chri, ſed lōge amplioris, quā aqua Iordanis, in quā iubente Eliſeo Naamā lepra defecit. Corp⁹ illud ſacroſanctū ceu diuinitatis

organum

organũ,magnam præ ſe ferebat virtutem, ideò extẽplò lurida illa le pra euanuit.O mutatio non cuiuſuis,ſed dexteræ excelſæ. Felix qui orando Dei volũtatem conciliat, & felix æger, quem Deus ſaluum eſſe iubet. Clamemus fratres vt à lepra ſpiritali mũdetur, & ſuppliciter cum Hieremia dicamus: Sana me dñe & ſanabor, ſaluũ me fac & ſaluus ero. Quid obſecro manus Dei in ſacra pagina quam eius po tẽtiam præſignat? Vnde Dauid ait: Super iram inimicorũ meorum, extendiſti manum tuam. Et iterum: Emitte manum tuam de alto, eri pere me de aquis multis, & de manu filiorum alienorum. Hac manu potenti tangimur quoties praua cordium deſideria, impiosq; affectus mutari ſentimus, quum timore perculſi, in obſequium Dei ex citamur. Iuxta illud canticorum: Miſit dilectus manum ſuam per fo ramen, & ad tactum eius intumuit venter meus. Alia trãſlatio habet, timuit venter meus. Ceterum vbi ſanitatem leproſo oranti eſt largitus, ſtatim dominus dogmata ſalubria dedit.

Pſal.76. *Hiere.17.* *Pſal.137.* *Cant.5.*

Vide nemini dixeris ſed vade & oſtende te ſacerdoti, & offert munus tuum, quod præcepit Moſes, in teſtimonium illis. *Text.*

Honorem defert ſacerdotio legis, breui admodum perituræ, vt deducatur cum honore ad tumultum ſynagoga, ceu beatus Auguſtinus inquit. Nec vult legem aboleri donec ipſe in cruce clamet, conſummatum eſt. Munus tuum offert ait, quod in lege ſancitũ eſt. Sanè confeſsionis ſacræ in hoc inuolucro typus latebat. Verum ſi quis cõ tritione duntaxat à quouis peccato ſit mundus, tempore ab eccleſia inſtituto, tenetur adire cõfeſſorem, cui omnia ſua peccata propalare debet. Ratio eſt, quia in contritione vera confeſsionis votum latet, alioqui non eſſet contritio. Vade peccator oſtẽde te ſacerdoti, ne tui ipſius vnquam ſis iudex, ſed à confeſſore accipe ſentẽtiam abſolutio nis. Nẽpe vt reſedit iuuenis ille à Chriſto ſuſcitatus in ciuitate Naim, ſubinde cœpit loqui. Vt Lucas recẽſet. Quia & S. Dauid clamat: Cõ fitebor aduerſum me in iuſtitiam meam dño, & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei. Profectò non homini delicta tua detegis in confeſſione illa, ſed domino, qui ſacramentum hoc inſtituit, vbi Apoſtolis dixit: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata remit tũtur eis. Fruſtranea quidem foret hæc eximia dignitas ſacerdotum, quibus data eſt hæc poteſtas niſi orthodoxi aſtringerentur ſcelera ſua confiteri. Faceſſat hæreticorum hæreſis diaboli ſuggeſtu excitata, ad animarum iacturam & præcipitium. Vos Chriſticolæ fideles ite libenter, & frequenter conſcientiam eliminãtes, & delicta veſtra

Luce.14 *4.d.14.* *Luce.* *Pſal.* *Ioan.20.*

confitentes omnia ſacerdotibus oſtēdite, quemadmodum Saluator
Marc.1. præcipit. Quod verò eum iuſsit tacere, ipſe autē, Diuo Marco teſte,
cœpit rem hanc diffamare, myſterio non caret. Idemq; de duobus,
Matt.9. cæcis, Matthæus aſſerit, nullatenus ij rebelles fuere Chriſti mādato,
ſed magnum Saluatori famulatum præſtiterunt. Nonne præcepit
Abrahæ trucidare vnicum filium, & tandem nihil mali ſuſtinuit? Af
Gene.22 fectum planè quærebat ibi non opus; Vt pulchrè ait Ambroſ. Ita hos
ſilere iuſsit, nō quod ſic fieri oportebat, ſed vt gratia vim, & fidei mag
num impetum in eis oſtenderet. Verum tacere Dei beneficia quāuis
Tobi.12. adiurati minimè quibant, dicente angelo Raphaele Tobiæ. Opera
Dei reuelare honorificū eſt. Voluit inſuper humilitatis magiſter no-
bis exemplum dare, nedum opera bona patramus, hominum laudē
venari nitamur. Quin, vt ipſemet nos edocuit, vt manus ſiniſtra ne-
Matth.6 ſciat quid dextera operetur. Sequitur ſecundum miraculum in Ca-
pharnaum factum.

Text. Cum introiſſet Capharnaum, acceſsit ad eum Cēturio, rogans eū
& dicens: Domine puer meus iacet in domo mea paraliticus, & ma-
le torquetur. Et ait illi Ieſus: Ego veniam & curabo eum.

Siquidem fratres ſingula ſacri Euangelij proſequi non valemus, eſ
ſet nimis longū ad amuſim cuncta explicare, quam ob rem ſecūdum
hoc portentum, ſuccincto ſermone percurram.

Poſtquam dominus dimiſit leproſum emundatum cui præcepit
ſuum munus offerre ſacerdoti, iuxta legis edictum, in teſtimoniū ſa-
Nota. cerdotibus, qui liuore inuidiæ tacti calumniabantur Chriſtū, ceu le-
gis contemptorē. Inſuper & videntes ipſum incolumen, & ſuæ lepræ
expertem, crederent mirabilibus Saluatoris, ac ſubinde eū ardentiſsi
mis votis magnificarent. Nunc aliud prodigium nobis enarrat Di-
uus Matthæus, & vt ingenuè fatear duplex miraculum ob oculos no
ſtros ponit, alterum præcellentius quod factum eſt in anima ethnici
centurionis, alterū verò in ſeruo eius qui paralypſi malè vexabatur.
Sanè rē hanc mirabilem referens vehementer ſtupeo, cupiens effari
quod in re tam ſeria ſentio, veruntamen vel balbutientium more nō
nulla dicā. Primò nihil ambiguitatis aut cōtrouerſiæ habet cū Mat-
Luce.7. theo, quod Lucas aſſerit, videlicet cēturionē ad Ieſum veniſſe. Nēpe
à vero nō abhorret, ſeniores Iudæos primitùs miſiſſe, vt refert Mat-
thæus, deinde creſcente periculo ſerui vehemēter dilecti, per ſe acceſ-
ſiſſe. Vel ſi malumus, ipſe propior erat Chriſto credēs, quā quos mi-
ſerat, cū maior ſit fidei acceſſus quam corporis. Adhæc vera eſt ſen-

tentia

tentia philoſophi, quod per amicos facimus, per nos ipſos facere dicimur. Is ergo ait: Domine puer meus iacet in domo paralyticus. Alludit hæc oratio humilis & prudēs, ad illud ſororum Lazari. Ecce quē amas infirmatur. Vbi mira modeſtia ſplendet, voluntati domini relinquens, quid opus facto ſit. Quod nuperrimè in oratione leproſi ſuſius tractauimus. Sed iam magnates documēta hinc ſalutaria hauriāt. Centurio infidelis diligebat ſeruum hunc, & ob id ſalutem eius quæritat, in domo ſua retinet infirmum, & non in hoſpitali reiecit illum. Eſt tibi ſeruus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua, quaſi fratrē eum tracta. Quæ vtiq; verba annotatu digniſsima ſunt. Tanquam animā tuam dilige illum, & veluti fratrem ipſum habeas oportet. Idq; Apoſtolus vel maximè Epheſeis commendat: Conſiderātes, ait, quoniam & ſi domini ſint, vnus tamen dominus eſt in cælo vtriuſq;, tam domini quàm mancipij rex omnipotens. Proh nefas, ſunt nonnulli adeo immanes, & feri, vt maiorem habeant curam de equis ſuis, quam de ſeruis ægrotantibus. Hoccine eſt fidelitatis inſigne? Apoſtoli doctrinā audite fulguris inſtar habentis: Qui ſuorum & maximè domeſticorum curam non habet, fidem negauit & eſt infideli deterior. Induite vos, fratres, viſcera miſericordiæ, bene mereri de omnibus ſtudentes, maximè de ſeruis veſtris, dogma ab hoc ethnico Centurione ſaltim accipientes. Sed quid dominus reſponderit iam audiamus.

Ioan. 11.

Eccle. 33.

Ephe. 6.

Colo. 3.

Ait illi Ieſus: Ego veniens curabo eum. Animaduertendum quam ſit propenſus Saluator ad miſerēdum, ſtatim pollicetur non aliū mittere, ſed ipſo progrediēte, ægrotum inuiſere ac ſanare. Non propheta Eliſeus id fecit, quin primo miſit diſcipulum ſuū Giezi cum baculo ſuo, vt ſuſcitaret puerum filium viduæ. At mundi opifex & angelorum imperator, quod verbo duntaxat patrare valebat, quod & tandem effecit, vt Matthæus recenſet, id ſua gratuita dignatione promittit facere domum Cēturionis adeundo. Notādum quod regulo Chriſti Ieſu aduētum depoſcēti, dictū eſt: Vade filius tuus viuit, nolēs domū eius intrare, quoniā exiguā fidē habebat: Cēturioni Romano viro diuinitatē Chriſti ore & corde profitēti dicitur: Ego veniēs curabo eum. Mirabile quidē dictu, idolatræ hominis lares nō horret, ſed ſpōte ire in domū eius promittit, quod lex vetabat Hebræis, nā qui per fidem in corde ducis huius iam habitabat, inuiſam illius domū haud habebat. Templum Dei eſtis ait Apoſtolus, & Spiritus ſanctus habitat in vobis. Hoc eſt, per fidem & caritatem Deus optimus mentes veſtras inhabitare dignatur. Ibat Ieſus cum ſenioribus Hebræis, vt

4. Reg.

inquit Lucas. Et cum non lõgè eſſet à domo, ſciens Centurio aduentum Ieſu exiuit, vt ego reor; & ipſe reſpõdit: Domine nõ ſum dignus vt intres ſub tectum meum, ſed tantum dic verbo, & ſanabitur puer
Luce. 5. meus, addidit S. Lucas: Propter quod nonſum dignum arbitratus, vt venirem ad te. Ecce oratio valde humilis & ingenti fide freta. Qua vt Hierony. & alij doctores aſtruunt, Chriſti Ieſu diuinitatẽ profitetur
Pſal. homo ille. Palam hic oſtendit quod in pſalmo legimus. Ipſe dixit & facta ſunt, ipſe mandauit & creata ſunt. Et rurſus: Verbo cæli firmati ſunt, & ſpiritus oris eius omnis virtus eorum. En qui domum illius nõ intrauit mẽtem eius poſſedit, & fide caritate, & ſpe, ornauit. Dico Chriſtum habitare in cordibus veſtris per fidem.
Ephe. 3. Mira res, rationibus hoc ſuadere contendit Centurio. Habeo, inquit, ſub me milites, & cum ſim homo tãtum, præceptis meis extemplo parent, ſi ergo commilitones mei mihi obediunt, qui nonnihil iuris habeo, quãto magis tibi præcipienti morbus pueri mei parebit, qui Deus eſt, & vitæ ac mortis habes imperium? Quaſi cum ſapiente loquutus eſt. Nec herba neq; malagma ſanauit eos, ſed tuus domine
Sapi. 16. ſermo, qui ſanat omnia. Tu es domine, qui vitæ & mortis habes poteſtatem, & ducis, vſque ad mortem & reducis.
Text. Audiens Ieſus miratus eſt, & ſequentibus ſe dixit: Amen dico vobis non inueni tantam fidem in Iſrael.

Non vos moueat cariſsimi quod Saluator miratur, eò quòd non ex ignorantia, ſed ex rei magnitudine apprehenſa, hæc admiratio oborta fuit. Vnde Origenes. Attende obſecro, quantum, & quale ſit quod filius Dei, ſapientia patris cæleſtis admiratur. Planè aurum, opes, principatus, & regna, velut vmbra in conſpectu eius ſunt, & nihil horum admiratur, ſed tantum fidem magnificat, quæ per dilectionem operatur. Quonam pacto Saluator experimẽtali ſciẽtia indies creſcebat, & ſecũdum hãc admirari poterat, vberius tractauimus infra octauas Epiphaniæ, ſuper verbo illo Lucæ, Ieſus autem proficiebat ſapientia & ætate. Ideò lubens nũc ſileo. Quod autẽ tãtam fidem aſſeruit in Iſrael non inueniſſe, quaſi exprobrans Hebræorum incredulitatem dixit: Martha & ſoror eius dixerunt: Domine ſi fuiſſes hic frater noſter non eſſet mortuus. Nichodemus alioqui vir ſapiẽs, Chriſto reſpõdit. Quomodo poſſunt hæc fieri? Hic autẽ alienigena
Ioan. 11. altius illis de Chriſto credidit, ſub velamine carnis latitantem diuinitatem profitens. Miror non modo hunc Centurionem, ſed alios
Ioan. 3. in quibus fides ſacra apparuit. Cẽturio qui erat iuxta crucẽ, domini, videns

videns quod voce magna Saluator obiuit, exclamauit dicens: verè fi Luc. 23.
lius Dei erat iſte. Quibus verbis, vel maximè ſacerdotum & phariſæorum cateruam reprehendit. Alius Centurio à beato Petro adductus Act. 10.
fuit, vt in actis Apoſtolorum legimus. Denique Centurio erat qui
Paulum tutatus eſt, & piè illum tractauit. Vnde in veritate comperi Act. 27
mus, quod non eſt acceptio perſonarum apud dominum. Notādum quod Iſrael appellauit dominus rude vulgus, & ſapiētes ac doctores legis, qui eum perſequebantur. Non enim fides Centurionis maior, aut æquè perfecta fuit, vt Deiparæ virginis, de qua Eliſabeth. Beata
quæ credidiſti quoniam perficientur in te, quæ dicta ſunt tibi à domi Luc. 1
no. Hinc diuus Hiero. Non Saluator loquitur de patriarchis retro ſeculis, non de regina cælorum Maria, nec de Baptiſta, ſed de ijs qui dum prædicare ac miracula patrare cœpit, cōuerſi ſunt. Vociferātes dicebant plerique, propheta magnus ſurrexit in nobis, non autem filium Dei eū fore credebāt. Quin & Apoſtoli ipſi relicto eo in manus inimicorum fugerūt. Vel dicendum quod verbum hoc hiperbolem ſapit, cui alludit illud: Veniebat ad Ioannem baptizātem in Iordane omnis Hieroſolyma & Iudæa. Perſpicuum eſt quòd multi Hieroſolymis manebāt, qui ad baptiſma Ioānis nō confluebāt. Miratur Saluator fidem magnam in alienigena, vt nos admirari doceat. Miratur Chriſtus vt homo fidē Centurionis, quā ipſe vt Deus in corde eius inſculpſit. Dicente Paulo, fides donum Dei eſt.

Amen dico vobis quia multi ab oriente & ab occidente veniet & Text.
recūbent cum Abraham, Iſaac & Iacob in regno cælorū. Filii autem regni eijciētur in tenebras exteriores. Ibi erit fletus & ſtridor dētiū.

Comminatur Iudæis in quibus aliquando regnabat Deus. Ii ob
inſignē ingratitudinē repulſi ſunt, & euāgelium ad gētes migrauit, vt Act. 3.
Apoſtolus palam illis innuit. Sed quorſum dixit: Pauci ſunt electi & nunc ait multi venient? Origenes. Ex ſingulis nationibus pauci erūt ſelecti, ſimul autē adnumerati, erunt multi. Vidi turbā magnā quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gētibus, & tribubus ſtātes ante thronū, ait beatus Ioannes. Huc pertinet illud Eſai. 2. Venient gētes multæ & dicēt: venite aſcendamus ad mōtem domini & ad domum Dei Iacob. Et docebit nos vias ſuas, & ambulabimus in ſemitis eius. Et Zacharias decem viros dicit vēturos, qui apprehēdant fimbriam
Iudæi, dicentes: Ibimus vobiſcum. Audiuimus, quoniam dominus Zach. 8.
vobiſcū eſt. Vnde S. Hierony. quas Eſaias ſeptē mulieres vocauit & Ioānes ſeptē eccleſias, hic decē homines appellat, qui apprehendent

ſimbria Chriſti Ieſu. Tenebræ exteriores gehēna vocatur, eò quòd tenebroſa ſit quāuis igne ſuccenſa. Tantum illa habebit lucis, quantum ſat ſit, ad vidēda quę ſunt àfflictiua. S. Tho. 4. d. 44. q. 3 ar. 2. Hinc

Pſalm. regalis propheta infernum graphicè depingens ait: Ignis ſulphur & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. Ignis namque ſulphereus tetrus ac turbidus eſt. Ibique flentes vlulabunt manducantes linguas ſuas prę dolore, vt in Apocalypſi legimus: Strident dentibus, tum aduerſus Deum iudicem æquiſsimum, tum contra ſe iraſcentes ſeipſos dilacerātes, ac ſibi maledicētes. O miſerabilem ac infelicem ſortem cum improbis dæmonijs flammis ſempiternis cruciari. At cōtra electi Dei recumbent quieſcentes, & epulantes in menſa opipara Chri

Lucæ.22. ſti Ieſu, cuius vox eſt: Ego diſpono vobis ſicut pater diſpoſuit mihi regnum, vt edatis & bibatis ſuper menſam meam in regno meo. O felices conuiuas regis regum Chriſti, vbi exultatio magna, lætitia iugis, vitæ æternitas adſunt. Nihil nos fratres reuocet, aut detineat, quo

Pſal. minus ad hoc regale cōuiuium perueniamus. Ibi conuiuæ inebriabuntur ab vbertate domus Dei, & torrente voluptatis dominus potabit eos, teſte Dauid.

Text. Denique Chriſtus dominus ſe vertens ad Centurionem ait: Vade & ſicut credidiſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa hora.

O ineffabilem fidei noſtræ fructum & energiam, vt credidiſti me Deum eſſe, & ſolo verbo cuncta operari, ſic tibi fiat. Credamus fratres in Chriſtum, & eū totis medullis cordis diligamus, vt ſecundum

Matt.21. fidem noſtrā omniū charisſmatū dona nobis impertiat. Nobis planè dictum eſt quicquid orantes petitis credite & accipietis. Ecce quam forti vinculo fides ſancta Deū aſtringit homini, vt negare nequeat, quod conſtās fides, caritate roborata, efflagitarit. Oremus cariſsimi cum leproſo Chriſtum Ieſum inuocantes, precemur eundem Centurionis fidem & caritatem quam in ſeruum ſuum exercuit ſectantes, quo audire mereamur: Fiat vobis, vt credidiſtis. En vobis exhibeo quod toto petebatis pectore, incolumitatem corporis & mentis, vt roborati dono gratiæ poſt exhalatam animam vitam habeatis æternam. Hanc ſua dignatione ipſe nobis præſtare dignetur. Qui cum Patre, & Spiritu ſancto, regnat per ſecula. Amen.

AP-

APPENDICES ANNOTATIONES quædam.

PRimò, Saluator noſter deſcẽdens de mõte euangelici paſtoris & prædicatoris typum adũbrat, quiq; vt apoſtolus cõmonefacit, nedũ ſapiẽtibus, verũ etiam inſipiẽtibus debitor eſt. 1. Cor. 2. Is ſanè ſic ſapientiã loquitur inter perfectos, vt lac nõ ſubtrahat, ijs qui ceu infirmi, forti ac ſolido pabulo vti nequeũt queadmodum veritatis prædicator docet. 1. Cor. 3. Aſcẽdat ergo, & deſcẽdat par eſt. Aſcẽdat fidei ſacræ myſteria, & ſacræ paginæ arcana explicans, deſcendat autem infirmis rudibus cõdeſcẽdens, ad eorum captũ ſeſe ſubmittat. Itaq; non ſufficit aſcendere niſi ſciat deſcẽdere. Sed quãdo vt angeli in ſcala Iacob legimus prælatus, ſeu cõcionator aſcendere, aut deſcendere debeat, hic labor hic opus eſt, niſi ſpiritu edoctus fuerit & orationi inſtauerit. Vos fratres aſcendentes in montem contemplationis mementote quia ſcriptum eſt: Vnicuique mandauit Deus de proximo ſuo. Hinc ſancta animalia modo in altum eleuata volabant, modo deſcendendo per humum gradiebantur. Ezec. 1. *Annot. 1.* *Gene.* *Eccli. 1.*

Secundò, orationis virtus quam ſit magna perſpicuum eſt cunctis, vbi leproſus orans, quod eflagitauit à Chriſto Ieſu obtinuit. Imò redemptor noſter tam eſt propenſus ad miſerẽdum, vt confeſtim oratione expleta, manum ſuam benedictam extenderit, infirmum tangens, & ſimul illum emũdans. Vnde perbellè in canticis dictum eſt: Manus eius tornatiles, aureæ plenę hyacintis. Hoc eſt, facili cõtactu, hac & illac mouẽtur, vt in pila notum eſt. Mira res latro ſemel orauit ut in cruce dicens: Domine memento mei dum veneris in regnum tuum. Et ſubinde dominus reſpondit: Amen dico tibi hodie mecum eris in paradiſo. En quanta agilitas, in manibus Chriſti ſit ad miſerendum. Atqui manus illius aureę ſunt. Aurum quidem diuinitatem prę ſignat, nam eſt cunctis metallis præcellentius. Manus ergo Saluatoris diuinæ ſunt, potentes & gemmis omnibus meliores. Nec vacuæ eſſe poſſunt, ſed hyacintis plenę & innumeras virtutes hominibus impẽdunt. Bone Deus, quot infirmos, quot mortuos, quot à dęmone vexatos homines ſanauit. Ecce in hoc euãgelio duos hyacintos largitus eſt Chriſtus, alterũ leproſo, alterũ ſeruo cẽturionis. Imò animas horũ fide illuminauit, & caritate ſuccẽdens, ſpe magna roborauit. 2 *Cantic. 1.* *Lucæ.*

Tertiò, humilis cõfeſsio quãtũ habet cõmodi hinc colligere licet, leprorſus in oratione quã protulit ſe immũdũ profitetur, deinde volũ 3

tati Saluatoris ſuam incolumitatem cõmiſit. Id quod maximè Chriſto placuit,& ob hãc cauſam cõfeſtim illum ſanauit. Vbi dogma fideles habemus,ſatis frugiferũ,vt nos agnoſcentes procliui genu Chri
Pſalm. ſtũ Ieſum oremus,cũ propheta dicẽtes: Miſerere mei dñe quoniã infirmus ſum.Sana me dñe quoniam cõturbata ſunt oſſa mea,Et cum Hieremia,ſępenumero orare oportet:Sana me dñe & ſanabor ſaluũ me fac,& ſaluus ero.Ad eundem modum leproſus hic orationem effudit & exaudita eſt oratio eius.

4. Quartò,centurionis fides vehementer laudatur à Chriſto eòquòd caritate fulta erat. Hæreticorum commenta hoc ariete labefactantur,nam credẽs,ſerui ſui ſalutem magno labore,anxiè quæſiuit, tum per alios accedens ad Ieſum, tum denique per ſeipſum, vt latius in euangelio expendimus.O extremam eorum inſaniam,qui cum plures virtutes in centurione hoc agnoſcant,videlicet,fidem caritatem, & ſpem,humilitatem, & miſericordiam, quam habuit erga ſeruum ſuum,tantum fidem extollunt, & eam duntaxat iactant,quum Diuus Iacobus clamet:Fides ſine operibus mortua eſt.Quid dicam,niſi quia cæcauit eos malitia eorum.

5. Quintò, quamuis regnum cælorum multifariè in ſacra ſcriptura ſumatur, nunc pro Chriſto, iuxta illud: Appropinquauit in vos re-
Lucæ. gnum Dei,id eſt,ſtatim veniet ad vos Meſsias. Nunc vero pro ſacra ſcriptura,vnde legis peritis dictũ eſt, auferetur à nobis regnũ Dei & dabitur genti facienti fructus eius,nunc pro Eccleſia militante,quare
1.*Mac.*23 ſagenæ miſſæ in mare ſimilem fore dixit Saluator. Impræſentiarum quidem Eccleſiam triumphãtem intelligimus, vbi eſt beatitudo ſanctorum.S.Tho.4.diſtin.49.quæſtio.1.articu.2. Et quamuis cœli nihil conferant ad beatitudinem,quæ in viſione,& fruitione Dei ſita eſt,ſecundum quandam decentiam & decorem in cœlo Empyreo locum beatorum eſt Sanct.Thom. ſecunda,ſecundæ.quæſt.4.art.7.Idq; S.Auguſtinus aſſerit. Sermo.Domini.in monte.

DOMINICAE Quartæ poſt Epipha niam.

DECLAMATIO. XVI.

QVAM ſit fidelis pater ille miſericordiarum Chriſtus Ieſus, ne in tribulatione ſuccumbamus, quãtaq; ſit illi cura, dum calamitatibus varijs in hac labili & fluctiuaga vita catimur, palam oſtendit Apoſtolus dicens: Fidelis eſt Deus, qui non permittet vos tentari, vltra id quod poteſtis ſuſtinere. Sed faciet cum tentatione prouẽtum. Ecce fidelem amicum vocat eum qui ſolus potens, ſoluſq; pius omnium noſtrum parẽs eſt, vt fiduciam noſtram in ipſo collocãtes dicamus: Tu es dñe ſpes mea. Et benemeritò è veſtigio ſubnectitur: Altiſsimum poſuiſti refugium tuũ. *Pſalm.* Is planè vt eſt ſuapte natura miſericors, nihil laboris euenire nobis ſinit, quod vires noſtras excellat, ſi tamen orationi inſtemus, qua roborati & prorſus freti, ex quauis tentatione quamlibet immani, plurimum frugis hauriemus. Quod quidem ſacra euangelij lectio nobis elegãter patefacit, in qua veluti in ſpeculo, tũ ſanctę eccleſię labores, tum etiã Chriſti Ieſu potentiã magnã, dilucidè inſpicere poſſumus. Nunc tota animi attẽtione, fratres, audite, quomodo Saluator mundi electos ſuos examinat, & qualiter ſua clementia mirabili, ex maris ſæua tempeſtate potẽter liberat. Hiſtoria ergo Euangelica talis eſt.

Aſcendente Ieſu in nauiculam, ſequuti ſunt eum diſcipuli eius. Et ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operitur fluctibus. Matthæi. 8. & Marci. 4. & Lucæ. 8. *Euangelium.*

Mirum videtur quod maris creator, nauigio mare ipſum tranſire velit, cum olim populo ſuo in diuiſiones aquarũ mare Rubrum ipſe diuiſerit. Veruntamen ſic fieri oportebat, vt pulchrè Diuus Auguſt. ait, ne dum omnia mirabiliter Chriſtus faceret auferret quod mirabiliter fecit. Expediebat maximè, vt ſe hominẽm indicaret ne Manichæorũ verſutia anſam aſſumeret, quippe quæ veram carnem filium *S. Augu.*

Dei accepiſſe temerè negauit. Vt homo ameſcit, ſitit, & alia id genus mala pro nobis obire dignatus eſt. Ideò tanquam verus homo nauim aſcendit, in cuius puppi vt homo dormit, poſt laborem indigens quiete. Itaque Chriſtus nõ indigebat naui, ſed nauis indigebat Chriſto, qui vt eſt omnium patrator, ſic & omnia ſua potenti virtute regit, & moderatur. Argumento rei huius nobis ſit, quod remigantibus diſcipulis nocte quadam, quibus erat ventus contrarius, ad eos venit ambulans ſuper mare, perinde ac ſi ſolidam humum calcaret. Ceterum magiſtrum diſcipuli nequaquam deſerunt, ſed veſtigia eius ſequuntur. Felices dixerim Chriſticolas qui magno Saluatoris amore accenſi, non probra, aut inopiam, non denique ſalutis aut mortis pericula timent: quo minus Chriſto Ieſu adhæreant, eius & mandata ad amuſim ſeruent. Cum Apoſtolo acclamantes: Quis nos ſeparabit à caritate Chriſti? An fames? An nuditas? An gladius? Scio quia nec mors nec vita poterit nos ſeparare à caritate Dei, quæ eſt in Chriſto. En fratres quod in canticis legimus. Fortis eſt vt mors dilectio, dura velut infernus æmulatio. Lampades eius lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ nõ potuerunt extinguere caritatem. Sanè ſingula emphaſin habent, & adnotatione ſunt digniſsima. Quæ omnia potiſsimè diſcipulis Chriſti congruunt, quem per aridam & mare ſemper ſequuti ſunt. Equidem multi dominum comitantur in terra, vbi nullum imminet periculum, vbi honore homines eos proſequũtur, diuitiæ affluũt & omnia tẽporaria arridẽt. Verũtamen vſq; ad tumẽtes maris fluctus, vbi naufragiũ paupertatis, & vitæ diſpẽdiũ adeſt, ſtatim Chriſtũ relinquũt. Verum multitudo magna Chriſtum ſequebatur in terra, nunc ipſo aſcendente in nauim, duntaxat Apoſtoli cum ipſo condeſcenderunt. Summa. In mẽſa omnes aiunt, etiã ſi oportuerit me mori tecũ nõ te negabo. Nihiloſetius, Chriſto Ieſu cõprehenſo omnes fugerũt eo relicto. Extat ergo vera illa ſentẽtia: Eſt amicus menſæ, & in tribulatione non permanebit. Nos Chriſtum fratres ſequamur ad carceres vſque ad vincula & gladium, nedum mortem plus æquo timemus, vitam veram abnegemus, vt Petro neganti contingit.

Nota. *Rom. 8.* *Canti.* *Nota.* *Eccle.*

Non inficior eorum ſententiam admodum veram & pulchram fore: qui hanc nauiculam militantem eccleſiam eſſe dicunt. Verum ſacroſancta eccleſia eſt, quæ in arca Noæ præfiguratur, in qua quotquot diluuio inſtante vixerunt, per ipſam euaſerunt. Et ſi beato Petro, vt par eſt, credimus, arca illa imaginem Chriſti eccleſię gerebat,

1. Petr. 3

extra

extra quã nemo vitam æternam adipiſci poteſt. Nauclerus ſapiẽtiſſimus huius nauiculæ Chriſtus Ieſus eſt: arbor in medio erecta crux benedicta, vela quæ pandũtur caritas, fides, & ſpes. Vẽtus vehemẽs ſpũs ſancti afflatus: quo impellẽte, nec ſcopulos pertimeſcimus, nec fluctus perſecutionũ aliquid mali nobis nauigãtibus in hoc mari magno, inferre poterũt. Sæuiant tyãrni, ęquor ipſe intumeſcat, inſurgãt Turcæ & ſarraceni, hæretici leonis inſtar rugiãt nauicula Chriſti ad optatũ portũ, cũctis aduerſantibus deueniet. Dicẽte Chriſto Ieſu, & pollicẽte: Portæ inferi nõ præualebũt aduerſus eccleſiã meã. Aſtipulatur huic ſentẽtiæ Apoſtolus dicẽs: Si Deus eſt pro nobis quis cõtra nos? Ecce auxilio Dei roborati, nihil eſt in toto mũdi ambitu, q̃d timeamus. Ceterũ quoniã oẽs qui piè viuere volũt in Chriſto Ieſu, per ſequutiones neceſſum eſt patiãtur, & dñs clamat: In mundo preſſurã habebitis, in me autẽ pacẽ. Et iterũ: Si me perſequuti ſunt & vos perſequẽtur, eã ob rẽ operæpretiũ erit, vt in omnibus ſcuto fidei nos muniamus. Iuxta illud: In omnibus accipiẽtes ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela ignea nequiſsiſsimi extinguere. Aduertendũ, quod tentationes Satanæ, nedum tela ſunt ſed ignea, eò quòd maximè orthodoxos infeſtat, vt carnis oblectamenta ſequantur, more iumentorum viuentes, idque Chriſtus vel maximè horret. *Eccleſia ſancta.* *Matt. 16*

Ceterum nauis hic, ni fallor, vita Chriſtiana eſt, in qua ſola Chriſtus rex gloriæ cõquieſcit & dormit, Vt enim nauis hæreticorum & infideliũ aula eſt antichriſti, & diaboli, nam ipſe eſt rex ſuper filios ſuperbiæ, ita orthodorũ vita, lectulus Salomonis eſt in quo Saluator requieſcit. Vnde ſpõſa inuitãs filium Dei, vt veniret, & factus homo, homines è faucibus draconis erueret ait: Lectulus noſter floridus. Nempè vita Chriſtiana adeò florigera eſt, vt roſarum in morem, cogitatus, verba, & opera, mirabilem fragrãtiam emittãt, angelis & hominibus, necnon & Deo optimo bene olẽtem. Enimuero veluti nauis, conſtricta eſt vita Chriſtiana, dño conteſtante: Arcta eſt via quæ ducit ad beatitudinem. Sed proh dolor pauci inueniunt eam. Enimuerò arctitudo vitæ Chriſtianæ in principio noſtræ conuerſionis nonnulla eſt, at verò in fine nimis lata regali propheta dicente: Omnis conſummationis vidi finem latum mandatum tuum nimis. Hanc quippe viam pauci inueniunt, eò quòd ſpacioſa eſt via quæ ducit ad barathrum, in qua, quam multi ambulant, honores, opes, carnis lenocinia affectantes. Adhæc quemadmodum nauis infernè ſtricta eſt, ſupernè verò lata, ſic electi Dei quæ temporaria ſunt *Vita Chriſtiana.* *Canti.* *Matth. 7* *Pſal.*

tantum-

tantummodo tangẽtes, cum Apoſtolo aiunt: Habentes alimenta & quibus tegamur ijs contẽti ſumus. Imò cum eodem corde & ore clamant: Omnia arbitratus ſum, vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam.
Ezech.1. Eam ob rem, de rotis animalium ſanctorũ legimus, quod ſurſum eleuabantur. Nam rota in puncto terram tangit, ceu Diuus Grego. pulchrè adnotat. Sic iuſti in hac vita, pauperes ſpiritu ſunt, tantũmodo vitæ animalcula accipientes, ſine quibus viuere nequeunt. Superna verò & quæ vera ſunt bona candido diligunt corde, quæ ſurſum ſunt
Colo.3. quærentes non quæ ſuper terram.

Factus eſt motus magnus in mari. Animaduertẽdum, quod is qui dormiebat Chriſtus, ipſe mare cõturbabat. Ipſe, inquam, dormiebat & vigilabat, corpore dormit, diuinitate vigilat. Cuius verba ea ſunt:
Cantic. Ego dormio & cor meum vigilat, imò anima eius beata, verbo diui-
Pſal. no fruens vigilabat: Ecce non dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael, multis retro ſeculis vaticinatus eſt Dauid. Vultis videre fratres hæc omnia veriſsima eſſe, prophetã ipſum audite: Tu conturbas profundum maris, motum autem eius tu mitigas. Ecce qui terminũ poſuit mari, & dixit hucuſq; venies, ibi confringes impetus tuos, vt
Iob. teſtatur Iob, is ipſe vtiq; profundũ eius cõmouit, ita vt operietur nauis fluctibus. Quorſum tendat tẽpeſtas hæc, quam concitauit Chriſtus nemo tam eſt rudis qui ambigat. Equidẽ explorare voluit diſcipulorum fidem, eſſet perfecta necne. Ad eãdem imaginẽ Deus olim probauit Abraham, dum in monte vnicum filium ei præcepit occidere, & ſic adamans ille probatus eſt indomabiliſq; inuentus, & inſi
Gene.22 gne patientiæ cunctis mortalibus factus. Probatus eſt & vir rectus Iob multimodis tuſionũ ictibus, & calamitatibus afflictus. Imò, vt ſapiens aſſerit, probauit tãquam aurum in fornace electos ſuos dñs, & quaſi holocauſti hoſtiã accepit illos, & inuenit eos dignos ſe. Pulcherrima cõparatio hæc eſt. Fornax tribulatio aut tentatio eſt, aurũ vir iuſtus. In igne autẽ palea fumat, & in cinerẽ redigitur, aurum ve-
Iacobi.1. rò ſcoriam ſi quam habebat amittit. Hinc Diuus Iacobus: Beatus vir qui ſuffert tẽtationem, quoniam cũ probatus fuerit accipiet coronã vitæ, quã repromiſit Deus diligẽtibus ſe. Audiſtis coronã gloriæ paratam nõ omnibus, ſed legitimè in agone certãtibus, quos Deus optimus vnicè amat. Eſtote ergo animæquiores in tribulationibus cariſſimi, temporarium, imò quod cruciat momẽtaneum eſt, æternũ autem quod delectat in cælo, beato Auguſtino teſte. Nec abſimile eſt illud Petri: Modicum nunc ſi contriſtari oportet, in varijs tentationibus,

nibus, vt probatio fidei veſtræ multo pretioſior ſit auro quod per ignem probatur. Attendite obſecro cariſsimi vel vnum tantum verbũ illud: Modicum nunc. Sanè quod fragilitas carnis noſtrę multum vocat, exiguum & modicũ omni librata ratione eſt. Vnde diuus Augustinus: Nõ eſt magnum in labore, quod tempore breue eſt. Qui fieri poteſt vt magnum ſit, quod vexat nos, cũ vita noſtra vapor ſit ad modicum parẽs? Oremus igitur iam oportet fratres, & cum Dauide precemur: Proba me dñe & tẽta me, vre renes meos & cor meũ. Perinde dicat: Tui amoris igne cor meũ ſuccende & robora, roboratum ac fretũ, probare, & tẽtare nõ deſinas. Adhæc in mari diſcipulos probat vbi tẽtatio periculoſior, ſic vt de humano præſidio nulla ſit ſpes, & ad ſolius Dei potẽtiam ſit fugiẽdum. Sic Petrũ Apoſtolũ in mari probauit, quando fluctibus propemodum immerſus clamabat, dñe ſaluum me fac. Ad eundem modum Ionam prophetam olim probarat in mari, ſunt quidẽ magna pericula in eo. Vnde ſcriptũ eſt, qui nauigant mare, enarrãt pericula eius. Ecce quam ob cauſam in mari eos tentauit, nempe vt neminem haberent cõſolatorem niſi magiſtrum, ad quem fugientes liberati ſtatim verum animarum Saluatorem, & dominum omnium agnoſcerent, quod rei exitus nobis oſtẽdit. Hoc vnum vos latere nolo fratres, quod Hebræi abſque nauigio mare rubrum per terram gradientes tranſierunt, idque de Iordane actum legimus, eò quòd terra fluens lacte & melle populo illi rudi promiſſa eſt. Hinc dominus ait: Si volueritis & audieritis me, bona terræ comedetis. Nos verò quibus paſsim regnum cælorũ promittitur, altiorem curſum habemus, ſuper vndas maris ſeculi huius ambulãtes, nauicucula vitæ Chriſtianæ euecti. Cum Apoſtolo dicentes, & hilari facie decantantes: Conuerſatio noſtra in cælis eſt. Mitto lubens quod nauis illa, in quam Saluator cum diſcipulis ſuis aſcendit vna erat. Nam vna eſt vita Chriſtiana, vbi vna fides vnum baptiſma, vnus Deus, & pater omnium. Hæc nauis vſque in finem ſeculi fluctibus pleriſq; capitur, & calamitatibus innumeris concutitur, verũtamen nõ eſt quod timeamus Chriſto Ieſu aſſerente: Vobiſcũ ſum, vſque ad conſummationem ſeculi. De nauicula multa attulimus hactenus, de ſomno vel obiter nunc tractemus aliqua.

Iacob. 4. *Pſal.* *Eccli. 43.* *Nota.* *Eſai. 1.* *Matt. 28.*

Ipſe verò dormiebat. Marcus addit, in pupi ſuper ceruical. Ceruical à ceruice nomen ſortitur quia in eo caput reclinatur. Theophilactus verò lignũ quoddã eſſe dicit, à nautis ſic appellatum. Et iure optimo Saluator noſter ſuper lignũ in nauicula dormit, qui in ligno ſanctæ crucis

Nota.

ctę crucis ſomnum mortis vt mortem noſtrā perimeret erat ſuſceptu rus. In quo ſomno, lōgè melius quàm in Adā geſtum legimus, de latere Chriſti dormientis Euam pulcherrimam ſpōſam eius eccleſiam exiſſe. Sacramētum magnum hoc, ait Apoſtolus, de creatione Euæ differens, ſed vbi magnū? Sanè nec ipſe ſiluit, in Chriſto autē dico, & in eccleſia. Væh qui dormitis in lectis eburneis, & laſciuitis in ſtratis veſtris, ait dominus. Ecce Saluator mundi laſſum caput ſuū reclinat ſuper ceruical ligneum blandimentum omne ſpernens, ne vos ſecun-

Prælati. dum carnem viuentes, byſſo & purpura induentes pereatis. Ad hæc in puppi gubernaculū nauis eſt, ideò ſomnus Chriſti prælatorū dormitionē ſignat. Quibus dormientibus motus magnus in mari cōſurgit. Verum ex ſomnolentia paſtorum, hæreſes pullulāt, infidelium bella conſurgūt, ſimultates & diſsidia in eccleſia oboriūtur. Imò pleraque mala id genus in eccleſia ſancta enaſcuntur, ob ignauiam, &

Ionæ. torporem, necnon & abſentiā quorundam prælatorum. Non alio tendebat ſomnus ille Ionæ in profundo nauis dormientis, vnde tēpeſtas ſæua in mari facta eſt. Timeant prælati Cetus eos deuoret, nam deuorabit illos ſemel, nec euomet vnquam Atqui dormit Chriſtus in vita Chriſtiana quando ſcelera noſtra videns, quaſi dormiēs diſsi-

Pſal. 37. mulat. Vox eius eſt, factus ſum ſicut homo nō audiēs, & nō habēs in ore ſuo redargutiones. Et rurſus in Eſaia ſcriptum eſt: Tacui, ſemper

Eſaie. 41 ſilui, patiēs fui. Vt parturiēs loquar. Etenim tacet quādiu peccator viuit, ad pœnitētiam eum allectās. Loquetur parturiētis inſtar in morte, vel iudicio extremo dicēs: Ite maledicti in ignē æternū. Sed iā nos ſummoperè caueamus Chriſtus dormiat in corde noſtro, nā dormit tepidis, vigilat autem feruidis. Spiritu feruentes, ait Apoſtolus, dn̄o

Apoc. 3. ſeruientes. Hos vnicè diligit Deus quique ignis conſumens eſt, tepi-

Nota. dos inuiſos habet, adeò vt nauſeare eum faciant: Quia tepidus es, incipiā te euomere ex ore meo. Vel ſi placet de ſomno cōtemplationis hoc exponamus. Dormit Saluator in nauicula cordis noſtri, dū nos ipſi vt altera Maria Magdalena contēplationi vacamus. Iuxta illud:

Religioſi. Vacate & videte quoniā ego ſum Deus. Videre eſt monachorū cuneos ſilentio ac ſolitudini deditos, mundo crucifixos, quorum vita tum eſt ex omni parte perfecta vt nihil eis deſit. Quos graphicè deli neans Apoſtolus ait: Mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo, hæc omnia eò tendunt vt Chriſtus in eis quieſcat. Dormit ergo Chriſtus in ſuis electis, quoniā eos dormire facit, qui vtrūq; hominē ſic mortificāt, vt dormire illos dicatis. O felices viros, qui

qui hac tranquillitate gaudent, hoc fauſtiſsimo ſomno ſoporati, nedum mortui mundo, ſed conſepulti ſunt iam cum Chriſto. Quid ergo paſtores tepidi, tempore tentationis agere debeant nunc audiamus.

Acceſerũt ad eum diſcipuli eius dicẽtes: Dñe ſalua nos, perimus. *Text.*

Quam ſit audax oratio nũc animaduertite, quippe quæ cælorum regem & dñm dominantium excitare audet. Exurge dñe quare obdormis, exurge ne repellas in finem, clamabat quondam Dauid, pro cellis tentationum afflictus. Ecce vnicũ ſolatiũ in quauis anxietate orationẽ arripiamus, quę rhõphea bis acuta eſt, viſibilia & inuiſibilia bella euincens. Vnde gratias inexhauſtas Deo agere debemus, qui armaturam hanc nobis dedit. Hinc propheta gaudenter dicebat: Benedictus dominus, qui non amouit orationem ſuam, & miſericordiam ſuam à me. Orationi miſericordiam Dei adiungit, quia oratio vel maximè miſericordiam Dei peccatori conciliauit. Quod perſpicuum eſt, tum in Dauide, Achab, Ezechia, latrone ſancto, tum etiam in publicano alijſque innumeris, qui orantes ſuorum delictorum remiſsionem acceperunt, inſuper & omnium chariſmatum donis decorati, amici Dei facti ſunt. Acceſſerunt ad Chriſtum diſcipuli afflictione inſtante. O nimium felix tribulatio, quæ nos ad Ieſum mittit: Ad dominũ cum tribularet clamaui, & exaudiuit me, aiebat vir ſanctus Dauid. Ieſu bone hominumque auidiſsime obſecramus tuam indulgentiſsimam caritatem, trahe nos poſt te, aduerſa quæque mitte in nos tepidos & ignauos, hic ŭra, hic ſeca, hic vre, & nil nobis parcas, vt in æternum parcas, veluti orabat Diuus Auguſtinus. Ingrediatur putredo in oſsibus noſtris, ſubter nos ſcateat, vt aſcendamus ad populum accinctum noſtrum, & requieſcamus in pulchritudine pacis, in requie opulenta, quæ in cælis ſita eſt. Accedamus fratres quamprimum, ſed ad Chriſtum Ieſum qui ſolus potens, ſolus pius parens, & de filijs ſuis benemereri ſtudet. Accedenteſque cum diſcipulis toto pectore clamemus. *Pſalm.* *Oratio.* *Pſalm.* *S. Augu.*

Domine ſalua nos, perimus. Marcus ſic habet. Præceptor non ad te pertinet, quod perimus? Sanè purum hominem alioqui ſanctũ adhuc credebant eſſe, ob id tutos ſe non putant, niſi illo vigilante. Miror tamen qui fieri poſſet, vt ſalutem ab eo peterẽt, & ipſo præſente perire timebant? Equidem perturbatione tacti, rem minus conſiderabant? Nos ergo fratres, ſuſcitẽmus dominũ quaſi dormiẽtem dum infidelium diram ſuperbiam aduerſus orthodoxos ſæuientem agnoſcimus, *Text.* *Marc. 4.*

ſcimus, dum tot hæreticorum phalãges inſurgere quotidie cernimus,
Nota, tum apud Germanos, tum etiam apud Anglicos. Ingemiſcamus habenas lacrymis dantes, vociferemur dicẽtes: Domine ſalua nos perimus. Tribulatio proximat, non eſt qui adiuuet, precamur ne à nobis diſcedas. Reſpice vineam iſtam quam plantauit dextera tua & perfice eam. Vulpes paruulę nullum non mouent lapidem, vt eam demoliantur extermінentq́. Salua domine, tuere nos, qui ſalus es omnium credentium & ſperantium in te. Oratio planè cariſsimi, cum ſit vna
Iudit.14. omnia poteſt. Hæc Holophernem cruentum, per manum fœminæ ſanctæ Iudith proſtrauit. Ea eſt quæ Abimelech ſuperbiã inſignem deuicit, vbi orante Moſe in monte, manibus eleuatis in cælum, populus Iſrael triumphauit. Oratio tandem vt in ſacra pagina memoriæ proditum eſt, triginta vnum reges deuicit, quibus profligatis populus domini terram fluẽtem lacte & melle, tantoperè deſideratam poſſedit. Notãdum quod diſcipuli hac oratione quid temporale petierunt, nam vita mortalis temporaria, & vt melius dicam, horaria, ſiue momentanea eſt. Vnde dogma nobis datur, vt temporalia ipſi petamus non abſolutè, ſed moderamine quodam eo quòd illis malè vti poſſumus. At, quæ ſpiritualia ſunt, & malum euentum habere nequeunt, vt virtutes gratia & beatitudo, hæc votis omnibus abſque vl
S. Aug. la conditione expetenda ſunt. Vbi Diuus Auguſtinus. Hoc licet orare, quod licet deſiderare, & quia temporalia licet deſiderare, non quidem principaliter, vt in eis finẽ collocemus, ideò ea petere Deus ipſe non vetat. Quin Saluator nos orare docuit: Panem noſtrum quo
Matt.6. tidianũ, da nobis hodie. S. Thom. 2.2. q. 83. arti. 6. Eſſet quidẽ ſatius vt ſancti orare conſueuerunt, nihil curæ habere de cibo, ſalute, & vita, ſed ea quæ ſpiritualia ſunt poſtulare. Vnde regalis propheta dicebat: Oſtende faciem tuam & ſalui erimus. Et rurſus: Deduc me in via mandatorum tuorum, quia ipſam volui. Non hoc dixerim vt Deum quis tentare temerè audeat, nam Apoſtolus manibus ſuis laborabat, quo victum haberet, manus meæ ait, miniſtrauerunt mihi, & ijs qui mecum erãt. Sed anxiam curã tollendam eſſe dñs admonet vbi ait: Nolite ſoliciti eſſe dicentes, quid manducabimus, aut quid bi
Matt.6. bemus, aut quo operiemur. Sed primum quærite regnũ Dei & iuſtitiam eius, & hæc omnia adijcientur vobis. Verum eſt quod Socrates diſcipulos ſuos inſtituens, à Deo Optimo docuit nil determinate pe
S. Tho. 2.2 tere, ſed vt daret bona. Ratio, quia ipſe ſolus ſciret, quid vnicuiq́ pro
q. 83. ar. 5 ficuum foret. Quæ quidem ſententia, partim vera eſt, & in rebus tem

porarijs

porarijs, vt tetigimus, quibus malè vti ſolēt nōnulli, locum habet. Et de oratione ſit ſatis.

Dixit eis Ieſus: Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. *Text.*

Iuxta Lucam habetur: Vbi eſt fides veſtra? Secūdum Marcum, nōdum habetis fidem? Sanè hoc vel maximè Chriſto Ieſu placet, vt ingentem fidem, magnam ſpem flamigeramq; charitatem in ipſum hebeamus, nihil pertimeſcamus, quāquam plurima tētationū fluenta inundent. Hinc ad Abraham ait: Noli timere ego protector tuus ſum, & merces magna tua nimis. O præclarum verbum pectori noſtro ſemper, vbiq; geſtandum. Noli timere, ego protector tuus ſum. Et iterū: Noli timere Iacob, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo. Meus es tu. Quum pertranſieris per aquas tecum ero, & flumina non operient te. Cum ambulaueris in igne non cōbureris, & flamma non ardebit in te, quia ego dn̄s Deus tuus. Timorē poſthac abijciamus, fratres, ne timidi ſimus amplius, tot promiſſa ex ore dn̄i profecta audientes, ne forte cōqueratur Saluator & dicat: Quid timidi eſtis modicæ fidei? Quis obſecro vobis nocebit ſi boni æmulatores fueritis? Quid expaueſcitis, cum Chriſto Ieſu nauigantes & pelagus mundi huius tranſeuntes? Vocem imperterriti militis iam audite obſecro: Si Deus eſt pro nobis, quis contra nos? Et alius gigas fortiſsimus ait: Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor & ego deſpiciam inimicos meos. Cæterum qualiter modicè fidei erant diſcipuli, qui ſic orant, ſalua nos perimus? Chryſoſtomus ait. Verum ſi magnam fidem habuiſſent, ipſi in nomine Ieſu imperarēt mari & ventis, & ſtatim ſedarētur. Rurſus niſi paruam haberent fidem, neutiquam eum excitaſſent, quaſi vigilās poſſet, quod non dormiēs poterat. In quo eos fefellit ſua cogitatio. Nūc mirabilem poteſtatem Matthæus pulchrè deſcribit. *Lucæ.5.* *Gene.* *Eſai.43.* *1.Petr.3.* *Rom. 8.* *Pſal.88.* *S.Chryſ.*

Surgens imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. *Text.*

Mirabili ordine, ſtupendoq; artificio, cuncta operatus eſt Chriſtus, primò increpauit diſcipulos arguens eos puſillæ fidei, quæ quidem cauſa fuit tempeſtatis inſtantis. Petro namq; dubitante & ventum validum timēte, cœpit mergi quem orātem Saluator manu ſua potenti eripuit dicens: Modicæ fidei, quare dubitaſti? Videte quam optimè ſcriptum ſit: Hæc eſt victoria quæ vincit mundum fides noſtra. Adhæc imperauit ventis & mari nam ipſe eſt qui terminum ei præfixit, & poſuit vectes & oſtia. Vt in Iob legimus: Ipſe, inquam, *Nota.* *Matt.14* *Iob.38.*

eſt de quo Dauid: Tu dñaris poteſtati maris. Quod nemini regum cõ ceſſum eſt vnquã. Principes poſsident terræ climata, dominãtur hominibus, elationes maris haud ſedare queũt. Sed altius rẽ hãc repetamus. Vẽti eccleſiã ſanctã conturbãtes, vel tyrãni ſunt, qui tot marty res trucidãtes, nauim Chriſti perdere ſatagebãt. At hæretici improbi ſunt, qui per quatuor beſtias illas quas Daniel intuebatur ſupra ma

Danie. 7. re inuicẽ pugnãtes præſignãtur. Superbia ab oriẽte perflat, & ædificat turrim Babel. Auaritia ab occidẽte, qua inundãte refrigeſcit cari

Prou. 30 tas multorũ. Saluatore teſte: A meridie procella luxuriæ oritur, nun

Ezec. 8. quam dicẽs ſufficit. Ab Aquilone diſcordia efflat, quæ idolũ zeli in Ezechiele appellatur. His quatuor ventis quatuor præſidẽt beſtiæ & nauim ſanctę eccleſię demergere conãtur. At Chriſtus Ieſus, vt olim de Pharaone populũ ſuũ in manu valida eduxit, ita nũcà quibuſuis procellis nos tutatur, & protegit. Modo ipſum precantes, orationiq; pro noſtra virili inſtãtes ſimus. Iuxta illud: Rogate quæ ad pacẽ ſunt Hieruſalem. Et ſaluator ait. Rogate dominum meſsis, vt mittat ope

Luce. rarios in meſſem ſuam. Vnde ſancti doctores pulchrè colligũt, prædeſtinationem iuuari precibus noſtris. Surgens dominus miſerebitur eccleſiæ ſuæ, ſtabit & ſpiritus procellæ, ſilebunt fluctus tempe-

Nota. ſtatis, fietque tranquillitas magna in eccleſia ſancta. Quid plura? In quouis noſtrum quotidie tempeſtas tentationis inſurgit, & tum ſuperbiæ, tum iræ, tum deniq; carnis motus magnus fit, quem placare ſolus Chriſtus Ieſus poteſt: Nonne caro concupiſcit aduerſus Spiritum, & ſpiritus aduerſus carnem? En Cain peſsimus inſectatur iu-

Gene. 4. ſtum Abel, & liuore inuidiæ accenſus, eum exterminare molitur. Iſmael improbus aduerſatur Iſaac, qui ſecundùm ſpiritum natus eſt. Et Eſau technas tendit contra Iacob manſuetum & pium. Obnixè eam ob rem orandum eſt, vt ſaluator imperet ventis & mari, ne forſitan pereamus in tẽtatione ſuccũbentes. Nec alio tẽdit dogma illud ſalubre: Orate & vigilate, ne intretis in tẽtationem. Sanè tentationi

Pſal. 68. ſuccũbere, in eam intrare eſt. Cũ Dauide vtiq; indefeſsè clamemus: Dñe non me demergat tẽpeſtas aquæ, neq; abſorbeat ſuper me puteus os ſuũ. Eripe me de luto, vt nõ infingar. Ideſt, de lutulẽtis cogitationibus gratia tua liberet me, nã ſcio & optimè ſcio, quia nemo poteſt eſſe cõtinens, niſi tu des. Tunc erit trãquillitas nõ quæuis ſed magna, quæ cõtingere nõ ſolet, niſi poſt tribulationẽ & magnã tẽpeſtatẽ. Cũ lapidibus regionũ pactũ tuũ, & beſtiæ terrę pacificè erũt tibi,

Iob. ait Iob. Lapides regiõis ſancti ſunt glorioſi, quos ſi reuerẽter inuocauerimus,

uerimus, belluinæ cogitationes, nihil nocere nobis poterũt. Pacificè erũt, non emortuæ, nã quãdiu caro viuit nemo quãlibet ſenex, prorſus ſibi fidat oportet. Senes vtiq; Suſanæ perſecutores erãt, nihilominus ignis prauæ cõcupiſcẽtiæ in eis exardeſcebat. Idq; de rege Salomone memoriæ proditũ eſſe nemo eſt qui ambigat. Felices qui tranquillitate, ſummi numinis virtute facta gaudenter decãtare valent: Trãſiuimus per ignẽ & aquã & induxiſti nos in refrigeriũ. Et cũ virgine benedicta Sara dicunt: Hoc pro certo habet omnis qui colit te, quod vita eius ſi in probatiõe ſit coronabitur, etſi in corruptione fuerit, ad miſericordiã tuã venire licebit. Nõ enim delectaris in perditionibus noſtris. Quia poſt tẽpeſtatem trãquillũ facis, & poſt lacrymationẽ & fletũ, exultationẽ infundis. Nihil eſt in hac oratione, fratres, quod nõ magnum ſolatiũ nobis afferat, imò in veteri teſtamento, & in nouo, huius orationis veritas pateſcit. Potiſsimè erga diſcipulos vehemẽter afflictos hoc ipſum actitatũ inſpicimus, quippe qui poſt tẽpeſtatẽ magnã, tranquillitatẽq; magnã viderũt Chriſto Ieſu imperãte mari & vẽtis, vtpote maris & totius orbis creatore. Cui omnia iure parent, & ad nutũ quãtotius obediũt. Væh tamẽ peccatori renitẽti, qui ſolus rebellis eſt, & volũtatem Dei optimi pro nihilo pendit. Mare & elemẽta ſenſus expertia creatori ſuo obtemperãt, homo autem rationis capax reluctatur voluntati diuinæ. O dementiam execrandam, o ſtultiam inſignem! Si ego dominus, vbi eſt timor meus? Si ego, inquit, pater, vbi eſt amor meus? Miraculi fructus ingens nunc ob oculos noſtros ponitur.

Dani. *Pſal.* *Tobi.* *Malac.1.*

Porrò homines mirati ſunt dicẽtes: Qualis eſt hic, quia vẽti & mare obediunt ei. *Text.*

Iure optimo ſtupent, repente tranquillitatem intuẽtes mare, non ſenſim, vt ſuapte natura ſolet quieſcere. At homines nautæ appellantur, nam ob honorem apoſtoli, vel diſcipuli dicti ſunt, qui comitabãtur Chriſtum. Origenes autem ait, nihil vetat, quominus homines diſcipuli nuncupentur, quoniam potentiam non nouerant Saluatoris. Idem beatus Hieronymus aſſerit. Quin & hæc admiratio vtroſque amplectitur, tam diſcipulos, quam nautas. Benemeritò mirati ſunt omnes. Eo quod non precibus, vt olim Helias, & Eliſeus aquas Iordanis diuiſerunt. Non virga percutiens veluti Moſes mare rubrum ſcidit, ſed ſolo iuſſu ſuo, pontum ſedauit, & ventum ſilere fecit. Itaq; vt dormitio eum hominẽ fore indicauit, ita maris tranquillitas Deũ, ac creatorem mundi innuit. *Exo. 8.*

Summa. Summatim iam dicam fratres. Saluatore aſcendente in nauim nos vt par eſt, eius veſtigia ſequamur, quæ mundi ſunt relinquentes, & mundi opificem vbique comitātes. Et ſi forte tempeſtas oborta fuerit, talem tamq; potentem nauclerum habentes, non eſt quod timeamus, ne modicæ fidei nos arguat, vt diſcipulis contigit. In hac naui quæ vita orthodoxa eſt, omnes remigantes laboremus, donec ad optatum portum felicitatis æternę deueniamus. Non enim habemus ciuitatem manentem, ſed futuram inquirimus. Atqui procella tentationum inualeſcente, neutiquam animum deſpondeamus. Arca Noe quanto magis vndæ aquarum creſcebant, eò magis in ſublime
Gene.8. eleuabatur. Et ad eūdem modum cor noſtrum tribulationū vnda ſæuiente cælo vicinius erit. Dicentę diuo Gregorio, mala quæ hic nos premunt, ad Deū ire cōpellunt. Quod ſi Chriſtus obdormierit ardentiſsimis votis & precationibus, eum excitemus dicentes: Apprehēde
Pſal. arma & ſcutum & exurge in adiutorium mihi. Lubens ipſe conſurget imperans mari & ventis, fietque tranquillitas magna, tum in naui, quæ eſt eccleſia eius, tum etiam in conſcientia noſtra. Adeò vt factus ſit in pace locus eius, & habitatio illius in Sion. Tunc ſtupore rapti cum populo Iſrael decātabimus: De magnis periculis liberati,
2.Mach.1 ingētes Deo gratias agimus. Cui ſit gloria & imperiū in ſecula Amē.

APPENDICES ANNOTATIONES.

Annot.1. PRimò nōtandum, quod nauicula hęc nō modo eccleſiā ſanctam, vitamque Chriſtianam adumbrat, quemadmodum in hac declamatione fuſius dictum eſt, ſed crucem Chriſti Ieſu, in quā vltro ipſe aſcendens, tempeſtas valida orta eſt, in cordibus Hebræorum qui temerè clamabant, crucifige crucifige eum. Ecce fidei naufragium ſtupendum, etiam in toto orbe. Nam terrà mota eſt, & petrę ſciſſæ ſunt, & monumenta aperta fuerūt. Quin & tenebrę apparuerunt ſole ipſo obſcurato, quoniam ſol iuſtitię Chriſtus in patibulo crucis exaltatus, ſpeciem nec decorem nō habebat. Facta eſt autē trāquillitas magna, vbi de ſomno catulus leonis, ſpolia verſuti hoſtis accipiēs iubare ipſo lucidior ſuſcitatus apparuit. Tūc mirati ſunt diſcipuli, & fides eorum
Luc.22 adaucta, quorum carmen & dulce melos erat: Surrexit dominus verè & apparuit Simeoni. Et iterū: Vicit Leo de tribu Iuda radix Dauid.

uid. Aperire librum & ſoluere ſeptem ſignacula eius. Interim Apoſtoli orantes clamabant: Domine ſalua nos, perimus. Nec virginis almæ precatio deerat pro caterua fidelium eandem orationem proferens, in qua fides firma, caritate fulta ſemper manſit, tempeſtate hac inualeſcente. *Apocal.*

Secundò, aduertendum quomodo Saluator electos ſuos experiri velit, ac probare, iuxta illud: Tentat vos Deus vt palam faciat an diligatis eum nec ne toto corde an non. Sanè qui toto corde diligit Deum, nihil pauet, imò iuſtus vt leo confidit, vt ſapiens conteſtatur. Hinc diſcamus fideles omnes calamitates & labores quas Chriſtus Ieſus immittit, eo tendere, vt tam in fide quam in caritate creſcamus, creſcentes magis ac magis perfectionis metam attingamus. Qui non eſt tentatus quid ſcit? inquit ſapiens. Perinde dicat: Ignorans erit, & nec ſeipſum, ſuaſque vires expertus eſt. ob id documentum præclarum cunctis fidelibus datum eſt. Fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Quid pulchrius? aut quid vtilius vnquam dici potuit? Si filius Dei es à labore alienus non eris, nam Deus optimus, flagellat omnē filium quem recipit; non vt vulneret adſit, ſed vt erudiat, & humiliet eius inſolentiam. Is ſtet in iuſtitia & timore, mandata Dei opere impleat; pertimeſcens ne labatur aliquando & ſuccumbat. Ad hæc ſe ad tentationem præparet, ſciens neminem coronari, niſi qui legitime certauerit. Ecce cauſa ob quam ſaluator noſter in mari explorare voluit diſcipulorum fidem. Explorat & quotidie noſtram. 2.

Tertiò, mirabile eſt, quod non vulgus rude ad obeunda maris pericula aſſumit ſed diſcipulos valde dilectos, primò vt in periculis ne obſtupeſcat, ſed infracto animo aduerſaque perferat. Secūdo vt in honoribus, non magna de ſe autument, imò ſeſe dimittant, fragilitatem ſuam intuentes. Itaque vbi erat miraculorum oſtenſio plebem permiſit adeſſe, vbi vero tentationum & timorum arreptio, athletas orbis terrarum, quos exercitaturus erat tantum accepit. Ecce dilectionis inſigne eſt, quæcumque tentatio, non reprobationis ſymbolum. O quam pauci hoc ſibi perſuaſum habent. Huc attinet illud Raphaelis ad Tobiam. Quia acceptus eras Deo, neceſſe fuit vt tentatio probaret te. Verba fauſtiſſima hæc ſunt, & cæleſti angelo digna. Vos obſecro adnotate ea. 3. *Nota.* *Tobiæ.*

Quartò, ſolerter intuendum quàm ſint diſsimiles orthodoxi, & hæretici. Fideles in naui Chriſti pericula ſubeunt, labores patiuntur 4.

Pſal. tur quamplurimos, iuxta illud: Multæ tribulationes iuſtorum. Veruntamen ſtatim propheta addidit, de omnibus iis liberabit eos dominus. Notandum, ab omnibus, quia fieri non poteſt vt deſerat diligentes ſe. At contra, infideles & improbi hæretici, extra nauim Chriſti, nedum pericula, ſed naufragium miſerum patiuntur, & demerſi detruduntur in barathrum nunquam inde exituri. Vbi profectò cum Satana vapulabunt plagis multis, continentes pœnas luentes, eò quòd Chriſtum Ieſum reliquerunt, ſponſamque eius ſacroſanctam Romanam eccleſiam deſerentes.

5\. Quintò, hoc loco diſcamus, quam pius & miſericors ſit Saluator noſter, orantibus diſcipulis ſurrexit confeſtim & conſolatus eſt eos, triſtitia & timore affectos. Quippe qui vt imperauit ventis & mari, tranquilla facta ſunt omnia. Atque nauis ſæpenè procellis ſæuientibus operiebatur, haud ſubmerſa eſt. Vbi pollicitatio illa nimis ſplēdet. Portæ inferi non præualebunt aduerſus eccleſiā meam. Matt. 16.

Matt. 16

Quin, & quo magis perſequitur, eo magis floret; dum opprimitur creſcit, dum contemnitur proficit, dum læditur vincit, vt perpulchrè aſſerit diuus Hylarius, lib. 7. de Trinit. Idque de populo Iſraelitico legimus, qui à Pharaone tyranno oppreſſus fuit valde multo lecius, quo plus labore & flagellis cum cruentus rex affligebat, eò amplius creſcebat. Vnde mirabilior apparebat ſummi numinis potentia.

6\. Sextò, tandem hæc hiſtoria cōmonefacit nos ne ſpem abiiciamus, ſed cum viro ſancto Iob dicamus. Etiam ſi occiderit me, in ipſo ſperabo. Sic diſcipuli confidentes ad Ieſum acceſſerunt eius præſidium inuocantes. Ad eandem imaginem fideles omnes quibuſuis calamitatibus vallati, ad Ieſum pientiſſimū accurrant, qui ſolus ſalus & vita eſt, omnium venientium ad ſe. Exemplò nobis ſit rex ille Ioſaphat, qui in anguſtia conſtitutus ſic orabat. Cum ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui vt oculos noſtros ad te dirigamus. Ita decet nos orationi inſtare & indefeſſè orare, donec Saluator noſter ſubueniat, dabitque quod flagitamus, ſi eius gloriæ & ſaluti noſtræ profuturum fuerit.

Iob. *2. Parali. 20.*

DOMI-

DOMINICAE Quintæ poſt Epipha niam.

DECLAMATIO. XVII.

QVANTA ſit diaboli verſutia, cariſsimi, quantaque hominum ignauia, ſanctus Petrus paucis verbis palam facit. Sobrij eſtote, inquit, & vigilate, quia aduerſarius ve- 1.Petr.
ſter diabolus, tanquam leo rugiens; circuit quærẽs quem deuoret. Cui reſiſtite fortes in fide. En arma inſuperabilia aduerſus hoſtiles incurſus Satanæ, ſobrietas & vigilantia, quibus abiectis, Eua in paradiſo ſtatim occubuit. Sanè niſi vetitum fructum deguſtaſſet, nullatenus ſubdolus hoſtis eam profligaſſet. Obdormire ipſa cœpit vbi ambigere, de præcepto domini auſa eſt, dicens. Ne fortè moria-
mur. Idque magno ſuo & noſtro malo. At Adam mãdatum Dei con Gene.3.
tẽnens, & vxori placere decernens, ſomno indulſit, quo dormiente inimicus homo diabolus ſuperſeminauit ſuum peſsimum ſemen. Ne ergo leo hic nequam, nobis nocere valeat & ne quod abſit, quemquam fidelem deglutiat, Saluator mũdi hac parabola nos docet quãta nobis ſit opus vigilantia. Dormiẽtibus truculentus inimicus venena ſua infundit, non vigilantibus. Quippe qui operibus ſanctis, aſsiduiſque orationibus inſtant. Ait ergo Euangeliſta Matthæus.

Dixit Ieſus diſcipulis ſuis parabolam hanc: Simile factum eſt re- Euangelium.
gnum cælorum homini, qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo.
Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius & ſuper ſemi- Matt.13
nauit zizania in medio tritici, & abijt Matthæ.13.

In parabolis ſæpe loquebatur Chriſtus turbis, nã teſte Diuo Hie- S.Hiero.
rony. Paleſtinis talis erat loquẽdi modus. Ad hæc Dauid de Meſsia Pſal.77.
vaticinatus fuerat dicẽs: In parabolis aperiã os meũ, loquar propoſitiones ab initio. Matthæus hãc rationẽ adducẽs ſic habet. Sine parabolis nõ loquebatur eis, vt adimpleretur quod dictũ eſt per prophetã: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abſcondita à cõſtitutione

ſcientes quoniam ſtultus velit nolit, ſeruit ſapienti. Huc pertinet illud Pauli: Diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum. At contra iniquis omnia vertuntur in diſpendium. Honor, opes, ſalus, & vita, & quę Deus optimus ad pœnitentiam eis erogat, in eorum iacturam cooperantur. Quid plura? Ex patratis ſceleribus non vulgarē fructum electi Dei hauriunt. Equidem cautiores reſurgunt deinde, & fragilitatem ſuam agnoſcētes clamant: Bonum mihi quia humiliaſti me, vt diſcam iuſtificationes tuas. Ecce quid ſubeſt cauſæ, vt in eccleſia rex omnipotens Chriſtus, procaces & impios homines viuere ſinat. Mira res, peccata ipſa electis Dei ſunt frugi, tantum ab eſt vt peccatores damnum aliquod eis inferant. Zizania ergo oportet eſſe inter triticum, ad ſeculi finem vſque. *Pſal.*

Ceterum Saluator noſter eſt, qui optimum ſeminat ſemen, cuius dogmata tam ſunt electa & ſancta, vt nihil lolij habeant, ipſo dicēte: Verba quæ ego loquor ſpiritus & vita ſunt. Perinde dicat, ea quæ ſunt ſpiritualia præ ſe ferunt, & vitam æternam pollicentur illa obſeruantibus. Huc attinet illud beati Petri: Quo ibimus, verba vitæ æternę habes? Ex hoc ſemine optimo, tot iuſti oboriuntur, & in eccleſia omnes fideles enaſcuntur, imitantes Chriſtum ſeminatorem per omnia, mundi luxum calcantes, & carnis lenocinia prorſus ſpernentes. Vnde orabat propheta: Incola ego ſum in terra, non abſcondas à me mandata tua. Hoc eſt, quoniam in hoc exilio dego, vbi tot ſunt peccatorū tenebræ, vt poſsim bonū ſemē eſſe, mādata tua mihi oſtēde. O miram Dei in nos pietatem, filius Dei altiſsimi huc venit, vt filios regni regeneraret, quiq; antea Adæ filij & ſemen nequam erant, imò filij iræ naſcebantur, vt Paulus admonet. Voluntariæ genuit nos verbo veritatis, ait Iacobus. Hinc palam eſt, Adam filios iræ genuiſſe, Chriſtus autem filios Dei nos effecit. Vt enim ager incultus ſpinas & tribulos generat, etſi quas herbas profert, pabula iumentorum ſunt, & fruſtraneæ. Sic niſi ſator Chriſtus adſit homines alioqui ſapientes, vt fuere philoſophi, non niſi arbuſta & herbę innanes ſunt. De quibus Eſaias ait: Vægenti peccatrici, ſemini nequam, filijs ſcelēratis, dereliquerunt dominum. Atqui de filijs regni inquit Petrus: Generati eſtis non ex ſemine corruptibili, ſed incorruptibili, per verbum Dei, permanētis in æternū. Hos planè Saluator ſeminat in hoc mundo, quando per verbum vocat in fidem. Mirabile dictu, fratres quam ſit potēs ſemen hoc Dei, de quo in pſalmo: Potens in terra erit ſemen eius. En filios Dei adeò potētes vocauit fore in hac vita, vt *Ioan.* *Pſal.* *Iacob. 1.* *Eſai.* *1. Petr. 1.*

cum Apoſtolo clamare audeant: Omnia poſſum in eo qui me cõfortat.. Eodem attinet ſententia illa beati Ioannis quippe quæ nónnihil habet difficultatis. Omnis qui ex Deo eſt non peccat, quia ſemẽ Dei
1. Ioan. 3. manet in illo. Ac ſi patenter dicat. Qui verbum Dei in corde retinet, in peccato non permanebit vſque in finem. Cur ita? Quoniam reſipiſcet & pœnitentiam tandem aget, quamquam vt fragilis labatur. Ad hæc verſipellis & aſtutus dæmon tam eſt inuidus & fallax, vt videns à Chriſto bonum triticum ſeminatum in agro mundi nihil, intentatum relinquit, quo ſuperſeminet zizanium ſuum iniquum. Is inimicus Dei vocatur, quia ſuperbia eius ipſum excæcauit, & ob id è cælo eiectus in lacum ſulphureũ, flammis exuritur. Inimicus hominis eſt
Gene. 3. ad exordio mundi, quare homicida vocatur. Quin & dominus ei dixit. Inimicitias ponam inter te & mulierum, inter ſemen tuum & ſemen illius, ipſa conteret caput tuum. En bellum iuge quod gerit contra filios Dei diabolus, rugiens velut leo, quæritanſque, nullum non mouens lapidem, vt habeat quem deuoret. Quique nil poteſt contra nos, niſi ſomno ingraueſcente. Ideò dictum eſt, dum dormirent homines. O execrandam hominum pigritiam, ò vehementer deteſtandam eorum inertiam, dæmonis technæ, & anfractus nihil aduer-
Iacobi. 4 ſus nos valent, niſi ſomno indulgeamus. Iacobi dogma audite. Reſiſtite diabolo, & fugiet à vobis. Nõne vecors & fragilis eſt hoſtis, qui confeſtim, vt ei reſiſtitur, fugam capit, & terga vertit? Verum dracho nis fortitudo ſomnolentia miſera hominum eſt, dormiunt homines quando ab animarum cuſtodia torpeſcunt. Hinc diuus Auguſtinus. Dormiunt homines cum negligenter prepoſiti eccleſiæ nõ attẽdunt
Canti. ſuper grege ſuo. Quorum vox ea eſt: Poſſuerunt me cuſtodem in vineis, vineam meam non cuſtodiui. Beati qui vt paſtores Bethleem vigilant ſuper gregem ſuum, hoſce planè lux de cælo circunfulget, & angelum Dei nuntium loquẽtem audient. Ii rationem optimam reddent, principi paſtorum Chriſto Ieſu aduẽtanti, & in iudicio ouium ſuarum rationem depoſcenti. Sed proh dolor non ſolum paſtores quidam dormiũt, vt diabolus hæreſes ſeminet quãplurimas, ſcceleraq; innumera plantet, ſed nós peccati ſomno dediti aditum diabolo paramus, ſtertimus torpore iniquo pigritâtes. Alioqui Apoſtolus non diceret: Surge qui dormis, reſurge à mortuis, & illuminabit te Chri-
Ephe. 5. ſtus Ecce lethalis ſomnus peccati, qui animam enecat, quem vocauit dormientem eueſtigio mortuum appellauit. Et iterum: Omnes filij lucis eſtis, & filij Dei. Non ſumus noctis neque tenebrarum, igitur

non dormiamus,ſicut cæteri,ſed vigilemus & ſobrij ſimus. Agite iã fratres hora eſt iam nos de ſomno ſurgere, abijciamus ergo opera tenebrarum,in quibus ante hac dormitabamus, & induamur quampri mum arma lucis, gratiæ Dei & virtutum omnium, quippe quæ ſole ipſo clariores ſunt & candidiores. Vbi maximè obſeruandum quod zizanium nõn apparuit, niſi iam accreſcens, & fructum proferens. Nam praua vtique dogmata & iniqua deſideria, non niſi ex fructibus eorum dignoſcuntur. Sanè omnes hæretici, veluti diabolus eorum pater, transfiguram ſe in angelum lucis. Dicentes verbum Dei, euangelium Chriſti, quum nihil minus prædicent quam Chriſtum Ieſum. Imò ſub ouina pelle, vt optimè Saluator admonet, lupi rapaces delitescunt. Hinc dominus, ex fructibus eorum agno ſcetis eos. Quinam fructus? Planè carnis verſutæ peccata quorum ſeminator inimicus homo dæmon eſt. Hinc inuidiæ, ſimultates, ſectæ, voluptates cædes, & alia id genus mala enaſcuntur. Vnde Ioannes abſolute ait: Qui facit peccatum ex diabolo eſt, quoniam ab initio diabluos peccat. Ecce quam adamuſim ſementa dogmatum diiudicare licebit, oremus dominum ſupplices, ne nobis vt Ionæ contigat in profundo nauis obdormire, maris procellis ſæuientibus. Nam ſunt quidam adeò improbi vt cum in profundum malorum venerint contemnant. Quos Salomon ſuſpirijs extremis deplorat Platonis ſententia notanda eſt. Principes qui noctu vigilant hoſtibus ſunt formidabiles, ſuis ciuibus vehementer amabiles. Verum ſententia hæc homine ſapiente eſt digna.

1.Theſ.5. 1.Cor.11. 1.Ioan.3. Prou.18.

Accedentes autem ſerui patrisfamilias dixerunt ei. Domine vis imus & colligimus ea? Et ait non, ne forte colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticum. Text.

Serui domini zelo magno accenſi angeli ſunt, vt Saluator noſter nobis expoſuit. Quibus facilè erat omnes ſarracenos, turcas & hæreticos interimere. Imò vnus eorum tantum in exercitu ſenacherith nocte vna magnam ſtragem fecit. 180. millia hominum occidens. Veruntamen miſericos & miſerator dominus longanimis & multum miſericors, non ſtatim vlciſcitur, ſed lentè agit, nolẽs aliquos perire, ſed omnes ad pœnitẽtiam reuerti, vt diuus Petrus teſtatur. Non ſunt peccata Amorreorũ adimpleta, dixit olim Deus. Vel angelici viri hi ſunt, qui tot mala in mundo aſpectantes flẽt ingemiſcẽtes gloriam Dei zelãtes. Talis erat Moſes q videns peccata populi tabulas digito Dei.

Pſalm. Exod.30

omnes malos perdere,non autem iudex interficere hæreticum. Neque enim ſine cauſa,gladium portat,ad vindictam malefactorum ad laudem verò bonorum. Iterum angelis prohibetur colligere improbos quando erradicandus eſt bonus. At vbi bonus non erradicatur hæreticus comburatur oportet. Sublato enim Loth de medio Sodomorum angeli homines peſsimos ignibus tradunt. Verum ſi in lege veteri filium iactantem maledicta in parentes Deus præcepit lapidare,quāto magis hæreticus qui blaſphemare aduerſus Deum audet, eſt occidēdus. Notandum quidem, quod dum Chriſtus Ieſus in hac vita nos plectit veluti igne nos probat. Iuxta illud:Igne me examinaſti,& non eſt inuenta in me iniquitas. At vbi zizania colligere iubet & in faſciculos congregat iudex in caminum ignis, tunc grauiſsima, & perpetua ira Dei infligitur impijs. Quandoquidem ibi erit fletus & ſtridor dentium,tranſibunt enim ab aquis niuium ad calorem nimium,teſte Iob. Erit pœnitentia,ſed fruſtranea quia ſerotina. Pœnitentiam agentes ait ſapiens, & præ anguſtia ſpiritus gementes. Quid plura? Manducabūt linguas ſuas præ dolore,ceu in Apocalypſi ſcriptum eſt. Hæc omnia propter nos fratres ſcripta ſunt,vt labores non fugiamus,quos Chriſtus nobis immittit. Sciētes,quoniam horrendū eſt incidere in manus Dei viuentis. Quin ſi patientia adſit,quod momentaneum eſt,& leue tribulationis noſtræ, ſupra mundum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis. Sanè ſingula verba magnam emphaſim habent,vos in corde veſtro ea expēdite, pœnitius conſiderantes,qualiter ab hoc momento calamitoſo pendeat beatitudo æterna. Colligent itaque zizania in faſciculos, hoc eſt, perpetuis vinculis perditionis conſtringentur, & in ignem mittentur. Dicente Diuo Ioāne: Deſcendit ignis de cælo,& deuorauit eos. Et diabolus qui ſeducebat eos, miſſus eſt in ſtagnum ignis & ſulphuris. Vbi beſtia & pſeudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte, in ſecula ſeculorum. Fas eſt vt cum diabolo pœnas luant,qui diaboli ſcelera imitantes,ſpontè Chriſtum Ieſum reliquerūt. Ius inquam, erit, vt qui diaboli furorem & procacitatem ſectati ſunt, ad mortem vſq; mala patrantes, cum diabolo perpetim pœnas dent commeritas. Nonne duodecim ego vos elegi,& vnus ex vobis diabolus eſt? Ait dominus,de improbo Iuda loquens. Peccator quidem vocatur, qui labitur,quia fragilis, nihilominus reſurgit & pœnitet. Qui verò vitā omnem in delicto tranſigit,is diabolus es.

Rom.13. *Gene.18.* *Pſal.* *Iob.* *Sapi.5.* *Apoc.16.* *Apoc.20*

Nolim vos latere fratres,quod donec Meſsis veniat inter zizania viuen-

Canti. viuendum eſt. Imò ſponſus in canticis lilium inter ſpinas vocat ſponſam ſuam, quæ hæc Romana Eccleſia eſt, vel quælibet anima ſancta. O flos delicate & candens lilium, ait Bernardus, vide quomodo caute ambules, inter ſentes. Verum inter ſcorpiones viuimus, quos caue-
Ezech.2. re iubemur, non occidere, niſi iudicis authoritas adſit. Aduertendum quod lilium vnum eſt, ſpinæ quidem multæ. Vix tercentum erant in exercitu Gedæonis, vbi primo triginta millia Hebræorum nu-
Iudith.7. merata ſunt. Relictus ſum ſolus aiebat Helias flens, cum malorum cuneos inſpexiſſet. 3. Reg. 19. Atqui ne inter zizania viuere ægrè feramus, memores ſimus, quod aliquando, & nos zizanium fuimus. Ne abominaberis Aegyptium, ait dominus, quia tu aliquando in Aegypto fuiſti. Eratis aliquando tenebræ, inquit Apoſtolus, nunc autem,
1. Cor. 6. lux in domino. Et rurſus: Hæc enim fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſanctificati & iuſtificati: & tranſlati de morte ad vitam. Non quidem eſt triticum qui non zizania tolerat, ſed lolium. Audite vocem veri frumen-
Pſal.119. ti. Cum iis qui oderunt pacem eram pacificus. Veniet dies illa domini, & tunc zizania euellentur in faſciculos alligabũtur, vt quos ſimilis culpa inquinauit, par pœna cõſtringat. Si autẽ quis roget, quor-
Eſai.24. ſum Eſaias ait, congregabũtur in cõgregatione vnius faſcis in lacum? Sanctus Hieronymus ait: In vno eodem manentes loco, diuerſa tamen ſupplicia habebunt. Gehenna vna eſt non tamen cunctos vna eadem pœna plectit. Nam in cælo manſiones multæ ſunt paratæ
Ioan.14. iuſtis. Infelices eos dixerim qui in ſceleribus ſuis permanſerint, nam vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur vnquã: ipſi tamẽ moriẽtur, nam fiet illis mors ſine morte, finis ſine fine, quia mors viuit, & finis incipit. Quis niſi demens hæc audiens non obſtupeſcit? Quis poſthac in peccato perſiſtere audebit? ſtipẽdia peccati mors eſt
Pſalm. at mori cum Satana quis vult? Si verò quis diligit vitam, & dies cupit videre bonos, prohibeat linguam ſuam à malo, & labia ſua ne loquãtur dolum. Inquirat pacem & perſequatur eam quemadmodum regalis propheta cõmonefacit. Enimuerò ſi in hac laborioſa vita, nihil dulcius ipſa vita, quanto ſuauior, hac mellitior erit cæleſtis & beata vita? Vbi profectò fames nõ infeſtat, aut ſitis, dolor non cruciat, mortis timor non attingit, vbi denique nihil malum, ſed omne bonum
Exod. inuenitur. Dicente domino Moyſi: Ego oſtendam tibi omne bonum. Et Dauid: ſatiabor dum apparuerit gloria tua. De iis qui Deo famulatum & iuge obſequium offerunt, ait nũc pater familias, meſſoribus.

Triticum

Triticum autem congregate in horreum meum. *Text.*

Ecce quam ſit varia ratio zizaniorum & tritici. Illi colliguntur violenter, quia non vltro moriuntur. Dicente domino de auaro diuite: Hac nocte repetent animam tuam à te. Quæ congregaſti cuius erunt? Imò ligatis manibus & pedibus mittentur in tenebras exteriores. Quorum typum ille gerebat qui veſtem nuptialem non habuit, in nuptijs filii regis. Iuſti autem viri qui nomenclaturam tritici habent, congregantur, eò quòd ſponte obeant, & optimo Deo gratias agant, quãdo ſeculum hoc calamitoſum deſerũt. Quin cum Apoſtolo ſæpenumero orantes aiunt: Deſiderium habens diſſolui & eſſe cum Chriſto. Rurſus cum Dauide, diu noctuque precantur: Domine educ de carcere animam meam, vt confiteatur nomini tuo. Sed heu, quam pauci corde & hore, orationes haſce proferunt. Etenim perfectorum hæc precatio ſancta eſt. *Pſalm.*

Congregate triticum in horreum meum ait. *Text.*

Electos in hac vita bene trituratos, & à paleis ſeparatos in cæleſtes manſiones fert. Et quoniam hic pacem & vnitatem dilexerunt, ibi perpetua caritate Deo vnientur. Ii ſunt de quibus in pſalmo: Euntes ibant & flebant mittẽtes ſemina ſua, ideſt opera bona patrantes & ob eam rem, venientes venient cum exultatione, portantes manipulos ſuos, nam opera illorum bona ſequuntur eos. O quanto gaudio perfruentur, qua lætitia potientur, verbum illud mellitum audientes: Intrate in gaudium domini veſtri. Et iterum: Venite benedicti patris mei percipite regnum, quod paratum eſt vobis à patre meo. Huius gaudij mirabilis non oblitus Eſaias ait: Lætabuntur coram te ſicut lætantur in meſſe, ſicut exultant victores capta præda quando diuidunt ſpolia. Accommodæ ſimilitudines hæ ſunt. Nam agricolę tempore meſsis laborum omnium obliuiſcuntur, fructum vberrimum ſudoris ſui coram vidẽtes. Idq; milites victoria parta faciunt iubilantes, & mirum in modum exultantes de triumpho hoſtium adepto. Ad eãdem imaginem viri ſancti ineffabili exhilarãtur gaudio, laborum omnium immemores, videntes Deum facie ad faciem. Lętitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium & exultationem obtinebunt. Et hic notãdum quod ille plus gaudij habebit in cælo, qui plus caritatis habuit in terra. Nam gaudium caritatis effectus eſt. Quam ob rem Apoſtolus, inter fructus ſpiritus gaudium ad numerat. Fructus autẽ ſpiritus eſt pax, gaudium. S. Tho. 2.2. q. 28 ar. 4. Itaq; nec eſt virtus Theologica, nec moralis, ſed actus vel effectus caritatis. *Pſalm.* *Matt. 25.* *Eſai.* *Gala. 5.*

Quæſt. ritatis. Ceterum quid de paleis erit, quæ eadem radice fulciũtur cum tritico? Nam omnes orthodoxi eandẽ fidem habent, ſiue probi ſint ſiue improbi. Hæretici & infideles non cõmunicãt nobiſcum in radice, fidẽ vtiq; non habent, ſine qua impoſsibile eſt placere Deo. Ioannes Baptiſta hãc obiectionem ſoluat. Cuius ventilabrũ in manu ſua. Et purgabit aream ſuam, triticum in horreum ſuum congregabit, pa-

Matt.3. leas autem comburet igni inextinguibili. Ecce quid fiet de orthodoxis qui etſi fidem habeant, fidei ſanctæ opera non habent, vt paleæ in ignem mittentur & ardent, cum infidelibus & hæreticis qui zizania fuerunt. Nemo ergo ſibi blandiatur dicens credo: Dæmones credunt ait Iacobus & contremiſcũt. Oſtẽde igitur fidem tuam ex ope-

Iacobi.2. ribus, ſi triticum Chriſti eſſe cupis, & in horreum, hoc eſt in regnum Dei congregaberis, & non cum paleis in gehenna ardebis. Mirabile dictu fratres, in regno illo cæleſti, fulgebunt iuſti ſicut ſol ait dominus. Nempe vt ſol irradiabunt, quoniam nihil tenebroſum in eis erit, ſed lucidum & fulgẽtiſsimum. Et qui in hoc exilio oppreſsi & vexati à malis fuerant, & veluti tenebroſa nube calamitatis obducti degebant, tunc vt ſol qui prius & in nubilo irradiantes corruſcabũt. Huc

1.Ioan. pertinet illud Ioannis: Cariſsimi filij Dei ſumus ſed nõdum apparuit quid erimus. Hoc eſt, pauperes & deſpecti ſumus, vt purgamẽta mũdi huius facti. At cum rex noſter Chriſtus apparuerit, in extremo iudicio, ſimiles ei erimus, ſolis inſtar fulgẽtes, & videbimus eum ſicuti eſt. In maieſtate ſua & gloria eum intuebimur. Vos fratres date operam obſecro, vt ſeminetis non in carne ex qua corruptio oritur, qui

Galat.6. in illa ſeminauerit palea erit. In ſpiritu ſeminãtes de ſpiritu metetis vitam æternã, vt pulchrè Paulus nos hortatur, & ratio ipſa ſubindicat.

Summa. Satis ſupraq; de parabola zizaniorum diximus, poſt hac aſtutias Satanæ intelligite qui molitur inter doctrinam ſanctam ſuperſeminare ſua zizania praua, & ſectas varias, dogmata lethalia, tãquam inimicus fraudulentus ſpargere nititur. Eam ob rem cauete, ſciẽtes quoniam liliũ inter ſpinas ſancta Romana eccleſia eſt. Nec oportet dormire vbi leo rugiens diabolus non dormitat, deuorare cupiẽs animas fidelium. Quod ſi vos Saluator ab hac peſte liberauit, ita vt fidem integram habeatis, ſatagite per bona opera certam facere vocationem veſtrẽ. Ad hæc, improbos homines in ſpiritu lenitatis corripite, vſq;

2.Timo.1 ad meſſem expectãtes. Eo quod Deus ſcit qui ſint eius, & quãdo qui vt zizanium reputabatur electum triticum Chriſti erit. Idq; in Paulo videre eſt, quippe qui ex lupo agnus, & ex perſequutore doctor

egregius

egregius gentium factus eſt. Scitote cariſsimi quod in horreum Chri ſti congregati gaudebitis gaudio magno, exultantes toto pectore lau dabitis regem gloriæ Chriſtum Ieſum. Cui ſit honor & gloria, cum Patre & Spiritu ſancto, Amen.

Primò notandum, quò tendat hæc parabola zizaniorum, planè ſcopus eius eſt, quam ſit atrox quãq; furibunda rabies diaboli contra homines palam facere. Quippe qui vt eſt vafer technas & anfractus ſuos parat, quo inter pios homines impios & ſcelestos immiſceat. Quos diaboli proceres Saluator appellat. Sic iniquus hoſtis perimere probos viros nititur à mũdi exordio. Vnde Cain ſurrexit in Abel fra trem ſuum quem dolo occidit. Iſmael aduerſus Iſaac, qui natus erat ex Spiritu, vt Apoſtolus narrat. Eſau cõtra Iacob, Saul rex ſuperbus malignatus eſt aduerſum Dauid mala multa. Vnde oportet quidem, duos ſeminatores agnoſcere, alterum optimũ qui ſeminat filios Dei, & hic Chriſtus Ieſus eſt, quiq; eo venit vt poteſtatem nobis præberet filios altiſsimi fieri, credẽtes in eum, eiuſq; mandata adimplentes: Alter vero ſeminator diabolꝰ eſt, qui ſeminat filios perditionis, quos zizania in medio tritici Saluator vocat. De quibus ipſe phariſæis & legiſperitis dixit: Vos ex patre diabolo eſtis. Et vnde tam peſsimi pa tris filij fiant ſtatim aperuit: Voluntatem eius vultis adimplere. Itaq; non natura, ſed veſtrapte malitia tam iniqui parentis ſoboles eſtis, ipſe homicida eſt ab initio interficiens primos parentes in paradiſo, & vos eius veſtigia ſectantes me occidere conamini, ideo ex diabolo nati verſutiam illius imitamini. Quamobrem niſi pœnitentiam egeritis, cum illo peribitis in tartaro ardẽtes nunquam exituri. Ecce quãtũ intereſt, quis nos ſeminet Chriſtus, an diabolus: filij diaboli ſurgent in ſupplicium perpetuum, filij Chriſti in vitam æternam.

Annot.1.

Gene.

Ioan.

Secũdò, quã ſit fragilis dæmõ eiuſq; potẽtia infirma, vel ex hoc per ſpicuum eſt, quod nihil hominibus mali inferre valet, niſi ipſi dormie rint, & ſe in ſpiritualibus ignauiter geſſerint. Itaq; eius fortitudo & vi ctoria contra nos, noſtra inertia & ignauia eſt. Alioqui Saluator non diceret: Dum dormirẽt homines, venit inimicus & ſuperſeminauit zi zania in medio tritici, & abijt. Aduertendum quod tam ſunt propẽſi homines ad malum, tamq; ſoliciti in ſceleribus patrandis, vt diabolo abeunte, & ſemel prauo conſilio ſuo iacto, ipſi perperam agant. Ziza nium autẽ quod ſeminat vel ſectę aut hęreſes ſunt, quas eius ſuggeſtu oriri, heu hoc in noſtro ſeculo videmus. Rurſus zizania & ſcandala quæq; in eccleſia oborta, per improbos homines fore nõ dubitamus,

2.

Nota.

Matt.18. domino teſtante. Neceſſe eſt vt veniāt ſcandala. Vęh tamen illi per quem ſcandalum venit. Quæ omnia versutus hoſtis operatur noctè veniens, quando ſtertūt homines ſomnolenti, verbum Dei & ſacroſancta ſacramenta, & eorum vſum contēnentes. Quippe quæ, ſalutaria dona & antidota animarum ſunt. Quæ innumera mala vel maximè truculentus dæmon patrare poteſt, dum paſtores, & concionatores, ac confeſſores non inuigilant, vtinam in Germania, & in Anglia ij omnes ſcubias agerent, nec vt canes muti forēt, non volentes latrare. Eſai. 56. faxit Chriſtus Ieſus vt in Hiſpania noſtra, nihil tale contingat, vbi domino opitulante fides viget, & dogmata ſancta à cunctis propinātur prædicatoribus. Per omnia benedictus Deus.

3. Tertiò, tota animi contentione eo laborandum eſt, vt vigiles nos ſeminator zizaniorum Satanas inueniat, qui adeò vecors comprobatur vt ſcriptum ſit: Reſiſtite diabolo & ſugiet à vobis. Non ob id hoc

Iob. dictum eſt, vt noſtris viribus tantum fidamus, dicēte Iob: Non eſt poteſtas ſuper terram quæ comparetur ei. Opus quidem habemus ſummi numinis gratia ſine qua tanquam puluis ante faciem venti ſumus.

Ioan. Huc attinet illud, ſine me nihil poteſtis facere. Imò gratia Chriſti ſublata iuſtitiæ noſtræ ceu pannus meſtruatę ſunt. Adhæc nequis labatur miſerè, amplectendum eſt dogma illud Saluatoris: Attēdite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autem ſunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoſcetis eos. Matth. 7. & rurſus. 1. Ioannis. 4. Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate an ex Deo ſint. Idque apoſtolus ſuadet: Obſeruate eos qui diſſenſiones ſeminant. Ecce quàm nos oporteat vigilare, ne quod dñs auertat labamur, ob oculos ſemper habētes illud Apoſtoli: Qui ſtat videat ne cadat. O quos noſtra hac tempeſtate, vt ſtella in cęlo fulgentes vidimus, qui ruentes confeſtim perierunt. Nos ergo ſummoperè caueamus ne ſuperbia inflati à fide decidamus vnquam.

4. Quartò quanuis dñs dicat in parabola, ſinite vtraq; creſcere vſque ad meſſem, hoc eſt, vſq; ad mundi finē, non ideò vetat quò minus improbi pœnis cōmeritis plectantur, dicēte dño alibi: Qui gladio occiderit gladio peribit. Matth. 26. Quāto magis occiſores animarum occidendi ſunt? Lex diuina ſic diſponit, quæ ſic habet. Propheta, aut fictor ſomniorum interficietur, quia loquutus eſt, vt vos auerteret à

Deut. 15 domino Deo veſtro. Quod quidē ſic mādatum erat, vt nec filio, nec fratri, nec amico eſſet parcendum. Et rurſus in Exodo. 22. Non patieris maleficos viuere. Idque in Zacharia legimus. c. 13. Concilia ſan-

cta et ſanctiones eccleſiæ idipſum ſanxerunt. Eam ob rem hæreticus ferendus non eſt, imò priuatim aut publicè puniendus vt vel emendatus pœnitentiam ſubeat, vel ſi pertinax fuerit, extremo plectatur ſupplicio, veluti diuus Auguſtinus docet epiſtola ad Parmenianum: Planè tempore Theodoſij imperatoris ſerio mãdato Donatiſtæ coacti ſunt, vt nollentes ad fidem ſanctam reuerti per verbum Dei, pœnis debitis cruciarentur. S. Auguſtinus epiſt. 50. ad Bonifacium. Et ad Vincentium epiſto. 48. S. Aug.

Quintò, quam ſit pius parens Chriſtus Ieſus patienter agens erga improbos, potiſsimè in hac parabola palã apparet. En gemina dulcedo in eius pectore lucet. longanimitas in expectãdo vſque ad meſſem, ideſt vſque ad ſeculi finem. Subinde agilitas in donando, iuxta illud: In quacunq; die ingemuerit peccator, omnium iniquitatũ quas operatus eſt non recordabor amplius. Quin & ipſe ſua nimia caritate rogat eos qui temerè & ſtultè in eum peccauerunt, ſtans ad oſtium & pulſans, ſummoperè affectãs in corde noſtro habitare & cœnare. O ſtupendam & modis omnibus laudibus euehendam Chriſti Ieſu pietatem. Eodem pertinet illud Eſaiæ: Expectat vos Deus, vt miſereatur veſtri, & exaltetur in vobis. En longanimitas ingens quã exercet Deus in nos. Vt miſereatur nobis expectat, non vt diris cruciatibus puniat. Patienter vtiq; agit, vt à ſomno peccati ſurgẽtes ſalutem conſequamur, & qui zizania erant triticum fiant: & per pœnitẽtiam ſalutarem filij Dei effecti non in ignem mittantur, veluti de zizanijs dictum, & de palleis eandem radicem fidei cum tritico habentibus. 5. Ezec. 18. Eſai. 30.

Sextò aduertendum, quanti Saluator mundi electos ſuos faciat. Quippe qui & ſi in hac vita inglorij, & ſpreti in oculis hominum appareant, planè coram rege regum Chriſto magno habentur honore. Iuxta illud: Honorificantes me honorificabo: qui contemnunt me erunt ignobiles. 1. Reg. 2. Et Saluator ore ſuo ſacro inquit: Quicunq; honorauerit me coram hominibus, honorificabo & ego eum coram patre meo. Ecce merces magna quam Chriſtus ſuis athletis pollicetur. Et hoc eſt horreum in quod congregare præcipit angelis triticum ſuum. Quo ænigmate nos docet, regnum cælorum ceu horreum fore, vbi omnes ſancti cum angelis gaudent, Chriſtum Ieſum facie ad faciem videntes, indefeſſe eum collaudantes. 6. 1. Reg. 2.

IN FESTO SANCTI ILLEFONSI ARCHIEPISCOPI TOLETANI.

DECLAMATIO. XVIII.

Miles ſtrenuus Paulus fratres cariſsimi, qui tot victorias de infeſtiſsimis inimicis magno labore captarat, pluresque triumphos domino opitulãte ſibi vendicarat, volens nos paratos reddere ad hoſtilia bella, & inopinatos Satanæ

Rom. 13. incurſus, Romanis ſcribens ſic ait: Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sic vt in die honeſte ambulemus. Præmiſerat paulo ante rationem non paruipendendam. Hoc ſcientes, quia hora eſt nos iam de ſomno ſurgere. Nũc propior eſt noſtra ſalus quam cum credidimus. Nox præceſsit, dies autem appropinquauit. Perinde dicat: Tempus illud lapſum eſt, quando gentes ambulabant in tenebris, & ſedebant in vmbra mortis, idola muta, quæ nimirum dæmonia ſunt adorãtes, vt vates ſacerrimus Eſaias prophetarat.

Eſaiæ. 9. Fas nõ eſt poſthac ſomno indulgere, & in vtrãq; aurẽ dormire. Hora felix adeſt, vt iam Hebræi qui velamine Moſi obũbratam tenebãt euangelicam veritatem: ſurgant, cælica luce aduentante, & illuſcente euangelio. Lex quidem per Moſem balbum, data eſt, gratia & ve-

Ioan. 1. ritas per Chriſtum Ieſum facta eſt. Lex illa vmbram habebat futuro-

Hebr. 10 rum non autem imaginẽ rerum. Propior planè nũc ſalus animarum noſtrarum eſt, quam olim. Tunc priſci patres Chriſtum credebãt & amabant venturum, nũc verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Dies autem appropinquauit, ſol iuſtitię ortus eſt, qui vmbraticas legis antiquæ cæremonias, ſuo fulgore & mirabili luce effugauit, erroresq; totius mundi interemit. Eam ob rem opera tenebrarum, quæ ſunt opera carnis, adeò conſpicua ac manifeſta, vt nemo rationis cõ-

Galat. 5 pos, ea ignorare queat, proijciamus confeſtim oportet. Tenebrarum opera ſanè ſunt, quæ operatores ſuos in exteriores baratri tenebras eijciunt.

eijciunt. Quibus depoſitis ſubinde induamur arma lucis. Sic vt in die honeſtè ambulemus. Vnde Diuus Auguſt. in Pſalmum. 76. in comparatione infidelium, nos in die ſumus, ſed iſte dies vitæ fidelium nō ſufficit, hic quanuis dies ſit, tentatio eſt vita humana ſuper terram. Itaq; dies quem habemus, nox eſt in comparatione angelorum. Habebunt fideles illum diem, cùm erunt æquales angelis, quod illis in reſurrectione promiſſum eſt. Ob id armis lucis indigemus, operibus ſanctis vel maximè opus habētes ne forſam cum inimicis manus conſerentes ſuccumbamus. Ad hāc luctam quotidianā, rex noſter Chriſtus Ieſus nos hortatur, in euangelio quod nuper nobis lectū eſt. Sint lumbi veſtri præcincti, habētes lucernas in manibus veſtris, ait. Nos viribus noſtris diffiſi, ſummi numinis confiſi, explanationem ſacri euangelij aggrediamur, quo in ſecunda parte declamationis, nōnulla de beato Illefonſo, deque eius mira ſanctitate, & ardenti affectu, in Deiparam glorioſam virginem dicamus. Euāgelium igitur ſic habet. S. Aug.

Sint lūbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Luc. 12

Sanè in ſacra ſcriptura præcinctio, ſignum eſt militis ad prælium parati. Vnde in Geneſi legimus Gad accinctus præliabitur. Hoc eſt præparatus & expeditus procedet ad hoſtes debellandos. Huc pertinet illud. 4. Reg. 3. Moabitæ videntes quod tres reges deſcendiſſent, vt pugnarent aduerſus eos, conuocauerunt omnes qui accincti erant baltheo deſuper. Ecce quomodo præcinctio ſymbolum erat militis ad bellandum deſtinati. Saluator mundi præcipiens ſuis fidelibus quod lumbos accingant, eos vult paratos & expeditos ad prælium, ne fortè hoſtes ſpiritales qui excubias agūt, vt nos interficiant imparatos inueniant. Nonne vita hæc militia eſt ſuper terram? vel vt ſeptuaginta dicunt. Tentatio eſt vita hominis ſuper terram? Si ergo vita ipſa mortalis iugis militia eſt, quam vigilantes, quāq; accinctos ad præliandum nos oportet eſſe? Equidem baltheus quo Chriſti milites & tirones, accincti præliantur, fides ipſa eſt. Non quæuis ſed quā graphice depingit Paulus, quippe quę per caritatē operatur. Hæc ſanè veluti cinctoriū veſtē colligit ne humū verrat, hæc ſuperflua quæq; abſcindit, tam in victu quam in veſtitu. Imò fides caritati coniuncta inopes ſolatur, pauperes ſubleuat, & cū ſibi parca ſit, proximis admodū liberalis & pia ſemper fore cōprobatur. Hæc ſanè puella illa, quæ veſtē reginæ Heſter eleuabat erat, ne terram tāgeret. O mirabilem ſacræ fidei virtutē, qua roborati, eorūque retro ſunt obliuiſcentes ad ea quæ anteriora, quæ cæleſtia & æterna ſunt bona nos ipſos extendimus,

Gene. 49

Gala. 5.

Figura. Heſter. 5.

dimus,totó animi conatu,totoq; niſu,eò contendētes,vt ſpretis periturís bonis,gaudia æthereacapeſſere valeamus. Vox fidei ſanctæ ea eſt:Habentes alimenta & quibus tegamur,ijs contenti ſumus. Et rurſus:Qui habēt diuitias tāquam non habētes ſint, qui gaudēt tanquam
1.Cor.7. non gaudētes.Et qui vtuntur hoc mūdo tāquam non vtātur. Sanè orthodoxus qui fide hac accinctus & roboratus eſt, non in corpore eſt velut in domo,ſed vt in tabernaculo. Nō in terra theſauros cōdit ſed in cælo:vbi nec tinea eſt nec ærugo, nec fures illos rapere poſſunt. Tantū in zona geſtat,quātum ad dimēſum hodiernū ſatis eſt.Nō habēs ciuitatē manētem in hoc ſeculo nequā, ſed tota animi intētione, eò cōtendit vt cæleſtē Hieruſalē;quæ mater noſtra eſt,ac perinde libera,poſsideat perpetim.Is deniq; nō dormit aut dormitat vnquam; ſed cū propheta clamat:Vigilaui & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto,terrena cōculcans & cæleſtia flagrāti deſiderio appetēs,diu noctuq; in procinctu habēs arma,aduerſus hoſtiū impugnationes inopinatosq; incurſus. Quid quod zona illa aurea qua ad mānillas accinctus erat angelus qui Ioāni apparuit,hāc fidē caritate fultā præſi-
Apoc. 1. gnabat? & bene auro ſimilis fides ſancta eſt,ob ſplendorem mirabilē quē habet: pulcherrimā efficiēs animam,ita vt ſeſe continere non va
Cant.2. lēs ſpōſus eam vidēs clamet:Surge propera amica mea, colūba mea, formoſa mea & veni: Sed proh dolor quā multi fideles peccato ſeruiētes,quāuis aurū fidei poſsideāt auri fulgorē & pulchritudinē,haud
S. Tho. habēt.Caritas ſanè,quippe quę omniū virtutū forma eſt & decor, pec
2.2.q.23. cato mortali aduētante perit. Eā ob rē anima quæ ſole pulchrior ac
art.8. ſplēdidior erat,obſcura & fœdiſsima manet.Propheta dicēte: Deni-
Treno.4 grata eſt facies eorū ſup carbones.Et in threnis legim⁹:Quomodo obſcuratum eſt aurū,mutatuſq; eſt color eius optimus? ecce contra hæreticorū venenata dogmata,efficax argumētum. Equidē poſt piaculū patratā m fides manet quanuis mortua,nā aurū adhuc extat,colorq; eius optimus deſicit,caritate deficiēte.Alioqui,quicūq; eſſet mortali noxę obnoxius,infidelis maneret. Quod fieri non poteſt, quū fides integra maneat,& ijſdē articulis aſſentiat. Felix & nimium felix cariſsimi chriſticola;de quo verè dici poteſt. Erit iuſtitia cingulū eius,
Eſaiæ.11. & fides cinctoriū renum eius. Encomia quidē ſunt Meſsię ſi literam inſpiciamus,qui iuſtitia accinctus in mūdo apparuit,omnia legis mādata adimplens,iuxta illud:Non veni ſoluere legem ſed adimplere. Qui etiam miniſter circūciſionis, à Paulo appellatur. Is planè fide-
Ioan.8. litatem in omnibus ſeruauit dicens: Ego honorifico patrem meum,

& vos

& vos inhonoraſtis me. Saluator noſter fidem non habuit ſed viſionem beatificam, qua anima eius benedicta fruebatur ab inſtanti ſuæ cõceptionis. Quæ quidē viſio fidei noſtræ merces eſt magna, Diuo Auguſtino teſtãte: Viſio eſt tota merces. Et rurſus dñs: Hæc eſt vita æterna vt cognoſcãt te Deum verũ. Nos autē iuſtitiæ cingulũ habentes mãdatis Dei obediamus, & fidē integrã ſeruãtes cinctoriũ renum mordicus teneamus. Nec myſterio vacat, quòd dñs Moiſi præcepit: Cinges baltheo Aaron. Ecce fides ſine qua nemo placere Deo poteſt, de qua Saluator nunc ait: Sint lumbi veſtri præcincti. *Scotus. 3. d. 18.* *Exod. 19* *Figura.*

Et quia ſat non eſt fidem dũtaxat habere niſi fidei quis opera habeat, ſtatim dñs ſubnectit: Et lucernæ ardẽtes in manibus veſtris. Verum enimuero, ſi fidelis in veritate lũbos ſuos ſuccinxit, queãdmodũ Apoſtolus hortatur, quæ quidē veritas ipſa fides eſt, quæ primæ veritati innititur, quã ob rem ei nullatenus poteſt ſubeſſe falſum, par erit vt lucernas in manibus ſuis habeat. Hoc eſt, qui fidem ſinceram profitetur, operibus ſanctis illã ſe habere oſtendat. Nonne opera bona fidei orthodoxę proteſtationes quædã ſunt? Dicẽte B. Iacobo: Oſtēde mihi fidē tuã ex operibus. Vnde perſpicuũ eſt, nõ ſolum pro fidei defenſione mortē ſubire martyriũ eſſe, ſed pro quolibet actu iuſtitiæ pati necem rationē martyrij habere. Ratio eſt quã iam attigimus, nã opera ſancta proteſtationes fidei ſunt. Huc ſpectat illud: Beati qui perſequutionē patiũtur propter iuſtitiã, quoniã ipſorum eſt regnum cælorũ. Sanè S. Ioannes Baptiſta, non decollatus eſt, quia noluit idolis litare, nec quod Chriſti Ieſu fidē abnegare renuit, ſed pro veritate tuẽda paſſus eſt & martyrij palmã obtinuit, & in ſancta Eccleſia, ceu martyr verus colitur. S. Tho. 2. 2. q. 124. ar. 5. haſce fidei ſacræ proteſtationes dñs iure optimo lucernas ardẽtes vocat. Quod lucidius ipſe nobis oſtēdit. Math. 5. Sic luceat lux veſtra corã hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrē veſtrũ qui in cælis eſt. En ſcopus in quē tẽdere debēt orthodoxorũ orationes, eleemoſinę ieiunia, & alia id genus. Nēpè nõ vt popularē aurã qs adipiſcatur, nec vt hominũ laudē aucupetur, ſed in gloriã ſummi numinis oĩa referat oportet. Alioquin fruſtra cõſumpſit laborē & operas. Super ijs verbis Diuus Grego. ſic ait: Lucernas quippe ardẽtes in manibus tenemus, cũ per bona opera proximis noſtris exẽpla mõſtramus. Lũbos verò pręcingimus, cũ carnis luxuriã per cõtinētiam coarctamus. Quid plura fratres? vt facis portitor ſibi viã indicat & alijs, ſic bonũ opus, partim operatur fructũ exuberãtē, partim etiã proximis iter rectũ parat, nec *S. Tho. 2. 2 q. 1. ar. 3.* *Iacobi. 2.* *Matt. 5.* *S Greg. in homil.*

gradientes in via Dei impingant, & tenebras patiantur, vt pulchrè
S.Cyril. refert beatus Cyrilus. Atqui Diuus Gregorius exponēs illud Iob.31.
Si vidi ſolem cum fulgeret. li.Mora.22.c.6.Sol quippe in fulgore eſt
bonum opus in manifeſtatione. Scriptum eſt: Sic luceat lux veſtra
coram hominibus, vt videant opera veſtra, & glorificent patrem ve
Lucæ.12. ſtrum qui in cælis eſt. Et rurſum: Sint lumbi veſtri præcincti lucernæ
ardentes in manibus veſtris. Quod enim hoc loco fulgente ſole, id in
euangelio lucernis ardentibus deſignatur. Bonum quidem opus cum
in medio perfidorum lucet, lucerna ardet in nocte, cum vero in eccle
Nota. ſia reſplendet ardet in die. Bonum opus ſi adhuc tale eſt, quod ſoli
mali mirantur, lucerna in nocte eſt, ſi verò ita proficit vt mirari à bo
nis & perfectioribus poſsit nimirum ſol eſt. Adhæc bonū opus cum
per actiuam vitam corporis lucet, quaſi lucernę more, lumen ex te
ſta reſplendet. Cum verò per ſolam virtutem mentis in contempla-
tione attollitur, quaſi more ſolis de cælo lux veniens videtur. Ex qui
bus verbis profectò excellentiam boni operis intelligere poſſumus,
quod aliquando non modo vt lucerna, ſed vt ſol miro radio longè la
teque perluſtrat.

Animaduertendum quod ſuccinctioni lumborum, lucernam ar-
dentē annectit, quo perſpicuum ſit, quod nec caſtitas magna eſt ſine
S.Greg. in homil. bono operæ, nec bonum opus aliquid eſt ſine caſtitate. Sicut Beatus
Gregorius pulchrè aſſerit. Quantum ad parabolam ſpectat, nocturnum
tēpus deſcribitur quo expectatur dominus reuerſurus à nuptijs.
Ideò lucernæ accenſæ requiruntur, ne forte in tenebris offendantur
adueniente domino. Lucernæ autem partes cognoſcitiuæ ſunt,
quæ tunc accenduntur, quum claritate fulgent ſcientiæ, eorum quæ
attinent ad ſalutem. Sed quia de hac lumborum ſuccinctione, & lu-
cernarum poſſeſsione in ſecunda parte fuſius tractauimus, euangelij
contextum lubet proſequi.

Text. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum, quan-
do reuertatur à nuptijs.

Pulcherrima & accommodatiſsima cōparatio. Dñs qui venturus
eſt, quiq; aſcēdens in cælū, nuptias celebrauit, tot millia ſanctorum
ſecum vehens, aſcendenſque in altum captiuā ducens captiuitatem,
rex regum & dñs dominātium Chriſtus eſſe oſtenditur. Is in die iu-
dicij cū omnibus angelis ſuis veniet, angelis ipſis in iucū diſsima eius
Aſcēſione dicētibus viri Galilæi quid ſtatis aſpiciētes in cælum? Hic
Acto.1. Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cælū, ſic veniet quemadmodū vi
diſtis

diſtis eum euntē in cælum. Atqui, cupiens nos ſaluare, & non iudicare, qui minime lętatur in perditione & morte hominum, imò ingemiſcens ait. Heu quia conſolabor de hoſtibus meis, eas ob res vt parens beneficentiſsimus ait. Parati eſtote, & neutiquam dormientes ac deſides ſitis, ſed quemadmodum ſerui fideles inuigilant, dum redeuntē regem, aut dn̄m ſuum expectant celebratis nuptijs. Ecce quam gaudenter, quāq; gratanter, nos decet expectare Saluatoris noſtri aduentum: vnde beatus Ioannes commonefaciens nos, & ad hoc ingēs gaudium imitans omnes electos clamat: Alleluia, gaudeamus & exultemus & demus gloriam Deo. Cur ita iubilandum? Quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit ſe. Mira res, quod in hac vita calamitoſa, in hac lacrymarum valle, vt eam propheta merito vocauit, quoniam à lacrymis vitam hāc auſpicamur, & antequā terram teramus lacrymis eam rigamus, Alleluya decantare, exultare, & gaudere nos iubeat Ioannes. Quandoquidem magna & mirabilis eſt lætitia ſpiritalis, quæ etiam in hoc mortali corpore, in hoc carneo ergaſtulo, in quo anima peregrinatur, eam valet lætificare. Spe gaudētes ait Apoſtolus. Qua quidem ſpe? num honoris mundi nequam? aut diuitiarū quas vt idola muta homo inſipiēs adorare, & toto cordis affectu adamare ſolet? abſit. Gaudium hypochritæ ad inſtar puncti eſt teſte Iob. Spe gaudeāt orthodoxi Chriſtum Ieſum expectantes quando venturus eſt, ſiue in extremo iudicio, quando corpore ſuo induti iubare ipſo ſplendidiores erunt, iuxta illud. Fulgebunt iuſti ſicut Sol in regno patris eorum. Siue in die mortis quādo corporis exuuijs poſitis, anima euolabit ad cælum, & regem cælorum Chriſtum in maieſtate ſua & gloria facie ad faciem videbunt. Nuptiæ agni venerunt, quādo verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Vbi filius Dei tanquam ſponſus humanitatem ſibi adiungit, & tanquam ſponſa ornauit monilibus, ac indumētis omniū chariſmatū decorauit. Vxor eius quę ſancta Eccleſia eſt, vel quilibet fidelis anima appellatur, quā tātopere ſpōſus hic cæleſtis adamauit, vt demiratus Apoſtolus dicat. Chriſtus dilexit eccleſiā, & tradidit ſemetipſum pro ea. Vt exhiberet ſibi ſponſam glorioſam non habētem maculam nec rugam, neq; aliquid huiuſmodi. O mirabilem & ſtupēdam Chriſti Ieſu erga nos caritatem, non aurum, non argentum, aut lapides, vernanteſq́; gemmas pro nobis impendit, ſed ſeipſum tradidit in manus inimicorum ſuorū ſuo ſanguine decorauit genas animarum noſtrarū. Peccata noſtra deleuit, fœdiſsimā noſtram lepram abſtulit, ne poſt hac ſit in Ec-

Eſai.1.

Apoc.19

Nota.

Iob.20.

Matt.13

Ephe.5.

cleſia macula culpæ, nec ruga legis antiquatę. Nã vetera tranſierũt, & ecce noua facta ſunt omnia. Vnde S. Aug. Nouus homo veniẽs in mũdum, noua præcepta, nouaq́; ſacramenta dedit mũdo. Vxor eius præparauit ſe. Alioqui magna foret ſpõſæ ingratitudo, niſi ſe ornaret virtute omnigena, niſi fide integra, ſpe firma, caritateq́; flammigera ſeſe cõponeret. Præparauit enim ſe; nã vt fortis illa mulier tot enco-
Prou.31. mijs à Salomone decãtata, accinxit fortitudine lũbos ſuos, & robora uit brachiũ ſuum. Cingulo caſtitatis & munditiæ lũbos ſuccinxit, in quibus illuſiones Satanæ vigere ſolẽt. Quoniã lumbi mei impleti ſunt illuſionibus nõ eſt ſanitas in carne mea, ingemiſcens dicebat Dauid: Et alibi: Inſuper vſq; ad nõctẽ increpuerũt me renes mei. Quænam hæc nox fratres niſi ſenectus ipſa, in qua oculi caligãtur, & vita mor
3. Re.11. talis ceu nox cæca efficitur? Nemo ſibi fidat quãdiu caro viuit, nã Sa lomõ in ſenecta ſua miſere dilapſus, mulierculas alienigenas amauit, eis & lucos conſtruxit. Vaſa luxuriæ lumbi ſunt, niſi munditiæ zona cõſtringãtur, ideò fortitudine fidei, & amoris Dei virago ſpõſa Chri ſti ſuccincta dicitur. Nec alio tendebat quod de Helia propheta ma gno legimus, erat quippe zona pellicea cinctus. Corrigeà quidem ex animali mortuo fit. Eodẽ attinet quod Ioãnes Baptiſta virgo, ſantifi catus ante quã natus præcinctus erat inſtar Heliæ, in cuius virtute &
Luce.1. ſpiritu venit, Gabriele teſte. Mira res, ſatiſq́; miranda, non niſi accin cti poterãt Hebræi agnum illum typicum edere. Quò fideles diſcãt,
Euchari ſtia. quãta puritate & cordis mũditia, ad ſacrũ altare venire debeant, vt Chriſtũ Ieſum agnum Dei, qui tollit peccata mũdi digne mãducare queãt. Rationi cõſentaneum eſt, vt qui pane angelorum victitãt, an gelorum etiam cãdorem & mũditiam habeãt. Rurſus, ſpõſa Chriſti præparare ſe ſtudeat lucernas geſtãs in manibus ſuis, quæ vt nuperri me diximus ſancta & cãdida opera ſunt. Sic ſanè cũ Paulo dicere po
Phili.3. terimus: Saluatorem expectamus dñm noſtrũ Ieſum Chriſtũ qui re formabit corpus humilitatis noſtræ, cõfiguratum corpori claritatis ſuæ. Et iterũ expectãtes beatã ſpem, & aduẽtum gloriæ magni Dei.
Nota. Nec ſatis eſt lampades habere in manibus, niſi ardeant igne caritatis. Opera quamuis ſuapte natura bona ſint, vt orare ieiunare, eleemoſi- nas pauperibus erogare, niſi lumine gratiæ accenſę fuerit Chriſto Ie ſu non placent. Quam ob rem virgines ſtultæ, lãpades extinctas por
Matt.25 tantes, etſi ad oſtium clamarunt dicẽtes: Domine, Domine, aperi no bis, nihilominus terrificum & inſtar fulguris habens verbum, à ſpon ſo audierunt: Non noui vos. Ceterum virgines prudentes quæ lampa

des

des ardentes habuerunt, intrauerunt cum illo ad nuptias. Felix anima quæ vita comite ſponſum expectat, diu noctuque vigilans cum propheta ait: Ecce elongaui fugiens, & manſi in ſolitudine, expectabam eum qui ſaluum me fecit à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate. Qui nos à quauis tempeſtate & anxietate ſpiritus quotidie liberat rex noſter Chriſtus Ieſus eſt. Ieſus Saluator ſeu ſalus interpretatur, veluti angelus beato Ioſeph nuntiauit. Vocabis, inquit, nomen eius Ieſum, ipſe ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Quo enim tendat admonitio hæc, videlicet vt vigilent, & parati ſint fideles expectantes dominum ſuum iam palam oſtendit dominus. *Pſal.54.* *Matt.2.*

Vt cum pulſauerit confeſtim aperiant ei. *Text.*

Veniet dominus tempore præſtituto, vt nunc meminibus, reddet vnicuiq; iuxta opera ſua, quod ſanctus Gregorius de extremo intelligit iudicio. Pulſat verò per ægritudinis moleſtiam mortem vicinam deſignans. Cui ſanè confeſtim aperimus ſi hunc cum amore ſuſcipimus. Vnde aperire iudici pulſanti non vult, qui exire de corpore vehementer trepidat. Qui autem Deo opitulante, de ſua ſpe & operatione ſecurus eſt, pulſanti cōfeſtim aperit, quoniā de gloria retributionis hilareſcit. Huc pertinet illud Iob: Qui expectant mortē & non venit, quaſi effodiētes theſaurum exultāt cum inuenerint ſepulchrum. O mirabilem virorum fortitudinem, qui ſemper & vbique, mortem expectantes, nihil cogitant, loquuntur, faciuntve, niſi omni librata ratione, iuxta illud: Memorare nouiſsima tua, & in æternum non peccabis. Equidem obliuio mortis iniquitatum ſeminarium eſt. Hæc eſt vera philoſophia, ait Plato, continua meditatio mortis. Et alius ſapiens abſque Chriſto, non abſimilem ſententiam protulit: Memento quod mors in omni loco te expectat, itaque tu in omni loco eam expecta. Quid pulchrius, aut quid cōducibilius obliuioſæ noſtræ conditioni dici potuit? Viri iuſti mortem affectant, eamque deſiderant ſciētes theſaurum ſuum ſitum eſſe in ſepulchro. Ideo nulla eis inopinata contingit mors. Imò ſi iuſtus præoccupatus fuerit morte, in refrigerio erit, vt in ſacra pagina legimus. Nec fieri poteſt nunquam, vt mala ſit mors quamlibet ſubita fuerit, quam bona vita præceſsit, Diuo Auguſtino conteſtante. At qua fronte vocamus mortem improuiſam, quæ ſe quotidie omnibus ſenſibus ingerit? Ab infantia noſtra quid aliud vidimus, & audiuimus, niſi gemitus morientium? Quid aſpicimus quam efferri funera? *Iob.3* *Plato* *Seneca.* *Nota.*

funera?quam monumenta & defunctorum titulo s? quod ſi nos leui-
Mors. ter tangunt aliena, quoties nobis propius mors vellicat aurem, fune-
ribus parentum, affinium, & amicorum, quos mutua caritas nobis ar
ctius adglutinarat? Imò pulſat dominus mille modis & ait : Ego ſto
ad oſtium & pulſo. Si quis aperuerit mihi intrabo ad eũ, & cœnabo
Apoc. 3. cum eo & ipſe mecum. En rex noſter & angelorum imperator ad
oſtium cordis ſtat, & ſanctis inſpirationibus pulſat, nos verò pigri ob
ſurdeſcimus in lectulo peccati iacentes? Quis inquam noſtrum, qui
non aliquando in aliquod diſcrimen adductus eſt, vel tempeſtate,
vel ruina vel morbo? Quid quod quoties nominatur homo, mortis ad
monemur, quia mortalis eſt? Videtis fratres quanta cura ſit Chriſto
vt cũ pulſauerit ei aperiamus ſponte. Imo multis parabolis & exem-
plis inculcat nobis aduentum ſuum, quatenus ad omne momentum
ſimus parati. Noe, Loth, & eorum quos ruina turris in ſiloa inopinan
tes oppreſsit, addens ſubinde minas horrendas, ac dicens. Amen dico
Lucæ. 13. vobis niſi pœnitentiam egeritis omnes ſimul peribitis. Atque non ſe
mel ſed ſæpe inclamat: Vigilate quia neſcitis diem neque horam. Ec
ce nulla mors venit nobis improuiſa. Si tamen venit, hoc eſt, impro-
uidis, vt melius loquar, ſurdis, cæcis, ac ſtupidis. Qui nec dominum
pulſantem & clamantem audiunt, nec quod ſeſe oculis ingerit vidẽt,
nec quod vndiq; pungit ſentiunt. Nec refert quod dominus loquitur
de ſupremo die mundi, profectò cuique ſupremus vitæ dies, ſupre-
mus mundi dies quodammodo eſt. Quid multa? vt torporem poſt
hac pellamus & ſemper vigilemus, nunc beare pollicetur, eos qui
vigiles fuerint.

Text. Beati ſerui illi, quos quum venerit dominus, inuenerit vigilantes.

Quo ad parabolam & literalem ſenſum dictum eſt, de aduentu do
mini tam ad mortem cuiuſuis hominis. in qua particulare fit iudiciũ,
quã de aduentu iudicis æquiſsimi Chriſti Ieſu in extremo die, in quo
Gregor. vniuerſale & ſtupẽdum iudicium celebrabitur. Ceterum Gregorius
Niſſe. Niſenus explanans hunc locum inquit. Vigilat quidem qui ad aſpe-
ctũ veri luminis oculos tenet apertos, qui ſeruat operãdo quod credit,
qui tandẽ à ſe torporis & negligentiæ tenebras depellit. Propter hãc
vigiliam obſeruandam, ſupra dominus monuit, vt ſint lumbi præcin
cti & lucernæ ardẽtes in manibus. Lumen enim poſitum corã, pellit
oculorũ ſomnolẽtiã. Lũbi etiã cingulo pręſtricti, reddũt corpus inſu
ſceptibile ſomni. Siquidẽ qui præcinctus eſt caſtitate, & fide, puraq;
conſcientia illuſtratus, perſeuerat inſomnis. Hoſce vigilantes ſeruos
fratres

fratres mei domino veniente, promulgabit felices; ideò ait: Beati ſerui illi quos cum venerit dominus inuenerit vigilātes. Ij (ni fallor) cum regali vate clamitant: Deus Deus meus ad te de luce vigilo. De luce ſanè vigilat, qui gratia ſummi Dei illuſtratus, quæ æterna ſunt bona contemplari non deſinit. Qui toto pectore aſpirat, vt Dei legem ope- *Eccli.39.*
re compleat; imò iuſtus quiſq; cor ſuum tradidit ad vigilandum dilu-
culo, ad dominum qui fecit illum; & in conſpectu altiſsimi deprecabitur. O beatum virum, qui indeffeſe orationi inſtat, in cōſpectu ſummi Dei aſtat, nam talis diluculo ſurgit, vt dulce manna in agro colli- *Figura.*
gat, omni nectareo cibo ſuauius. Nempè antè ſolis ortum præceperat *Exod.16.*
dñs, vt populus in rus exiret, alioqui cæleſte pabulum colligere haud poterant. Vbi ſomnolentiam & pigritiam noſtram in ijs qui Dei ſunt vehementer Deus taxat. Vox illa obſecro aures noſtras excitet, qua nihil dulcius audiri poteſt: Beatus qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſeruat ad poſtes oſtij mei. Quotidie vigilādum eſt, ne labamur, *Prou.8.*
& ad poſtes ſummi numinis pulſare nos oportet, vt inopiæ noſtræ ſubueniat, ſuam exuberātem miſericordiam nobis impertiens. Ipſo *Matth.7*
dicente, vt fidentius accedamus: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulſate & aperietur vobis. Verum niſi ſegnes & ſtupidi ſimus, ſpiritum bonum dabit nobis ſuppliciter precantibus, eò quòd pater beneficentiſſimus eſt, num qui abundè ſanguinem ſuum pretioſum pro ſalute noſtra fudit, gratiam ſuam denegabit? Imo dedit nobis vitam ſuam in cruce pendens, tantum abeſt, vt viſcera miſericordiæ ſuæ claudat. Vigilantibus ad fores Chriſti Ieſu, & vulnera eius medullitus contemplantibus quotidie, loquitur Apoſtolus ne quando *2.Cor.15*
obdormiant in morte: Euigilate iuſti & nolite peccare. Videte quomodo vigilantiam comitatur candida vita. Vigilare nos oportet primo, ne peccem⁹, delicti ſomno oppreſsi. De quo infelici ſomno Apoſtolus pertractans inquit: Surge qui dormis, reſurge à mortuis & illuminabit te Chriſtus. En ſomnus lethalis animam occidens. Reſurge à mortuis ait, inter quos vt cadauer foetidum iaces. O execrandam, hominum ſomnolentiam & deſidiam inſignem, tot monitiones, & ſacræ ſcripturæ exhortationes nō ſufficiunt, quo minus ſuæ ſalutis obliti quam multi, in ſceleribus ſuis obdormiāt. Mirabile dictu, ſicut fuit in diebus Noe, ita erit aduentus filij hominis. Erant homines comedentes & bibentes, & nuptui tradentes, vſque ad eum diem, quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium, & *Matt.24.*
tulit omnes, ſic erit aduētus filij hominis. Quæ verba non vulgarem

emphaſim

emphaſim habent. Verum natura humana vel maximè hanc duplicem cupiditatẽ habet. Alteram edẽdi, vt indiuiduũ ſeruetur. Alterã
Nota. nubẽdi, vt ſpecies non pereat. Si ergo qui totos huic curę ſe dederunt, quam dñs naturæ noſtræ inſeuit damnantur, qui ſe totos tradiderunt ſuperbiæ, auaritiæ, & alijs vitijs tradiderũt, quæ diabolus ſeminauit,
Lucæ.21 quanto amplius cruciabuntur? ne obſecro grauentur corda noſtra in crapula, & ebrietate, ſed animos erectos habeamus, & ſuſpenſos, in ea quæ cæleſtia ſunt. In paleſtra laboramus agonizantes, fas non eſt dormire, nec conniuere, alioqui in bello occumbentes peribimus. Ceterum ſi vigilantes in mandatis Dei adimplendis permanſerimus beati erimus. Rationem autem huius beatitudinis futuræ ſubindicans ait.

Text. Amen dico vobis, quod præcinget ſe, & faciet eos diſcumbere, & tranſiens miniſtrabit illis.

En fratres quo honore proſequitur Chriſtus rex noſter, ſuos fideles. Ipſe præparabit ſe, & in conuiuio cęleſti quod finem non habebit, illos vt dominos diſcumbere faciet. Et tanquam tranſiens de menſa ad menſam, ne quid deficiat, eis miniſtrabit pabulum melli-
Nota. tum ſuæ gloriæ illis præbens. O miram Saluatoris caritatem erga nos, o ſtupendam humilitatem, non ſat fuerat in hac vita mortali electis ſuis miniſtrare, imò & eorum pedes abluere, niſi in cælo perpetuo eis miniſtret, ſatietatem gloriæ eis impendens? huc attinet
Matt. 20 quod ſe aliquando exemplar humilitatis oſtendens dixit: Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animam ſuam redemptionem pro multis. Miniſtrum noſtrum lubens ſe præbuit, quo nos alliciat & trahat ad ſe, ita vt totos nos ei exhibeamus deuoueamusque. Sicut ſcriptum eſt: In funiculis Adam traham eos
Oſee.11. in vinculis caritatis. Sane veluti funiculi qui facile frangi poſſunt, temporaria beneficia ſunt, vt ſalus, diuitiæ, honor, vita, & alia id genus. Spiritualia autem dona vinculis æreis fortiora ſunt; quippe quæ fuſius Saluator nobis præbuit. Fides, ſpes, caritas, quid aliud quam vincula ſunt fortiſſima? Iis catenis nos alligare conatur dominus, ne poſthac licentioſius operemur quæ lex ſancta vetat. Quin Chriſti Ieſu ſanguis, mors, & opera egregia quæ patrauit, vincula pluſquam ærea ſunt, quibus electi Dei aſtricti iugum Saluatoris ſuaue tollunt ſuper ſe, non ſibi viuentes, ſed ei qui pro eis mortuus eſt, velut Sanctus Paulus hortatur. Iis miniſtrabit dominus qui in hac vita miniſtri illius fuerunt. Et accinctus tranſiet, quoniam ipſi

ſuccincti

ſuccincti caſtitatis cingulo vixerunt. Vnde Diuus Gregorius: Præ- S.Greg.
cinget ſe dominus ad retributionem ſeipſum præparans. Et illos fa-
ciet diſcumbere, in æterna quiete refouens. Tranſiens miniſtrabit il-
lis, eos ſatians luminis ſui claritate & gloria, dum eos extollit forma
humanitatis ſuæ, ad contemplationem diuinitatis. Vel tranſiens mi-
niſtrabit ſanctis in cælo, quia omnes beat, tamē nullus, nec oēs valent
diuinitatem Chriſti comprehendere, vtpote infinitam. Vere vt flu- *Collatio.*
men magnum, lacus omnes quos in littore inuenit replet, nihiloſe-
cius impetu miro ſemper decurrit, ita in beatitudine fluminis im-
petus, Deus optimus, omnes choros angelorum, omnesq; prophe-
tas, apoſtolos, martyres, confeſſores ac virgines lętificat, beat, ac ſa-
tiat, tamen ſolus ipſe Deus ſe comprehēdit. Satiabor, ait citharœdus
regalis, dum apparuerit gloria tua. Et in alio pſalmo: Inebriabuntur *Pſal. 16.*
ab vbertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ, potabis eos domi
ne. Hic proh dolor chariſsimi non torrente nectareæ dulcedinis Dei
ſatiamur, ſed veluti gutta, vel ſtillicidio roramur, quandiu peregrina
mur à Domino. Hinc legimus: Guſtate & videte quoniam ſuauis eſt *Pſal. 33.*
Dominus. Et in Epiſtola ſancti Petri: Si tamen guſtatis, quoniā ſua-
uis eſt dominus. Bis ſe ſuccinxit Saluator, vt miniſtret nobis in cælo.
Primò quando cum in forma Dei eſſet: exinaniuit ſemetipſum for-
mam ſerui accipiens. Secundò, quando tertia die reſurgēs diabolum *Phili.2.*
ſubegit & inferos ſpoliauit. Tunc ſuo cinctorio immortalitatis cin-
xit ſe. De quo Dauid: Dominus regnauit decorem indutus eſt, indu- *Pſal. 29.*
tus eſt dominus fortitudine, & præcinxit ſe. Tunc data eſt illi omnis
poteſtas in cælo & in terra. Ecce cœna indeficiens in qua vt in mēſa
Ioſeph omnes miro ordine, pro ſuo merito collocabuntur. En men- *Gene.43.*
ſa opipara regis Aſſueri, vbi vinum abundans, vt magnificentia re-
gis dignum erit. Ibi ſanctus quiſq; ingredietur ad diuinitatis contem
plationem & egredietur ad humanitatis Chriſti gloriam ſpeculan-
dam, & paſcua inueniet. Ibidem ſedebit populus Dei in pulcritudi- *Ioan. 14.*
ne pacis in requie opulenta, vti dominus pollicetur in Eſaia. Vtinam
nos huius conuiuij deſiderio rapti cum ſponſa vbique & ſemper cla
mitaremus: Indica mihi pulcherrime ſponſe, vbi paſcas, vbi cubes
in meridie. Nempè in monte pingui cæleſti, & in meridie miro ſolis *Canti.1.*
radio fulgurante, quando non in ænigmate aut in ſpeculo videbimus
Deum, non in fide ſed in ſpecie, videbimus eum ſicuti eſt. Sunt ta-
men qui tranſitum Chriſti dicant aſcenſum, de vita actiua ad contem
platiuam. Dominus, ſapiens, bonus, potens, vltra quam dici poteſt

ſemper trāſit, omnem humanū intellectum excedens. Hoc eſt Theologiæ negatiuæ opus, de quo ſanctus Dionyſius librum egregium edidit. Et in epiſtola ad Titum condiſcipulum elegātiſsime de Theologiam myſticam ſcripſit. Non quod rudi plebi hæc ſint propinanda, ſed coram religioſis vel monialibus appoſitiſsime poſſunt captari. Sequitur in euangelio.

S. Diony. li. de miſt. Theolo.

Text. Et ſi venerit in ſecunda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit beati ſerui illi.

Per has vigilias doctores varias ætates hominis intelligunt, ita vt prima vigilia ſit iuuentus, ſecunda perfecta viri ætas, tertia ſenectus. Nil ergo reffert vt in hac vel illa vigilia, ſeu ætate veniat dominus exigere rationē, modo homines vigilantes ſint & parati ad mortem vel extremum iudicium. Apud Marcum dominus quatuor vigiliarum meminit, hic trium duntaxat. Ratio quia prima vigilia rudem ætatem indicat, vbi parum rationis lucet. Hic etiam de quarta nil loquitur, quoniam ætas decrepita ad delirium tendens penè omni virtute deſtituitur, quāuis nulla pœnitentia ſera eſt, quæ non ficta ſed vera comprobatur. Pauendum tamen vehementer eſt, illud ſancti Auguſtini: Si quando in extremo mortis pœnitentiam egiſti, pœnitentiam tibi do, ſecuritatem non do. Et hoc eſt quod vulgo dicitur. Dubitat Auguſtinus: Nemo tamen deſperare debeat, eò quòd mutus eſt dominus ad ignoſcendum, pius & miſericors & præſtabilis ſuper malitia. Sanè vt illi qui mœnia ciuitatis cuſtodiunt incerti ſunt, qua hora hoſtes in eos irruant, ſic Saluator incertam nobis innuit ſui aduentus horam. Ob id nos vigiles efficere ſtudens. Nouit dominus lubricum fragilitatis humanæ ad peccandum, ſed quoniam bonus eſt, ait diuus Cyrillus, deſperare non ſinit, magiſque miſeretur, & dat nobis locum pœnitentiæ ac tempus. Qui ergo fratres in prima vigilia dormiuit, vigilet in ſecunda: qui vero in ſecunda, ne deſpondeat animum, in tertia ſaltem reſipiſcat. Qui denique nec in tertia vigilauit, in quarta ſurgat, & illuminauit eum Chriſtus lux vera, quæ illuminat omnem hominem veniētem in hunc mūdum. Theophilatus quidem has vigilias eſſe dicit labores irruentes quæ ſoporem & deſidiam inferunt hominibus, ſi verò inſomnes reperti fuerint & orauerint: Domine ne obſecro inducas nos in tentationem, ſed libera nos à malo, clamauerint, dominus exaudiet eos, & beati erunt, ſanè tēpus calamitoſum animabus lentis ac pigris ſomnū lethale adducere ſolet. Iuxta illud: Vigilate & orate, ne intretis in tētationem. Proculdubio

S. Augu. Ioelis. 1. Collatio. Theophi.

bio ſi orationi inſtarent Apoſtoli, non Chriſto relicto fugam caperent plus æquo timentes. Idque nobis quotidie contingit, dum tentatio vehementer infeſtat. Nunc magiſter optimus huic parabolæ aliam ſubnectit, vt magis periculum noſtrum ex ſomnolentia obortum agnoſcamus.

Illud autem ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamiliàs qua hora fur veniret vigilaret vtique, & non ſineret perfodi domum ſuam. *Text.*

Deſcribitur perfoſſa domus à fure, quæ perfoſſa non eſſet, ſi pater familiàs horam ſciret furis venientis. Itaque incommodum ex non vigilantia ortum eſt. Exteriora damna ad medium deducuntur, per hanc ſimilitudinem, ad mentis noſtræ diſidiam excutiēdam. Notandum quod furi aduētus Domini comparatur & quidem rectè, qui ex inopinato euenire ſolet. Vnde Apoſtolus ait: Dies domini ſicut fur, *1. Theſſ. 5* in nocte ita veniet. Sanè ſicut fur ingrediens, nō quę parui exiſtimantur, ſed quæ pretioſa ſunt aufert, ſic mors, non aurum, argentumve, non domum aut agros, quæ minima ſunt, & hæredibus remanēt, ſed *Nota.* quæ maximè commoda ſunt tollit. Quæ nam ſunt hæc? Planè tempus pœnitendi, vitam, ſacramentorum vſum. Quibus alia ſi comparantur, arena exigua reputabūtur. Hęc omnia inimica mors ab homine improbo aufert, quoniam in ſomno peccati dormiētem inuenit. Iael mulier erat ſuapte natura fragilis, nihilominus Siſaram dormiētem ducem regis Iabim clauo confodit. Ad eundem modum mors, peccatorem interficit, in ſcelere ſuo torpentē. At virum iuſtum non ita enecat ſed vehemēter eum ſolatur obdormire eum faciēs. Vnde Salmon ait: O mors! bonum eſt iudicium tuum homini indigenti, & *Eccle. 41* qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura eſt, & in Apocalypſi: Iam dicit ſpiritus, vt requieſcāt à laboribus ſuis. Ope *Apo. 14.* ra enim illorum ſequuntur eos. En requies maxima iuſtorum, in morte ipſa ſita eſt. Nónne Lazarus verè mortuus erat, quādo Saluator dixit: Lazarus amicus noſter dormit? Veruntamen dormientem dixit eum, eò quòd amicus erat. Adeò iuſtis ſuauis eſt mors, vt iure optimo eos obdormire dicamus, mortali hac vita finita. Sed quid de improbis dicemus? O mors, quam amara eſt memoria tua homini habenti *Eccli. 41.* pacem, in ſubſtantijs ſuis, viro quieto, & cui viæ directæ ſunt in omnibus. Singula annotatione digna ſunt. Nos verò proſequamur euangelium: Neſciente patrefamiliàs fur domum perfodit, vt Gregorius ait, *S. Greg.* quia dum à ſui cuſtodia ſpiritus dormit, improuiſa mors veniens carnis noſtræ habitaculum irrumpit. Furi autem reſiſteret ſi vigilaret,

quia aduentus iudicis qui occultè animam capit, præcauens ei pœni
Canti.5. tendo occurreret, ne impœnitens periret. Felix & nimium felix, ca
riſsimi, qui cum ſponſa clamat: Ego dormio & cor meum vigilat. Is
quidem ingemiſcens, aduentum Saluatoris diu noctuq; precatur di-
Pſal.119. cens: Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. Et iterum: Deſi
derium habēs diſſolui, & eſſe cum Chriſto. Compediti hominis vox
hæc eſt, qui vinculis corporis captiuus detinetur. Viri autem ſangui
Pſal.44. num non dimidiabunt dies ſuos: Eo quòd nunquam viuere incipiūt,
ſed ſomno mortis conſopiti exanimes iacent. Peccatoris querimo-
Eſai. 38. nia illa eſt: Dum adhuc ordirer ſuccidit me. Quo nihil prolixdolor de
mentius, nihilq; vſitatius, vt quotidie experimento agnoſcimus. Fi-
nem ſacri euāgelij iam audiamus qui adhuc nos excitare contendit.
Text. **Et vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ve-
niet.**

Hic ſcopus eſt, quo tot parabolæ à Chriſto Ieſu adductæ tēdunt,
ſuadere nobis vehementer laborans, vt vigilemus, animæq; oculos
nunquam in tenebris viciorum occludamus. Alioqui mors furis in-
ſtar quæq; pretioſa ſunt, vt nunc tetigimus nobis renitentibus auſe-
ret. Iis verbis Saluator palam facit, quod non diabolus nomine furis
hic intelligitur, ſed ſeipſum indicat venturum vt fur. Vnde in Apo-
Apoc.3. calypſi ait: Si non vigilaueris, veniam ad te ſicut fur. Nec abs re hoc
& 16. nomen ſibi vendicat propter impios, ad quos non diu ſed noctu ve-
nit ſemper. Hinc de diuite illo auaro legimus: Stultè hac nocte repe-
tent animam tuam à te. Quæ congregati cuius erunt? Pijs autem ho-
minibus neutiquam Chriſtus Ieſus, tanquam fur venit. Apoſtolo di-
1.Theſa.5 cente: Vos non eſtis in tenebris, vt dies illa tanquam fur vos compre
hendat. Sunt vtiq; impij in tenebris delictorum, idcirco Chriſtus no
ctu ad eos venit, iudex auſterus. Huc pertinet illud: Cum ſancto, ſan
Pſal.17. ctus eris, & cum peruerſo peruertēris. Id eſt, vt peruerſus à peruerſo
iudicabēris, pœnas cōmeritas illi præbens. Et hic literalis ſenſus eſt
huius loci, à pleriſq; non intellectus. Ad hæc fur non venit niſi vt fu-
retur & mactet, & perdat. Et ad eandem imaginem, Saluator contra
impios non veniet niſi eos donis omnibus ſpoliet, occidatq;. Vnde
ipſe clamat: Eum timete qui poſtquam occiderit, poteſt animā mit-
tere in gehēnam ignis. O ſatis infelicem eum, qui in furem hunc inci
derit, horrendum eſt deuenire in manus Dei viuentis ait Apoſtolus:
Melius erat ei ſi natus non fuiſſet, vt de peſsimo Iuda dñs aſſeruit.
Thren.2 Planè talis cum Hieremia gemibundus clamabit: Factus eſt mihi
quaſi

quaſi inimicus, & quaſi hoſtis. Imò vt acerrimus hoſtis. Et iterum: Vrſus inſidians factus eſt mihi, leo in abſconditis. Mirabile dictu! ne vt fur ad nos veniat tot parabolis, & ſuaſionibus vtitur, nullum non mouens lapidem, vt paratos dum inuiſere voluerit dignoſque ſe inueniat. Quam ob rem ait: Eſtote parati, quoniam qua hora non putatis filius hominis veniet. Haud dubio Saluator venturus eſt, ſed quemadmodum non eadem hora operarios conduxit ad vineam excolendam, ſic non eadem ætate omnes vocabit ad rationem exigendam de vita ſua. Et in hoc velmaximè eius prouidētia modis omnibus eſt adoranda atque colenda. Numerus menſium hominis (Iob teſtante) apud ipſum ſummum numen eſt. Nos interim excutiamus conſciētias noſtras integram exhomologeſim peccatorum noſtrorum ante Chriſti vicarium faciētes, vt dum venerit Saluator confeſtim ei aperiamus. Idque ſi fecerimus beati erimus. Huiuſque de euangelica lectione ſatis, nūc ad ſecūdam partem declamationis accedamus. Thren. 3 Mat. 20

SECVNDA PARS Declamationis.

Secunda pars.

SInt lumbi veſtri præcincti & lucernæ ardētes in manibus veſtris. Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum quādo reuertatur à nuptijs. Iam paulò ſuperius ſuper his verbis, quod dominus donauit, pro modulo noſtro expendimus, nonnulla ex doctrina ſanctorum enarrātes, nunc vero ſingula verba adamuſsim explicantes ſancti Illefonſi vel aliquas egregias virtutes, recēſemus. Vbi principio animaduertendum eſt quam ſit Saluator mundi puritatis amator, nec abs re quum ex virgine matre puriſsima naſci dignatus eſt. Quin & in Eſaia ſcriptum eſt: Omne veſtimētum miſtum ſanguine erit in combuſtionem, & in cibum ignis. Quid obſecro fratres mei eſt corpus hoc terreum quod geſtamus, quam ſpiritus noſtri tegumētū? anima imagine ſummi Dei inſignita, ſtatim, vt à Deo optimo creatur, corpori infunditur, & veluti gladius in fragili vagina abſcōditus ſeruatur: ſic illa corpore circundata, opifice ſummo ſic diſponente, homo factus eſt, corpore & ſpiritu cōnſtans. Hoc veſtimentum ſanguine miſcent homines qui iumentorum more carnis ſuæ lenocinia ſectātur, voluptatibus execrādis ſe tradūt, ſuæ nobilitatis & dignitatis obliti. Ob eas res in cōbuſtionē erūt & in cibū ignis. Mirabile dictū! Pentapolis igne ſulphureo cōbuſta fuit, non ob aliā cauſam niſi Eſai. 9. S. Tho. 1. p. q. 118. ar. 2. Gene. 19.

quia ſpurcitijs nefandis Sodomitæ & Gomorrhitæ vacabāt. Atqui cæcitate magna miſeri ciues percuſsi ſunt, adeò, vt nec oſtium inue-
Gene. 8. nire poſſent, & calamitatem illam effugerent. Quid de cataclyſmo ingenti cuius inūdatione omnes homines ſubmerſi ſunt, præter eos qui in arca Noe euaſerunt. Nam tunc temporis omnis caro corrupe rat viam ſuam. Obſeruandum magnoperè eſt, quam ſit ingens ſcelus luxuria, cuius prima filia cæcitas nūcupatur. Venerea voluptas maximè rationis lumen extinguit, quod videre eſt in Sanſone, Dauide & Salomone. Proh dolor, Salomon rex eò cæcitatis deuenit, vt templa idolis conſtrueret, mutaque idola adoraret, mulierculárum alie-
Oſeæ.4. nigenarum amore deceptus. Hinc bene ſcriptum eſt: Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Quin & in libro de re militari legi-
Vegetius mus: Minus mortem metuit, qui minus delitiarum nouit. Et Ariſto
Ethi.6. teles ait: Intemperantia maximè corrumpit prudentiam. Aſſeclæ huius filiæ, videlicet cæcitatis, quam multæ ſunt. Incōſideratio, præcipitatio, inconſtantia, amor ſui, odium Dei, affectus huius ſeculi, deſperatio. Sanctus Gregorius, lib. 2. Mora. cap. 39. & lib. 31. Morali. O peſtilentem colluuiem vitiorum, infelix qui lumbos præcinctos nō
1. Cor.6. habet, quique mancipium execrandæ luxuriæ eſt. Hinc clamat & pulchrè clamat Apoſtolus: Nō eſtis veſtri, empti enim eſtis precio magno, glorificate, & portate Deum in corpore veſtro. O vos chariſſimi, mementote ſermonis huius, & nullatenus memoria veſtra exci dat. Non eſtis veſtri: vlulet Satanas, obganiat mundus, titillet miſera caro, vna ſit omnibus tentationibus reſponſio, Chriſti Ieſu ſum. Ille me ex nihilo creauit, cruore ſuo roſeo redemit, ille lauacro baptiſmatis cādidiorem niue me effecit. Totius illius ſum, qui tot chariſmatū dona lubens mihi impendit, imò totum ſeipſum mihi tribuit. Amo-
Li. de decem cordibus. re mei in Patibulo crucis obiēs, Dominus qui gubernat ſuos ad vtilitatem eorum non ſuam, hoc pręcepit, ne per illecebras, & illicitas voluptates corruat templum eius, ait Diuus Auguſtinus. Neſcitis, inquit Paulus, quoniam corpora veſtra templum ſunt Spiritus ſancti? Si quis ergo violauerit tēplum Dei diſperdet illum dominus. Aequū erit ęrgo, glorificemus & portemus Deum in corpore noſtro, & tanti regis vehiculum candidum & mundum ſimus. Ipſo dicente: Beati
Matth.5 mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Quandoquidem peccata carnis etſi maxima non ſint, ratione culpæ, nam ſpiritualia delicta grauiora habētur, nihilominus per carnis luxuriam magis homo ſubditur diabolo. Quia difficilius eſt vincere vehementiam huius paſsionis,

nis, S. Tho. 2.2. q. 154. arti. 3. Hinc B. Auguſt. lib. de Agone Chriſtia- S. Tho.
no. Inter omnia Chriſtianorum certamina, duriora ſunt prælia carnis. Atqui domino ſuffragante & eius gratia nos roborãte. Cum Dauide & non temere, dicere poſſumus: In Deo meo tranſgrediar murum. Et iterum cum Apoſtolo: Omnia poſſum in eo qui me confortat. Benedictio illa cælitus data nobis in hoc agone certantibus veniet, qua femur noſtrum marceſcet, perinde vt olim Iacob luctanti Gene. 23.
contigit. O triumphum glorioſum, & victoriam admirabilem, ò lætitiam inenarrabilem, athletę Chriſti Ieſu, quando per eius gratiã adhuc immortali corpore degẽs ſpiritus imperat carni, parta hac victoria gaudens, ita vt cũ propheta decantet: Cor meũ & caro mea exul- Pſal. 83.
tauerunt in Deum viuum. Nempè vt improbus delitijs carnis intendens, caro fit, iuxta illud: Non permanebit ſpiritus meus in homine, quia caro eſt, ad eundem modum, vir ſpiritalibus deditus, ſpiritus efficitur quodammodo. Alioqui Apoſtolus non diceret: Qui adhæret Deo vnus ſpiritus eſt.

Quiſquis ergo metam tantę perfectionis vult attingere, & acumẽ tam excelſi montis conſcendere, lumbos ſuos accingat vt vir. Quem Iob. 38.
admodum dñs præcepit Iob. Et cum hoc viro recto ac timente Deũ dicat: Pepigi fœdus cum oculis meis, ne quiſquã cogitarẽ de virgine. Iob. 31.
Vbi ſanctus Gregorius pleraq; annotatu digna tractat. lib. 21. Mora. c. 31. Anima noſtra ſpiritus eſt, ac perinde inuiſibilis, egreditur tamen per hos ſenſus quaſi per portas quaſdam, per eaſque omnia reſpicit & reſpiciendo concupiſcit. Vnde ſanctificatus propheta Hieremias Iere. 9.
ait: Intrauit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras. Tunc mors per feneſtras corporis noſtri ingreditur, quando per ſenſus concupiſcentia veniens intrat habitaculum mentis. At contra iuſti vt nubes volant & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas aſcendunt, Eſaia conteſtante. Non iuſtos foris rapit concupiſcentia, ſed impios, Eſaie. 60
qui incautè exterius reſpiciunt. Quod videre eſt in Dauide inſpiciente Berſabe: de Sanſone, qui malo ſuo magno vidit Dalidam, deque Salomone, vt paulò antè diximus. Fœdus hoc ſanctũ, quod cum oculis noſtris facere nos decet eſt, ne prius incautè videamus, qđ poſtea concupiſcamus. Caro ipſa vt eſt terrea deorſum trahit, quod in Eua & Adam perſpicuum eſt. Vidit mulier pomum quod eſſet pulchrũ, & ſuaue ad veſcendum, eatenus accepit illud & comedit. Ecce intueri non licet, quod non decet appetere. Ne ergo quæ lubrica ſunt in cogitatione verſemus, prouidendum eſt, ne temere quæ prohibita

ſunt inſpiciamus. O nos miſeros qui adeò nobis ipſis fidimus, ſi ma-
ter noſtra Eua quæ in peccato concepta non fuerat, per oculos ad
mortem deuenit, quanto moderamine viſum cuſtodire nos oportet,
Thren. 3 qui filij iræ naſcimur, & ad peccatum propenſi ſumus? Oculus meus
deprecatus eſt animam meam, ait propheta concupiſcendo viſibi-
lia, inuiſibiles virtutes peccator amittit. Nihil tibi fidas, inquit, Di-
S. Hiero. uus Hieronymus, quia nec ſanctior es Dauide, nec fortior Sanſone,
nec ſapientior Salomone, qui miſere prolapſi ſunt. Pepigi fœdus cū
oculis meis ne quicquā cogitarē de virgine. Ecce vir ſanctus quā ſuc-
cinctos habebat lūbos, qui nō actionē tantū ſed cogitationē prauam
extinguebat. Sciebat planè, & eū nō latebat, Chriſtū Ieſum venturū,
Matt. 5. qui præcepta daret excellentiora, quàm erant legis veteris: In lege
ſcriptum eſt, ait Saluator, non adulterabis. Ego autem dico vobis,
omnis qui viderit mulierem ad cōcupiſcendam eam, iam mœchatus
eſt eam in corde ſuo. En fratres, quo modo etiam in lege naturæ ſa-
crum euangelium illuſcebat. Iob qui legem ſcriptam nō nouit euā-
Exod. 20 geliū ſeruabit, cauens ne ſaltim cogitatione immūda peccaret. Itaq;
Moſes luxuriæ perpetrata damnabat, Chriſtus luxuriæ cogitata ve-
hementer taxat. Huc conſonat illud Petri: Propter quod ſuccincti
lumbos mentis veſtræ, ſobrij perfectè, ſperate in eam quæ offertur
1. Petr. 1 vobis gratiam. Sanè vt lumbos ſuccingere eſt luxuriam ab effectu
refrenare, ita lumbos mentis accingere, eſt à cogitatione praua abſti-
nere. O miſterium inenodabile, ò arcanum ſtupendum. Ioānes videt
Apoc. 1. angelum zona aurea ſuccinctum ad mamillas. Quia in teſtamēto
nouo mundicia etiam cordis præcipitur. Et quàm bene zona aurea
pectus aſtringit, nam qui cæleſtis patriæ ciuis eſt non timore ſup-
plicij, ſed caritatis amore immundiciam deſerit. Callidus hoſtis Sa-
tanas cum ab effectu operis expellitur, ſecreta polluere cogitatione
vehementer molitur. Quam ob rem Deus optimus maledicens illi
Gene. 3. dixit: Supra pectus tuum gradieris. En inimicus verſutus pectore &
ventre repit. Ventre repit in eis qui opere luxuriam explet, pectore
verè in illis qui cogitatione tantum polluit, quia opere non valuit. Vt
ergo ſerpentem venenoſum ſuperemus, lūbos accingamus, & diſcipli-
nam etiam in cogitatione teneamus. Fugite fornicationē admonet
Apoſtolus: Fugite vt Ioſeph in Aegypto reliquet pallium in mani-
bus iniquæ Aegyptiacæ, ne relinqueret ornamentum caſtitatis.

Ceterum lucernas ardentes teneamus fratres. Hoc eſt, opera non
queuis, ſed igne caritatis flammatia habeamus. Nō ob aliam cauſam.

inquit,

inquit, ſanctus Baſilius interrogati 6c. 26? Filios lucis fideles Apoſto- 1. Theſſ. 5.
lus appellat, niſi quia diei, & lucis opera faciunt, impij verò tenebrarũ
filij, in tenebris ambulant, & lucem exoſam habent. Nonne in lege
ſancitũ eſt, ne quis appareat vacuus in conſpectu Dei? Siquidẽ Deus Exod. 20
optimus egẽs nõ eſt imo Sadai ab antiquis patrib⁹ vocatus eſt, nã Sa
dai teſte Hieronymo, ſibi ſufficiẽs, interpretatur. Vnde rex magnus Pſal. 15.
Dauid: Dixi dño Deus meus es tu, quoniã bonorũ meorum non indi
ges, verũ quiſquis egẽs eſt, ex omni parte, nõ dñs & potens eſt. Ergo
opera noſtra vult altiſsimus nõ vt ipſe eis egeat, ſed nos. Theſaurizate
te vobis, ait, theſauros in cælo. Perinde dicat, nõ mihi q nullius egeo, Matt. 6.
ſed vobis theſauros bonorum operũ in cælo recõditis. Etſi iubeo ne-
quis appareat in conſpectu meo vacuus ad ſubleuandam indigen-
tiam veſtram hoc præcipio, ne innanes & vacui ſitis, ſed gratia mea
pleni diuites efficiamini. Vnde ſanctus Bernardus. Sermone. 2. puri- S. Bern.
ficationis Deiparæ Mariæ. Ipſa opera noſtra in feruore agenda ſunt,
& in deſiderio cordis, vt ſint lucernæ ardentes in manibus noſtris,
Alioquin timẽdum eſt, ne fortè tepidos nos euomere incipiat qui in
euangelio loquitur: Ignem veni mittere in terram, quid volo niſi vt Luce. 12
ardeat? Hic planè ſacer & benedictus ignis eſt, quem pater ſanctifi-
cauit & miſit in mundum. Habet etiam aduerſarius noſter, vtpotè
peruerſus, diuinorum operum æmulator ignem ſuum. Ignem concu-
piſcentiæ carnalis, ignem inuidiæ, & ambitionis, quem Saluator ve-
nit non in nobis accendere ſed extinguere. Nonne verſutus dæmon
hoc igne combuſit oues Iob? Sic hodie oues Chriſti Ieſu igne iniquo
comburere molitur, ne vitam æternam poſsideant. Denique ſiquis
hoc igne alieno ac peſsimo temere ſacrificium offerre Deo conten-
dat, etiam ſi patrem Aaron habeat, morietur in iniquitate ſua, quem-
admodum duo filij Aaron perierunt. Ceterùm in manibus opera fi-
de & caritate accenſa portare eſt non procraſtinare, ſed quodcũque
poterit manus noſtra inſtãter operari, velut eccleſiaſticus docet: Væ Eſai. 28.
illis qui dicunt, manda remãda, expectare expecta, modicum ibi mo
dicum ibi, veluti coruus cantans in feneſtra clamant: Cras, cras, &
nunquam venit illud cras. Satius eſſet & ſalubrius eis, columbinam
vocem emittere & cũ propheta inge miſcere, corde & ore clamare:
Miſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam. Audi- Pſal. 50.
rent ſubinde profectò mellitam illam vocem è cælo allatam: Domi
nus tranſtulit peccata veſtra à vobis nequaquam moriemini. Cum er
go arguantur ocioſitatis illi quos nemo cõduxit, fideles qui cõducti

 ſunt,

ſunt,ſi occioſi inuenti fuerint quid ſupplicij merentur? Nemo nō ſcit
Iacobi. 2. fidem ſine operibus,vt lucerna abſque igne mortuam eſſe. Nō igitur alienis manibus confidamus opera quæ ipſi vita comite operari valemus. Ante mortem operemur bonum ad omnes, maximè ad domeſticos fidei. Ne fortè vbi hæredibus relinquimus eroganda in pauperes aut debitoribus perſoluenda,ipſiq; deſides fuerint, de illorum
*Iob.*19. pigritia conquerentes dicamus cum beato Iob, quare perſequimini me ſicut Deus,& carnib⁹ meis ſaturamini? Velut carnibus defunctorum ſaturantur, qui eorum bona retinent,nec debita proximis,perſoluent. Et quidem ij vt Deus mortuum perſequuntur. Nam Deus iuſte punit delinquentes. Sic quodammodo heredes obliuioſi,dum ſi-
Nota. nunt animas affinium vel parentum in purgatorio flamınis cruciari; tāquam Deus illos perſequuntur. Neque impune hoc agunt, ſed durisſimum iudicium fiet illis,qui mortuorum legata non proſua virili implent. Vos cariſsimi ſi hoc periculū euadere vultis, quamprimum lucernas in manibus veſtris habete. Placabo eū muneribus qui præ
Gene. 32. cedunt,aiebat ſanctus vir Iacob iram fratris ſui Eſau ſedare cupiens. Et ita factum eſt,vterq; ad amplexus currens,amici facti ſunt. Prouo
Figura. cauimus Deū noſtrū, irritauimus ſæpiſsime fratrē noſtrum Chriſtū, ideò munera præcedant,orationes,eleemoſinæ ac ieiunia,anteire debēt quibus iudex placatus, nō vt par erat animaduertat in nos, quin potius miſerationes ſuas nobis affatim impertiat. Stupenda quidē res
*Iudith.*7 Gedeon dux fortiſsimus,non vtiq; armis ferreis ſelectos illos trecentos viros armauit,ſed tubis lāpadibus,& lagenis muniuit,nā ſicut ſcriptū eſt: Accenſas lāpades miſerunt intra lagūculas, & tubas in dextra,lagenas in ſiniſtra tenuerūt. Et ad hoſtes ſuos cominus veniētes, cecinerunt tubis,cōfregerūt lagūculas lāpadeſq; apparuerunt. Ideò actū eſt, vt hinc tubarū ſonitu, illinc lāpadarū corruſcatione territi hoſtes,in fugam ſunt conuerſi. Ridicula hæc profectò fuerāt,ſi terribilia hoſtibus non fuiſſent. Quis obſecro tali artificio vſus eſt in bel-
Nota. lo vnquam? aut quis contra arma veniēs arma deſeruit? Dauid quondā & ſi arma Saulis regis depoſuit, nihilominus in funda & lapide gigante moſtroſum proſtrauit. At victoria ipſa teſtante didicimus, ne parua hæc quæ facta ſunt,exiſtimemus. Gedeō typū geſsit Saluatoris noſtri,qui eo venit in mūdum,vt Madianitas,ideſt,dæmones euin
Pſal. 23. cat. De quo ſcriptū eſt: Attollite portas principes veſtras,& eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quis eſt iſte rex gloriæ, aiunt,ipſi tenebrarum principes? Dn̄s fortis & potens, dn̄s potens in

prælio.

prælio. Et rurſus ipſe dñs ait. Nunc iudicium eſt mũdi, nunc princeps mũdi huius eijcietur foras. Et Eſaias hoc bellum graphicè deſcribẽs, *Eſai. 9.* inquit. Iugũ oneris eius, & virgã humeri eius, & ſceptrũ exactoris ſuperaſti, ſicut in die Madiam. Sanè exactor callidus Satanas idola Labam non inuenit apud noſtrũ Iacob, quia peccatũ non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius. Sic iugũ & virgam eius confregit, & ſceptrũ regni illius abſtulit, ligatũ in barathrũ mittẽs, vt in Apocalypſi Ioãnes aſſerit. Sed quomodo rex noſter Chriſtus vicit? Sanè ſicut in die Madiã, ait propheta, vno verbo victoriã illã enarrãs. Contra hos Gedeõ cum trecẽtis viris pergit ad præliũ. Cẽtenarius numerus per ſectionẽ ſignat, ſic fideles per cognitionẽ perfectã Trinitatis, hoſtes ſuos proſternũt. Et obſeruãdum eſt vt pulchrè S. Gregorius notat. li. 31. Mora. c. 33. quod numerus tercẽtenarius in litera, Thau, cõtinetur, quæ figurã Crucis habet. Vnde non immerito cum trecẽtis viris Gedeonẽ ſequentibus, illi deſignati ſunt quibus dictũ eſt: Siquis vult venire poſt me abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuã & ſequatur *Luc. 9.* me. Qui ſequẽtes dñm tanto verius crucem tollunt, quanto acrius ſe edomãt, & erga proximos ſuos caritatis cõpaſsione cruciãtur. Hinc per Ezechielẽm dicitur: Signa Thau ſuper frõtes virorũ gementium *Ezech. 9* & dolẽtium. Erecto genu bibamus de aquis doctrinæ rectitudinem operum ſeruãtes, ne reprobati ſimus, ceu illi qui genuflexi biberũt. Sic tubis crepãtibus, fidei ſacræ myſteria, tũ corde, tũ ore ipſi cõfitentes, lageniſque fractis, id eſt, corporib⁹ per pœnitẽtiam cõfractis, triũphũ capeſſere poterimus, in omnibus Chriſti Ieſu veſtigia ſequẽtes. quiq; in cruce lagenã ſuã fregit, & tũc ignis diuinitatis, & caritatis erga nos ingẽs effulſit, tuba etiam cecinit dicẽs: Pater ignoſce illis, quia neſciũt quid faciũt. Ecce qualiter martyres, confeſſores, & virgines ſpiritales hoſtes ſuperarũt, fidei & caſtitatis cingulo accincti, & lucernas habẽtes in manib⁹ ſuis. De hoc triũpho Gedeonis quẽ de Madianitis obtinuit, B. Aug. tractat. feria. 2. domi. 2. poſt Dñicam paſsionis. *S. Augu.* Sanè lagenã ſuam frangens Apoſtolus dicebat: Caſtigo corpus meũ & in ſeruitutẽ redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Quæ planè ſententia maximè terret nos. Sequitur nunc.

Et vos ſimiles hominibus expectantibus dominum ſuum quando reuertatur à nuptijs. Non Saluator noſter ſic in cælũ aſcendit vt obliuiſcatur ſpõſæ ſuæ eccleſiæ, iterũ veniã ad vos, inquit, & aſſumã vos *Ioan. 14.* ad meipſum. Imò vt optimè Apoſtolus aſſerit ſacramẽtum magnũ, hoc eſt, in Chriſto autem dico & in eccleſia. Sponſus ipſe ad dexte-

ram patris ſedes, ob oculos ſemper habet eccleſiã ſanctam Romanã,
Eſai.49. quã ſanguine ſuo mortẽ oppetẽs acquiſiuit. In manibus deſcripſi te
ait ſpõſus. Sanè plagatus ſurrexit è ſepulchro, nedũ in pedibus manibusvè, ſed in latere vulnus ſeruauit. Quo certiores ſimus, quod ſi mater aliquãdo oblita fuerit infantẽ ſuũ, ipſe tñ vnicè nos diligẽs, noſtri
S.Baſil. memor ſemper erit. Vnde D. Baſilius, lib. de Virginitate. Neq; ideò deſcẽdit Chriſtus, vt inherẽdo ſpõſæ remaneret in terris, ſed vt eã aſſumẽs atq; in meliora cõmutans, è terris ad cælos, & ad regna æterna veheret. Verũ quia adhuc ſponſa in exilio degit, donec ſpõſus ſuam Rachel ducat in cælũ, Chriſtum expectare oportet, donec in morte vnuſcuiuſq;, aut in extremo iudicio appareat. Quod vero de illo die certi non ſimus, neque quiſquam citra reuelationem finem ſuum ſciat, indulgentiſsimam Chriſti Ieſu erga nos indicat caritatem. La-
S.Agu. tet vltimus dies, ait ſanctus Auguſtinus, vt obſeruentur omnes dies,
.Nota. Et Gregorius. Horam vltimam dominus idcirco nobis voluit eſſe ignotam, vt qui illam præuidere nõ poſſumus, ad illam ſine intermiſſione præparemur. Perbellè dictum eſt. Etenim cum videamus intolerabilem diuitum ac malorum violẽtiam, quid obſecro facerent ſi ſcirent ſe diuitius victuros? Adhæc infirmi vt ſunt plerique mortales ſi certo ſcirẽt ſe peruenturos ad ſenectutẽ, huc prorogarent exactioris vitæ ſtudiũ. Rurſus, ſi certum haberẽt pauculos dies ſupereſſe, nimium triſtes & anxij viuerent, & ad plures reipublicè actiones frugiferas redderentur ſegniores. Nunc hoc temperamento vſa eſt ſupremi numinis prouidentia, vt cunctis hominibus adeò mors ſit certa, vt ſinguli non minus ſciant ſe morituros, quam ſciũt natos eſſe. Itaque nec infimi, neque ſummi poſsint ſibi vana ſpe blandiri. Denique dies mortis adeò incertus eſt, vt propheta ſuppliciter oraret:
Pſal.38. Domine notum fac mihi finem meum, & numerus dierum meorum, quis eſt, vt ſciam quid deſit mihi. Hinc fit vt impij minus lędant bonos, & boni ſic abſtineant à malis operibus, quaſi ſint poſtridie morituri, ſic incumbiant bonis actionibus, quaſi diu victuri. Vnde Saluator inquit: Vigilate itaque quia neſcitis diem neque horam. Quæ omnia ſi propenſius conſideremus, in beato Illefonſo apprimè completa inueniemus.

S. Illefonſi uita. Illefonſus præſul ſanctiſsimus totius Hiſpaniæ decus, virtutumq; omnium ſpecimen, adeò fide & caſtitate accinctus fuit, vt non modo opere, ſed à cogitatione immunda vehementer abſtinuit. Sanè virginitatis candorem quoad vixit ſeruauit. De hac angelica virtute

Diuus Auguſtinus.lib.de virginitate,ſic ait. Virginitas eſt continen- S.Aug.
tia,qua integritas carnis,ipſi creatori animæ,& carnis vouetur,conſe-
cratur,ſeruatur. Nomen quidem virginitatis à virore ſumptum vide-
tur, & ſicut illud dicitur virens & in ſuo virore perſiſtens, quod non
ex ſuperabundantia caloris aduſtionem eſt expertum , etiam ita
virginitas hoc importat quod perſona cui ineſt , immunis ſit concu-
piſcentiæ aduſtione. Quæ eſſe videtur in conſummatione maximè
delectationis corporalis, qualis eſt venereorum delectatio. S.Thō.
2.2.quæſt.152.artic.1. Vnde Sanctus Ambroſius.lib.de virgi. Caſtitas
virginalis eſt expers contagionis integritas. Hęc ſanè mirabilis virtus
adeò humanas excellit vires, vt de illa præceptum inſtitutum non
ſit à Deo. Hinc Apoſtolus ad Corinthos: De virginibus præceptum 1.Cor.7.
non habeo conſilium autem do. Neque fas eſt cum improbo Iouinia-
no coniugalem caſtitatem æquare virginitati. Saluator noſter vir-
ginem matrem delegit,& ipſe virginitatem ſeruauit, vt dogma illud
iniquum deſtrueret, veluti ſacer doctor Hieronymus contra illum
hæreticum diſſerte arguit. Ecce diuus Illefonſus pudicitiam virgina- Apoc.1.
lem ſeruans, inſtar angeli,qui Ioãni loquebatur,zona aurea ad mam-
millas ſuccinxit ſe. Nec hoc cogitatione duntaxat fecit, ſed religio-
nis voto ſeſe aſtrinxit, quod excellentius, & longè Deo gratius eſt.
Audierat vir ſanctus illud Chriſti Ieſu ſacrum dogma: Beati qui ſe ca-
ſtrauerunt propter regnum cælorum. Legerat quippe in Eſaia de Matt.19
Eunuchis, quibus Deus optimus pollicetur dare nomen excelſum in
domo ſua,hoc eſt in eccleſia,tum militanti, tum etiam triumphanti.
Non dicat Eunuchus,ecce ego lignum aridum. Quia hæc dicit domi-
nus Eunuchis: Qui cuſtodierint Sabbata mea,& elegerint quæ ego Eſai.56.
volui,& tenuerint fœdus meum : dabo eis in domo mea, & in muris
meis locum , & nomen melius à filijs & filiabus. Nomen ſempiter-
num dabo eis quod non peribit. En merces magna quam Deus dabit
ijs qui amore Chriſti Ieſu lenocinia carnis & voluptates, etiã licitas
ſpreuerũt. Imò vt erat literis apprimè eruditus optimè ſciebat, quod
virgines ſequũtur agnũ quocunq; ierit, quiq; ſoli continere valent Apo.14.
cãticum illud & melos angelicum, gloriam Chriſto Ieſu dantes pro S.Thom.
hoc præcellenti munere ſibi impenſo. Erat ſanè diuus Illefonſus aſta- 2.2.q.152.
tim diues & archidiaconatus apicem iam attigerat , quam dignita- ar.5.
tẽ à B.Eugenio archiepiſcopo Toletano,ob raras & eximias ſuas vir-
tutes acceperat. Spiritu autem Dei afflatus intra ſe expẽdere cœpit,
quot præcipitia in ſeculo, quotque pericula , in labili hoc mundo
exundant.

exundant. Et cum Pſalmographo ingemiſcēs ait: Ab altitudine diei timebo. Honor & excelſa dignitas mundi periculoſa eſt valde, & ob id valde timenda. Dicente diuo Bernardo: Humilitas honorata, rara. Idque experimento compertum eſt, in Adamo protoplaſto, De quo in pſalmo legimus: Homo cum in honore eſſet non intellexit. Comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Nonne honor aliquādo, vt vinum inebriare ſolet homines turgidos, & ſuperciliosos? Hoc mero primus parens madefactus è ſublimi illo ſtatu innocentiæ dilapſus, heu iumentis ſtupidis ſimilis euaſit. Vnde ſanctus Ambroſius perpulchrè ait: Peius eſt comparari quam naſci. Res quidem magnoperè tremenda, Saul primus Iſrael Rex, ex throno regali præcipitatus perijt. Ozias lepra infectus fuit, eò quòd ſacerdotis miniſterio fungi, temere tentauit Achab, impia Iezabele vxore ſua inſidiante, idolis litauit. Quid pluribus immoror? Dauid Rex adulterium & homicidium patrauit, & oues patris ſui paſcens in eremo, ſpiritu Dei plenus, Pſalmos creatori ſuo concinebat. Iis & pleriſque periculis agnitis, omnique librata ratione penſitatis, ſanctus vir Illefonſus ad ſanctam religionem conuolauit. Cum propheta regio cantans: Ecce elongaui fugiens & manſi in ſolitudine. Elongauit ſe vir ſanctus ab hoc ſeculo nequam, retia eius deludens, & vt alter Sanſon fortiſsimus vincula eius dirupit. Manſit in ſolitudine religionis Deo optimo vacans, Vbi arctiſsimam vitam agens, ſpiritu feruens, dño toto niſu ſeruiebat. Stupebant monachi ſanctimoniam eius aſpectantes, pietatem, tolerantiam, & omnigenam virtutem in ipſo contemplantes. Quam ob rem miriphicè Chriſtum Ieſum toto pectore laudabant in famulo ſuo Illefonſo. In quo potiſsimè ea virtus emicabat, quæ ceteras decorat virtutes, nā ſeſe adeò dimittebat, vt omnium fratrum ſeruus videretur. Illud pectori ſuo inſcriptum geſtans quod Apoſtolus omnibus Chriſticolis ſuadet, in humilitate ſuperiores inuicē arbitrātes. Quod ſecerrimum dogma vtinā oēs cordi infixū haberemus. Planè poterit aliquid boni quis putare in proximo eſſe, quod ipſe non habet, ex quo poteſt ei ſe ſubijcere per humilitatem. Vt pulchrè, inquit, S.Tho. 2.2. q. 161. art. 3. Quid dicam de hoc viro egregio poſtquā abbas monaſterij S. Damiani factus eſt meritis optimis eius, id exigētibus? Equidē, vt ſtella matutina in medio nebulę luxit, iuuenis ſub educatione ſanctiſsimi viri Iſidori Hiſpalēſis Epiſcopi. A quo, cū ſcientiā, tū mores optimos didicit: Fulſit vt luna perfecta, monachali veſte indutus inſigne totius religionis præ ſe ferēs.

S. Bern. — *Pſal. 48.* — *S. Ambr.* — *Ephe. 2.*

Tandem

Tandem beato Eugenio mortuo, qui tunc ſedem Toletànam poſsidebat, Illefonſus, quamquam inuitus, factus eſt Archiepiſcopus. Et tunc refulgere cœpit vt ſol in templo Dei. Quis obſecro acie irreuerberata iubar hoc fulgentiſsimum, mirificoſque eius radios intueri poterit? Nempè vt paſtor optimus oues ſuas ſolerter ſeruabat, populo verbi Dei eas paſcebat, pauperes alebat, afflictos mirum in modum ſolabatur, vinctos in ergaſtulo inuiſebat, cuncta pietatis opera exercens. Eaque non toruo vultu, non ex triſtitia & neceſsitate, ſed ouanter operabatur, gnarus dicti Apoſtoli dicentis: Hilarem datorem diligit Deus.

Mirabile dictu, quo exardeſcebat zelo, vt gregē ſibi cōmiſſum lupi rapaces nullatenus inuaderent, neve vlla hæreſeos lues eum tangeret. Vnde cum ex Galiarum partibus duo illi homines verſuti, Pelagius & Tendius, Hiſpaniam applicuiſſent, ore reprobo aſſerentes, almam Dei genitricem, poſt partum virginem haud manſiſſe, ſic peſtilens illud dogma pullulauit, quod breui admodum, totam ferè noſtram Hiſpaniam infecit. Et ſanctus Illefonſus propugnator ſtrenuus, integritatis Deiparæ Mariæ zelator, ſic in hæreticos truculentos ſurrexit, vt domino opitulante, illis effugatis, hæreſim hanc extinxit, famam, & honorem ſacerrimæ virginis inſtaurauit. De qua victoria per Chriſtum Ieſum & Chriſtiferæ meritis parta, in declamatione pro feſto expectationis vberius tractauimus. Ideò nunc breuitatis cauſa ſuperſedeamus. Hinc profectò alma Dei mater, vtpote beneficentiſsima parens, afferens de cæleſtibus theſauris munus mirabile, caſula Illefonſum induit, qua ſolennia ſacra ſolus ipſe celebraret. Hanc veſtem pretioſam, omni regali purpura, aureoque ornamento ſplendidiorem, præſul ſanctiſsimus populo oſtēdit, qua inſpecta omnes miro iubilo gaudentes, gratias ingentes Chriſto Ieſu, ac almæ virgini egerunt. Seruauit ipſe venerabiliter hoc donum, tāquam pignus alterius veſtimenti gloriæ quod ſpe inconcuſſa ipſe accipere expectabat. Ecce fratres mei exemplar viuidum ac præclarum ob oculos noſtros habemus, Illefonſum præſulem ſanctiſsimum, qui caſtitatis cinctorio lumbos ſuos accinxit, virgo à Deo electus permāſit. Is lucernas ardentes in manibus ſuis tenuit præclara opera, candidamq; vitam agēs, expectās dominum Ieſum animarū noſtrarum ſponſum, quando à nuptijs reuertatur. Quo pulſante, lubens ipſe illi apperuit confeſtim. Imò lætitia ingenti affectus, & exhilaratus ſponſi vocē audiuit: Euge ſerue bone, in modico fidelis, intra in gaudium domini.

Nota.

Virgo Maria.

domini tui. O nos beatos ſi tanti viri veſtigia pro modulo noſtro, ſectemur, ſi pietatem & ſanctitatem illius imitemur, ſi eo contendamus, vt cum illo lætemur, lętitia inenarrabili, quam Chriſtus Ieſus electis ſuis dabit in æterna gloria. Hanc Saluator noſter nobis dignetur impendere. Cui cum patre & Spiritu ſancto, ſit honor & imperium per cuncta ſecula. Amen.

DECEM ET OCTO
Declamationum de Aduentu
Domini noſtri Ieſu Chriſti
finis.

AD LECTOREM.

VEntum eſt, domino Ieſu patrocinante, candidè lector, ad optatum finem harum declamationum, pro aduẽtu mirabili regis noſtri Chriſti. Proinde gratias inexhauſtas agimus omnipotenti Deo, à quo omne datum optimum, & omne donũ perfectũ dimanat. Faxit ipſe, vt lucubationes noſtræ aliquid vtilitatis afferãt orthodoxis, quippe quos Chriſtus ſalus noſtra ſuo pretioſo ſanguine emit. Dabimuſque operam poſthac, ſummi numinis gratuita dignatione cooperante, vt Quadrageſsimales alias Declamationes quamprimum prodeant in lucem.

TABVLA
huius libri.

1. DOMINICA prima Aduentus duplicem continet declamationem. Altera eſt ſuper illo verbo: Dicite filiæ Sion Ecce rex tuus venit tibi manſuetus. Altera ve
2. ro de iudicio extremo vberius diſſerit iuxta euangeliũ Lucæ: Erunt ſigna in ſole & luna. &c. Fol. 1. & 24.

In

In ſecūda dominica, tertia declamatio adamuſsim hodiernum euan- 3.
gelium explicat. 46
In tertia dñica declamatio quarta, totū euangelium explanat. 59 4.
In quarta vero dominica quinta declamatio ſacram euangelij lectio- 5.
nem exponit. 70
In vigilia Natiuitatis Domini, ſexta declamatio euangelium totum 6.
tractat. 78
Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti duas habet declamationes. In 7.
prima exponitur euangelium Ioannis: In principio erat verbum.
Et eſt ſeptima in ordine. 89
In ſecunda declamatione aliud euāgelium declaratur, quod eſt bea- 8.
ti Lucæ: Exijt edictum à Cæſare Auguſto, &c. 100
Nona declamatio beati Ioannis euangeliſtæ egregia priuilegia iux- 9.
ta euangelium diei ſubindicat. 114
Decima pro dominica infra octauas natiuitatis domini. 125 10.
Vndecima declamatio, de mellito nomine Ieſu, necnon de eius cir- 11.
cuncisione latius enarrat. 130
Duodecima autem de adoratione Magorū & muneribus quæ Chri- 12.
ſto obtulerunt, ſecundum euangelium diei tractat. 143
Decimatertia pro dominica infra octauas Epiphaniæ, in qua euan- 13.
geliū ſancti Lucæ exponitur: Remāſit puer Ieſus in Hieruſalē. 159
Decimaquarta pro dominica ſecūda poſt Epiphaniam. In qua poni- 14.
tur euangelium: Nuptiæ factæ ſunt in Chana Galileæ. Ioā. 2. 169
Decimaquinta pro tertia dominica poſt Epiphaniam. In qua legitur 15.
euangelium: Quum deſcendiſſet Ieſus de monte. Matt. 8. 174
Decimaſexta, pro dominica quarta poſt Epiphaniā, ponitur euan- 16.
gelium: Aſcendente Ieſu in nauiculam. Matthæ. 8. 181
Decimaſeptima, pro dominica quinta poſt Epiphaniam cantatur 17.
euangelium de zizaniis. Matthæ. 13. 188
Decimaoctaua, pro feſto ſancti Illefonſi Archiepiſcopi Toletani. 18.
Ponitur euangelium: Sint lumbi veſtri præcincti. Lucæ. 12. 194

Laudetur Chriſtus in æternum.



SALMANTICAE.

Excudebat,

Petrus Laſſus. Anno,

M. D. LXXVI.